8-36-K-18

BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
8
36 K
18
ROMA

PRACTICA
VISITANDI INFIRMOS,
IN DVAS PARTES DIVISA.

In Prima, Nonnulla Dubia resoluuntur circa Confessionem: Communionem: Extremam vnctionem: Testamentum: Famæ, ac Bonorum Restitutionem: Iniuriarum: remissionem: Ac denique Irregularitatem ex mortis acceleratione.

Cum Appendice De opinione eligenda, De reo iuridicè interrogato: De casibus reseruatis. De informi, seù non integra Confessione, ac De Heresi mentali.

In altera Parte habentur monita scitu digna, & alia contra insidias Dæmonum, cum precibus pro ijs adiuuandis, qui mortis in Agone contendunt.

Parochis, ac Confessarijs, perutilis, ac necessaria.

AVTHORE P. IACOBO MANCINO

Relig. Cler. Regul. Ministrant. Infirmis S. Theol. Profess.

CVI VLTIMO AD CALCEM CVIVSQVAE PRACTICAE adiectæ fuere elaboratæ, ac selectiorum Dubiorum Additiones, iuxta libri materiam accuratè congestæ, vna cum peculiari Tractatu De Infirmis in ordine ad Sepulturam, ex integro Operi superaddito.

A P. D. LAVRENTIO CVTILLO CEPPALONENSI Monacho Theol. Congreg. Montis Virg. Ord. S. Benedicti.

Et in hac octaua Impressione Plurimis Supplementis, ac duobus alijs tractatibus

Scilicet

De Præcedentia In Funeribus associandis, alijsque Processionibus seruanda, & De Quarta Funerali Sepulturæ occasione debita.

Ab eodem P. D. Laurentio Cutillo Locupletata.

MERCVRIANI,
Apud Camillum Cauallum. M.DC.XXXXII.
CVM PRIVILEGIO.

EMINENTISS.MO ET REVERENDISS.MO

PRINCIPI

ALEXANDRO

S.R.E.CARDINALI CÆSARINO

Congregationis Montis Virginis Protectori Vigilantissimo.

IAM pridem, Eminentissime Domine, non nullos additamentarios misticæ Theologiæ labores, ad sanandos animi morbos, & ad extricandos conscientiæ nodos accomodatos edidi: opus sanè, quod christianum officium non sit, nullus ambigere potest, nūc verò supplementis aucti, nouam aspiciunt lucem; Hos, tuæ dignitatis excellentia, ac generis splendor summo sibi vendicant iure, vt tuo insigniti nomine prodeant, sed illorum paruitas rubore confusa refugit, cum digni non sint qui tuo conspectui offerendi

tradantur, adeo vt, si quis materiam formæ impotem asserat, haud ero pugnax, sed tua erit profectò formæ loco approbatio, ex qua spiritum, & pulchritudinem ducent. Si enim roris guttula pro breui desitura in sinu cōchæ excepta coalescit in margaritā, quodq. manibus tāgebat Midas vertebatur in aurū, cur ipse (mutata sorte), quod liber hic, vt meos cōtinens labores, impolitus, ac rudis, tuis contactus manibus, statim non accrescat, magnusque fiat, ac dignus, qui tuis oculis se se videndus obijciat, diffidam? Si magna spectes, non à me, sed à te, qui magna contines, habebis: Et certè paruum esse non poterit, quod à magno isto eminentiæ tuæ nomine lucem accipiet; Cur autem vnū de multis te huic partui dederim Dominū, vel patronum, causæ mihi fuere, tum humanitas tua, quam innumeris erga me beneuolentiæ argumentis, cum apud te in Vrbe Congregationis negotia tractassem, declarasti, quæ industriam qualemquamq; animi mei tenuit obæratam, ideo in auspicando opere nil habuit antiquius, quam vt quicquid exprimeret, ad testificandum sui

of-

officij in tuam dignitatem obsequium, expressum foret; Tum etiam tuæ virtutes, & merita: Et sanè quis adeo à cœli itinere auersus, qui tuæ vitæ integritate quandam velut monstrante facem inter cœcas errorum tenebras illuc denuo non conuertatur? Quis adeo tumens, qui ad humilitatem tuam non illicò mansuefiat? Quid prætermittis, quod non solum ad nominis tui celebritatem, sed etiam ad Congregationis nostræ tibi protectorio titulo demandatæ iuuamen, & ornamentum facere videatur? diuinitus vt ad eius præsidium euocatus meritò dicaris, & Congregatio in sinu patrocinij tui, tanquam in asylo tutissimo se constitutam esse lætetur; Si te, nè dum qui te non ignorant, sed qui tuarum virtutum sentiunt odorem, tanquam fulgentissimum sydus intuebuntur, nulla erit profectò, aut Scylla, aut Charybdis infœsta, aut in immensis huius mundi fluctibus naufragium Cymba mortalium patietur. Miror sanctissimos, ac suauissimos mores tuos, tuamquè admirabilem in omnibus integritatem. Et quod magis est, quod agis, nõ

alio-

aliorum forſan imitatione incenſus, ſed propria, ac innata tibi quadam virtute ductus, quam admirari potius debeo, quam laudare; Hæc tua humanitas, morumquè ſuauitas, omnium tibi mortalium voluntates adamantinis quibuſdam catenis, arctiſſimoquè beneuolentię nodo deuincit, ac non beneuolentiam modo, ſed ſummam etiam venerationem parit. Qua igitur ratione tuis in me, noſtramquè Congregationem fauoribus, beneuolentiæquè effectibus aliquid dignum remetiri poſſum, niſi prædicationem, & qualemcumquè grati animi ſignificationem; Quod ad me attinet, iniquus profectò eſſem, ſi tam ſtudioſo Congregationis noſtræ patrono non ſtuderem, ſi tam amantem non redamarem, & aliquo propenſo voluntatis teſtimonio non proſequerer; Nec enim quia id, quod debeo, haud poſſum, debeo id quod poſſum prætermittere. Accipe igitur qualemcumque mei in te deuicti animi obſequium, exiguum plane ſi rem ipſam, & magnitudinem tuam ſpectes, at certè maximum, & ampliſſimum, ſi gratificantis affectum, ac propenſionem

con-

consideres; nec dedigneris huiuscemodi ingenij mei labores, cæterum incomptos, & obscuros, à nominis tui splendore, lucem accipere, qui si non habent vnde tibi placeant ex venustate, sic ex deuotione scribentis tibi displicere nõ poterunt; Affectus æstuantis animi, ac debitum seruitutis sunt. Dumque, omne quod bonum est à Deo Optimo Maximo ex animo tibi precor, à te, vt me, nostramquè Congregationem tuæ protectioni, ac defesioni comendatam excipere, ac tueri velis quam maximè exposcere non desisto, vt tuę columnæ firmitati, ac fortitudini inhærendo, subquè tuæ aquilæ alis quiescendo, nil vltra sit, quod formidari possit; Tandem ante te procumbens, tuas vestes exosculor, teque humiliter veneror. Vale diu fœlix Eminentissime Princeps. E nostro Monasterio Mõtis Virginis de monte decimo quinto kalendas Decembris M.DC.XLII.

Dominationis tuæ Eminentissimæ, ac Reuerendissimæ

humillimus seruus

Don Laurentius Cutillus.

REuerendissime Pater. Quæ nobis legenda, & approbanda commisisti, Vidimus, nec quid oculis occurrit catholicæ fidei dissonum, vel christianis moribus contrarium. Ideoque, vt Additiones, nouaque supplementa ad Praxim Visitandi Infirmos, ab Adm. R.P.D. Laurentio Cutillo S.T.P. nostræ Congregationis Diffinitore, & Visitatore composita, lucem aspiciat, facultas impertiri tutò queit. In cuius rei fidem, hoc nostrum testimonium tibi damus. Datum Neapoli. Die 10. mensis Iunii 1642.

D. Innocentius de Tocco Lector S. T. in Monasterio Montis Virginis de Neapoli.

D. Philippus Anselonus Sacræ Theologiæ Professor.

CVm Additiones, eiusque noua supplementa ad Practicam visitandi Infirmos, quorum Auctor est Adm. R.P.D. Laurentius Cutillus, Diffinitor, & Visitator nostræ Congregationis duo ex eadem Congregatione Theologi recognouerint, ac Typis mandari posse iudicauerint, eadem, vt Imprimantur, seruatis seruandis, ipse permitto. In quorum fidem, &c. Datum in Nostro Monasterio Montis Virginis de Monte die 18. Iunii 1642.

D. Ioannes Iacobus Iordanus Abbas Generalis Congregationis Montis Virginis.

Approbatio Ordinarij Loci.

PRaxis Visitandi Infirmos ab A R. P. D. Laurentio Cutillo Congregationis nostrę Diffinitore S.T.Professore nouis supplemẽtis aucta,& pro reuisione ab Ad. R.P.Vic.Gen. Iurisdictionis mihi commissa Imprimi potest:non enim in illa quidquam inest, quod fidei,vel bonis moribus aduersetur,sed potius nonnulla scitu digna, & maximæ vtilitatis continet. In quorum fidẽ,&c. Datum in Monasterio Loreti die 15.Iunij 1642.

D.Hieronymus Felicella S. T.P. Abbas Monasterij S.Mariæ Lauretanę Terræ Montis Falcionis.

SVpplementa, quibus A R. P. D. Laurentius Cutillus S.T.P.Abbas,ac Visitator, & Diffinitor nostræ Cõgregationis Montis Virginis Ordinis S. Benedicti suas Inexornauit,ac auxit Additiones ad Praxim Visitandi Infirmos , vna cum Praxi Imprimi possunt,si A R.P. Vicario Generali Iurisdictionis , seù Diœcesis Sacri Monasterij Montis Virginis de Monte placuerit,cũ nihil,quod viderim, contineant, quod non sit in Domino vtilitati fidelibus futurum.Datum in Monasterio Loreti prędictę Iurisdictionis Nullius Diœcesis die 15.Iunij 1642.

D. Benedictus Petrillus S. T.P.& Abbas Monasterij S.Ioannis Baptistæ Ciuitatis Sarni.

Imprimatur.

M.D. Symeon Blancus Vicarius Generalis .

b Re-

Reuerendus Canonicus Don Franciſcus Lombardus videat, & referat inſcriptis Suæ Excellentiæ.

EX mandato Suæ Illuſtriſſimæ, & Excellentiſsimæ Dominationis, Ego Franciſcus Lombardus V.I.D. Eccleſię Metropolitanæ Canonicus Neapolitanus, Supplementa, quæ ad Praxim Viſitandi Infirmos cum Additionibus editis per Admodum R.P.D. Laurentiũ Cutillum Sacræ paginæ profeſſorem Congregationis Montis Virginis Benedictinæ, dictarum Additionũm Auctorẽ libenti animo percurri; Et dum in illis verè nihil quòd ſit contrarium rectæ fidei, vel bonis moribus ineſſe conſtat, neque Regali Iuriſdictioni, meritò vt Typis euulgentur cenſeo. Et D.O.M. diu Suam Excellentiam incolumem ſeruet. Datũ Neapoli die 4. Iulii 1642.

Dominationis Suæ Illuſtriſſimæ, & Excellentiſſ.
Seruus Addictiſſimus
Franciſcus Lombardus V.I.D. & Can.

Imprimatur

Tapia Reg. Zufia Reg. Sanfelicius Reg.
Arzon Reg. Capicius Latri Reg.

Vidit Arias de Meſa Regius Conſiliarius delegatus per Suam Excellentiam pro reuiſione Librorum.

PHILIPPVS

DEI GRATIA REX

Castellæ, Aragonū, Legionis, vtriusque Siciliæ, Hierusalem, &c.

DON Ramirus Philippez de Guzman Dominus Domus de Guzman, Dux de Medina de las Torres, Princeps Hostiliani, Dux Sabionetæ, Mondragonis, & Traecti, Marchio de Toral de Monasterio, & de Piadena, Comes Fundorum, de Porma, Aliani, Colleç, Satriani, Valderetæ, & Carinolę, Dominus Ciuitatis Theani de la Villa, & Montaneis de Boñar, Vallisque de Curueño, & Castelli de Auiados, necnon Conciliorum de los Cilleros, Eques Ordinis Calatrauę, Supremusque Suæ Maiestatis Cubicularius, Magnusque Cancellarius Indiarum, Thesaurarius Generalis Coronæ Aragonum Comendatariusque de Valdepeñas, Capitaneus cētum Nobilium Custodiæ Suę Maiestatis, Castellanusque Castrinoui Neapolis, & in presenti Regno Vicerex, Locumtenens, & Capitaneus Generalis, &c. Reuerendo Viro Abbati Generali Congregationis Montis Virginis Deuoto Dilecto. Nuper ex Vestri parte fuit nobis porrectum infrascriptum memoriale tenoris sequentis v3. Illustrissimo, & Eccellentissimo Signore. L'Abbate Generale della Cōgregatione di Mōte Vergine espone à V. E. come vuol far Stāpare la Prattica de Visitar l'Infermi del Padre Mancino, con l'Additioni, e Supplemēti del Padre D. Lorenzo Cutillo Monaco del suo Ordine; Per tanto supplica V. E. à restar seruita di concederli il Priuilegio, che per dieci anni nissuno possa Stampare in Napoli detta Prattica con le dette Additioni, e Supplemeti ne introdurle à vendere in questo Regno Stampati altroue nel modo vt supra. Et di più di dar licenza ad ogni Stampatore di poter venire è condurre anco la Stampa nel Monasterio del Reto per poter Stampare tanto dett'Opera, quanto le Vite de Santi della Congregatione del Oratore, & vn altr'Opera Spirituale del medesimo D. Lorenzo Cutillo approuate qui in Napoli dalli Regij e l'hauerà à gratia, vt Deus, &c. Et viso per Nos tenore dicti preinserti memorialis, considerantes opera predicta in preinserto memoriali descripta maximam huic Regno Vtilitatem afferre, Vestris propterea supplicationibus inclinati, tenore presentium de certa nostra scientia cum deliberatione, & assistentia Re-

gij Collateralis Consilij penes Nos assistentis statuimus, quod nemini liceat per annos decem, à die datæ præsentium in antea numerandos, Opera prædicta in dicto præinserto memoriali cōtenta Imprimere, nec Imprimi facere, aut alibi Impressa, in hoc Regno immittere, nec vendere, aut vllo pacto facere dispensare, seu ordinare absque speciali permissione, & licentia vestra, vel vestrorum hæredum, & successorum dicto tempore perdurante; & si aliquis contra hanc nostram ordinationem facere, vel attentare præsumpserit, ipso facto incurrat in pœnam vntiarū auri viginti quinque, diuidendam v3. Pro tertia parte Regio Fisco, pro alia tertia parte accusatori, & pro alia tertia parte Vobis, vestrisque hæredibus, & successoribus, & opera supradicta taliter Impressa, aut quomodolibet ex qualibet parte in hoc Regnum inducta deuoluantur, & sint Vestri, Vestrorumque hæredum, & successorum. Mandantes propterea per præsentes omnibus, & singulis Officialibus, Tribunalibus, & subditis Regijs maioribus, & minoribus quocunque nomine nuncupatis, titulo, officio, authoritate, & potestate fungentibus, præsentibus, & futuris, ad quos, seu quem spectabit pręsentes peruenerint, & fuerint quomodolibet præsentatę vnicuique in sua iurisdictione, quatenus vobis, seu legitimæ personæ pro vestri parte præstent, præstarique faciant omne auxilium consilium, & fauorem necessarium, & oportunum pro præmissorum obseruantia & consequutione dictæ pœnæ pęcuniariæ, ac operum prædictorum: adeo quod pro prædictis, ad nos recursū habere vobis, & vestris hæredibus, & successoribus necesse non sit, & si secùs factum fuerit statim incurrant in Regiam indignationem Nostrā, ac pœnam ducatorum millæ. In quorum fidem, hoc pręsens priuilegium fieri iussimus magno præfatæ Maiestatis sigillo pendēti munitum. Datum Neapoli in Regio Palatio die trigesimo mēsis Settembris millesimo sexcentisimo quadragesimo secundo.

El Duque de Medina de las Torres,
y de Sabioneta.

V. Carolus Tapia Reg.
V. Zufia Reg.
V. Santelicius Reg.

V. Capicius Latri Reg.
V. Brancia Reg.
V. Arzon Reg.

Dominus Vicerex, Locumtenens, & Capitaneus Generalis mandauit mihi Don Francisco Barilio.

In Priuileg. 23. fol. 197.

Cauarretta.

De

De materijs, quæ in hoc Opere continentur.

In Prima Parte.

In Appendice.

In Secunda Parte.

Tractatus nouiter superadditi.

LAVS DEO.

PROEMIVM Sacerdotibus Animarum salutis Zelatoribus.

ANimas fidelium iuuandi, proprium est Sacerdotū munus, nè dum in Sacramentis tempore ægritudinis administrādis; sed vt eis in hora mortis præstò sint, vt eorum orationibus, ac hortamentis fortes facti, cælesti patria securius potiri valeant: Hoc propterea opus, maxima cum diligentia exerceri debet; Cum apud Hieremiā scriptum sit: *Maledictus homo, qui facit opus Dei negligenter*. Dum ergo hoc animarum munus magnorum operum sit maximum, ac altiorum sublimius, omnem curam adhibendam puto, vt diligenter illud expleatur.

Cæterum, cum ipse in praxi obseruauerim, multas insurgere difficultates, ac dubia circa Sacramentorum administrationem infirmis ipsis faciendam, ac opinionū cōflictus circa aliquos conscientiæ casus decernēdos, qui repente, & sæpè oboriri solent; Quod quidem non minima aliquando præbuit incommoda; Aliqui enim Sacerdotes, vel parum in hoc experti, vel ob scrupulorum colluuiem, in promptu decernere nequaquam sunt ausi: Quare Sacramentorum administrationem, maximo cum infirmorum detrimento, negarunt, vel distulere.

Vidi etiam varios, ac aliquando parum vsitatos modos animas iuuandi agonis tempore: Aliqui enim verborum multitudine, ac voce parum grata; nè dum infirmis ipsis angoris causam dedere, sed circumstantes molestia affecerunt. Et quod peius, sic parum consulte effati sunt, vt humilitatis loco, inanis gloriæ, ac superbiæ notam, occasionemq; infirmis præbuerint: Quod aliquando ipse videns, opere pretium duxi, verbis, ac monitis longè ab illis diuersis virtutis, vestigia eorum imprimere cordibus.

Cum

Cum ergo debeat hoc munus miro modò expleri: Scribit enim Apostolus. *Rationabile sit obsequium vestrũ*; necessarium mihi visum fuit, modos aliquos ponere, qui faciliori via ad finem hunc, Sacerdotem animarum zelatorem iuuare possint, ac ducere. Confisus igitur Diuinæ bonitatis auxilio: Hunc Tractatum, quàm breuissimè scripsi; Quem in duas diuido partes.

In prima, nonnulli casus ponuntur, qui euenire solent; tam circa Sacramentorum administrationem infirmis faciendam; Confessionis scilicet, Eucharistiæ, ac Extremæ Vnctionis: Quàm circa eorum Testamenta, Famæ, ac bonorum restitutionem. Inimicorum dilectionẽ: Ac irregularitatem, in quam, in accelerandа infirmorum morte, illi incidere solent, qui eis inseruiunt. Dantur etiã aliorum conscientiæ casuum resolutiones, vt valeat Lector pro libito voluntatis eas videre. Et in occasionibus, quæ repente oboriri possunt, dum Sacerdos in domo infirmi moratur, eodem loco (nulla interposita morula, etiam infirmo ad mortem propinquo) quid exequi debeat, decernere valeat; Propterea enim in calce totius operis, alphabeticam omnium casuum conscientiæ Tabulam, apposui.

Appendix item posthuma ab eodem Auctore, dum præsenti luce frueretur, formata in hac secunda impressione apposita est, & in ea alij casus, qui Sacramentalis Confessionis materiam respiciunt, vt De Opinione eligenda, De Reo iuridicè interrogato, De casibus reseruatis, De Informi, seù non integra cõfessione, ac demũ De Hæresi mentali enucleantur; Opusculum ad doctrinæ huiuscemodi complementum satis vtile, ac fortasse desideratum, & certè si Auctor ipse diutius duxisset vitã, alia multa cõscripsisset ægrotantium vtilitati non minus proficua, quàm piorum Sacerdotum commoditati, ac eruditioni.

In

In Secunda Parte, Rituale Romanum subiunxi: precibus additis, ac monitis aliquibus circa commendationem animarum ipsorum Agonizantium.

Practicam autem voco: Res enim continet experimēto à me probatas per illa tempora, quæ in hoc munere subeundo consumpsi, meæ Religionis instituto inseruiēs. Spero igitur, hos labores vtiles fore, non tantum Parochis, sed cuilibet deuoto Sacerdoti, qui opus hoc animas iuuandi, explere voluerit.

Si quis verò circa commendationem Animarum plenius instrui cupit: legat quæso aureum tractatum *R.* P. Ioan. Polanci Venerandæ Soc. Iesu Sacerdotis: Ac vtilissima monita, alio tractatu *R.* P. Marcelli Mansij nostræ Religionis: Vel P. F. Bartholomæi de Angelo Ordinis Prædicatorum in suis monitis ad benè moriendum.

Orationes autem deuotissimas, latino, & vulgari idiomate conscriptas ad hanc materiam Agonizantiū, ponit R. P. Matthæus Morruellus nostræ *R*elig. Sacerdos, ac olim meus Magister in Sac. Theolog. in suo libro, qui scribitur: *Apparecchio dell'anima per il felice passaggio all'altra vita*; in quo miro modo doctrinam deuotioni adiunxit.

Adsunt adhuc, & alij libri, qui circumferuntur in hoc genere. Optimum autem omnium, à quo melius Sacerdos iuuari queat, Sacratissimi Iesu Crucifixi imaginē, ac Simulacrum, puto; ob cuius tantummodo amorem, hoc onus assumat: Et certum seipsum reddat, eundem Iesum Christum, sui Doctorem in hoc fore, Ipseque in ore suo erit, verba subministrans, & gratiā in auxilio opportuno.

Illud autē te monēdū (benigne Lector) duxi: vt si quid in hoc libro boni inuenies, *Patri ipsi luminum, à quo omne bonū descēdit, & omne datū optimū*, gloriā tribuas: Si autē (quod euenire solet) aliqua parū grata leges; boni cōsulas, errorē corrigas charitate tua, rectāq; meā intentionē excusa: Omnia verò S. Rom. Ecclesiæ cēsuræ submitto.

PRA-

PRACTICA VISITANDI INFIRMOS.

PARS PRIMA.



IN qua nonnulli casus enucleantur, qui euenire solent, tàm circa Sacramentorum administrationem faciẽdam, nempè Confessionis, Eucharistiæ, ac Extremæ vnctionis, quam circa eorum Testamenta, Famæ, ac Bonorum restitutionem, Iniuriarum remissionem, ac Irregularitatem, in quam in acceleranda Infirmorum morte, illi incidere solent, qui eis inseruiũt.

De zelo salutis Animarum, ac pij Sacerdotis dispositione.

PRACTICA PRIMA.

QValitas dispositionis, quæ in eo Sacerdote inesse debet, qui hoc Angelicum munus animas saluandi exercebit, ex eiusdem operis qualitate, & excellentia erui potest, quod quã grãde sit, ac sublimè, facilè cognosci potest ex eo solũ, quod Deus ipse animarum salutem tanti fecerit, cùm postquam eas ad imaginem, & similitudinem suam creasset, ac non auro, aut argento redemisset, Genes. 2. 1. Petr. 1.

fed proprio fanguine, voluit etiam ad earum custodiam, ac auxilium etiam Angelos destinare, vt nè vel vna (si fieri possit) pereat, tanti enim valet, vna margarita, quanti æstimatur, ac emitur: Pretium autem nostrarum Animarum sanguis Christi D. N. est, quo nos omnes redempti sumus: Ex quo colligimus, habentem zelum salutis Animarum, ipsum Christi sanguinem æstimare, ac zelari, et animas proximorum adiuuantem nè in barathrum æternæ mortis cadant, pretium sanguinis Christi adiuuare, dum quantum in se est, animæ ipsæ proximorum è naufragio procellosi maris diabolicarum tentationum erutæ, tàm in vita, dum corpora ipsa infirmantur, quàm in mortis agone, auxilium, ac subsidium capiũt. Hinc fit, pium Sacerdotem cooperari Christo in earum salutẽ, vt benè Dionys. Areop. inquit.

Psal 90.

1. Cor. 6.

Dionys. de Diuinis nominib.

Nec (quod magis est) ipsi Deo maius sacrificium, aut seruitus exhiberi potest, quàm zelum salutis animarum habere, vt dixit Gregorius Papa. Et hoc ipsum, Christus ipse innuit, cum suis Discipulis dixit: *Faciam vos fieri Piscatores hominum.* Non enim materialiter eos, hominum piscatores dixit, sed spiritualiter, ad saluandas animas Euangelij prædicatione, cæterisquè Sanctis monitis, nam quoties suo opere, ac charitate animam Deo lucratur, piscem ad Dei mensam sapidissimum piscatur. Ideò Paulus Apostolus, hos animarum zelatores, Dei coadiutores vocat, quod quidem maximam addit Sacerdotibus dignitatem, dum socij ipsius Dei ad animas saluandas fiunt.

D. Gregor. homil. 22. sup. Ezec.

Matth. 4. ver. 19.

Particularis est (liceat mihi) hic fauor, quò equidem indigni sumus: Etenim, post Christum Domi-

num,

num,ab eoque dependenter, Saluatores animarum appellamur,& sumus, prout expresse dixit Innocẽtius Papa his verbis: *Maxima gratia est, quòd animarum,quas ipse redemerat, homines voluisset esse Saluatores.* Nam sicut qui ad pugnam iturus, & victoriæ securus esse cupit,& seipsum armis parat, & manum cõuocat amicorum,ita Deus ipse, & suam gratiam fidelibus largitur,& Angelos suos ad eos mittit,& exinde Sacerdotes,vsque ad victoriam contra Dęmones in agonis conflictu. Vnde Bern. dignam sui sententiam dixit, *Angelis, & hominibus vtitur Deus tanquam coadiutoribus, & commilitonibus, quos parta victoria, honorificè remunerabit*: Et sic Sacerdotes simul, & Angeli pro nobis contra Dęmones sunt ad animarum defensionem. Et quid est hoc, nisi frumentum bonum (animarum dico) in horreũ cęli congregare? Quòd benè idem Christus Sacerdotibus ipsis, in Apostolorum persona, dixit: *Triticum autem congregate in horreum meum.*

Inn. Pap.

D. Bern. in lib. de cõsid.

Matth. c. 13. ver. 30

Cæterum, licet Deus operarios plures posuerit in vinea huius militantis Ecclesiæ, vt pro ouium suarum salute,diuersimodè laborent, alij enim illam colunt asperæ vitæ exemplis, alij verbi Dei semen ferendo, hi scientiarum, ac sanctarum doctrinarum plantis, illi contemplatiua vita, ac continuis orationibus custodiunt;omnes tamen vno fine, hoc est Dei famulatu,ac animarum salute,contenti sunt.

Inter cæteros vero operarios, in horrea paradisi animas fidelium congregantes,videntur,& sunt nostræ Religionis Alumni, quibus optimè diuinæ placuit bonitati,hoc ministerium demandare.

Si igitur, ex superius dictis, tantæ æstimationis,

hoc officium eſt, qualem animi diſpoſitionem dicemus eſſe neceſſariam Sacerdoti, qui hoc munus explere debet, qui zelus ſalutis proximorum? qua conſcientiæ munditia pollere debebit? non tātum in Sacramentorum adminiſtratione, ſed vt in eorū agone eis poſſit miniſterium impendere: quomodo enim à Deo exaudiri poteſt, qui (quòd Deus auertat) ipſius Dei gratia vacuus eſt? aut quomodo cōtra Dæmones, oratione pugnabit, qui ſe ipſum Dæmonum habitationem conſtituit? nec certè poteſt alterius ſaluti inſeruire, qui ſuam non curat, lumen enim infirmo, aut agonizanti prębere nequaquam poteſt, qui in tenebris ambulat.

Debet propterea, qui ad hoc munus deſtinatus extitit, conſcientiam ſuam prius mundare, ac cum Domino pacem inire, pręuia ſacramentali confeſſione, aut ſaltem contritione, poſtea verò ſuum implere officium, quia conturbatus animus, non eſt aptus ad exequendum munus ſuum, vt Sapiens ille dixit. Et in hoc, dicam, vt teſtis oculatus, me nouiſſe aliquos, in hoc munere ſatis dignos, qui, vel culpæ venialis conſcij (vbi temporis opportunitate licuit) ad ſacram confeſſionem accedentes, ſuum munus impleuerunt, quod idem fecerunt, dum ad agonizantium auxilium vocati fuere, eo enim caſu maxima conſcientiæ puritas neceſſaria eſt, tàm ad fugandos Dæmones, quàm ad illorum ſalutem impetrandam.

Ex hac diſpoſitione, quæ eſt propriæ conſciētiæ puritas, oritur maximus zelus ſalutis animarum illarum, quas Sacerdos defendendas ſuſcepit, nec laboribus parcet, aut incommodis, frigus enim, &

æſtum,

æstum, solem, pluuiam, ac somnum contemnet, noctu autem, ac die seipsum paratum omnium obsequio prębebit.

Nauigant alij ad Indos vsque, inter tot labores, ac maris pericula, cùm propriæ vitæ discrimine, non alio vento ducti, quàm spe lucri animarum, nos autem inter domesticos (vt ita dicam) parietes, quotidie eadem lucra facimus, ad quæ impellit nos, ac mouere debet ea ratio, quod nobis ipsis, nostri agonis tempore, idem ab alijs Sacerdotibus fiet: *Eadem quippè mensura, qua mensi fuerimus, rementietur nobis.* Matth. 7. vers. 2. Zelo igitur, ac toto corde impellamur ad lucrandas Deo animas, nec laboribus parcamus, aut incommodis.

Quod Sacerdos ipse vocetur, vt infirmo Sacramenta ministret, aut agonizanti subueniat.

PRACTICA II.

SI Sacerdos Parochus sit, seu Curatus, infirmum visitare debet, nec vocari expectet, licet ipsum non nouerit, vel poterit domesticos monere in ijs, quæ ad animam infirmi attinent, ipsum paratissimum fore. In hoc igitur maxima diligentia vti debet, quippè ægrotorum domestici inexperti, & aliquando in hoc parum christiani, nec ægritudinis pericula, nec illius animam curantes, ob humanos respectus, naufragium infirmo parant. Is igitur bonus ouium suarum Pastor, ac sollicitus earum salu-

tis, procuret infirmis necessaria Sacramenta ministrare, ipsosquè in agone sæpius visitare, & in rebus fidei confirmare, vt spem capiant salutis æternæ, ac personaliter (prout licuerit) interesse, commendationem animæ eis faciendo, vt saluentur, Curatus enim proprius est vt Episcopus, ideò hoc salutis animarum onus, ipsi incumbit, et ob id attentè attendere debet, vt (vbi redditurus est rationem) dicere possit: *Domine quos dedisti mihi, non perdidi ex eis quemquam*: Poterit autē alium substituere, si ipse iusto impedimento detineatur, quem deuotum, habilem, ac bonum ministrum iudicauerit.

Si autem Sacerdos, Curatus non sit, tunc, si familiaris fuerit infirmo, aut illius Confessarius, tanquam talis eum visitet, ac soletur spiritualibus monitis, ac exēplis, & vbi opus viderit, ad confitēdum hortetur; hæc enim sunt boni amici partes, salutem scilicet amico parare.

Si autem nec familiaris, nec amicus infirmo sit, nullo modo accedat, sæpius enim vidimus non vocatos Sacerdotes, licet bono zelo accedētes, à domesticis tamen fuisse repulsos.

Fallit autem hoc, si infirmus in periculo sit repētini obitus, ac ob id præueniendam Confessionem, tunc enim Sacerdos seipsum exhibebit, & acceptissimum quidem, atque gratissimum domesticis hoc officium erit.

Fallere etiam puto supradictam regulam, si quis moriens fuerit Prælatus, Princeps, aut similes Magnates, quorum, vt solet, patens semper est aditus omnibus Religiosis etiam non vocatis, immo errori, ac culpæ tribuetur ei, qui non accesserit.

Li-

Limitarem adhuc, si infirmus pauper fuerit, ac humilis conditionis, tunc enim ei accedere licebit etiam non vocatus, immo fauori ascribi debet, si tales visitentur, cùm Sacerdotes multoties non vocentur, ne molestiam inferant. Et ob id (flens dico) quòd ad pauperes rarius accedant Sacerdotes, vt spiritualiter consolentur, prout è conuerso diuitum domus Sacerdotibus, ac Religiosis impletę videntur, quorum quisque certatim alterum præuenire conatur, zelus animarum æqualis apud Deum est, non enim acceptator personarum est, & eius vestigia nos sequemur, si nullo proprij cõmodi fine impellemur, sed sola charitate ducti.

Vtiliter autem aget Sacerdos, si librum hunc secum habeat tàm necessarium ad omnes occurrẽtes casus circa Sacramentorum administrationem, quàm ad animarum commendationem, quæ sanctis precibus egeant. Crucifixi etiam simulacrum secũ ducet, ac alium, quem maluerit librum spiritualem, aut horarum diuinarum laudum Diurnum, vt & in sui ipsius vtilitatem, ac etiam infirmi, tempus illud expendere valeat.

Dum verò Sacerdos ad domum infirmi pergit, si eius qualitatem, ac vitę circumstantias ignoret, ab eo percunctetur, qui eum vocauit, ac eius nomen, officium, seù ministerium; nosse etiam poterit, vtrũ sæpius, an rarius cōfiteri sit solitus, an mala consuetudine, vel propinqua peccãdi occasione detentus fuerit, si inimicitias nutrierit, vel rancores, si vxorem, ac filios habeat, & similia: Quæ omnia, & ad interrogationes in sacramẽtali Confessione faciẽdas proderunt, & vt Dæmonis tentamenta præui-

deat,

deat, cauſaſq; tentationum in eius agone repellere poſſit, & opportunis ſubſidijs ad ſalutem munire: noſter enim inimicus inſidias nobis parat circa ea, ad quæ magis propenſi fuimus, ac paſſiones in eo genere ſuſcitat, in quo peccare ſoliti ſumus, vt nos ad æternam damnationem trahere valeat.

Debet verò Sacerdos Deum ipſum oratione precari, ac ejus lumen implorare, vt infirmi illius neceſſitatem internam cognoſcat, cuius commendationem animæ ſuſcepit, vt efficacioribus medijs auxilium impertiatur.

ADDITIO.

DVbium primum. An teneatur Sacerdos, vel quiuis alius cum periculo vitę infirmum inuiſere, inſeruire, ei aſſiſtere, &c.

Reſpōdeo affirmatiuè, ſi infirmus in extrema neceſſitate ſuæ ſalutis ſpiritualis exiſtat, & quidē omnes etiam laici in defectum aliorum, qui id præſtēt, de iure poſitiuo diuino, ex illo, *Ioannis* 3. (& nos debemus pro fratribus animas ponere) ad hoc ſub mortali tenentur, nam cùm fideles ſint ad inuicem membra vnius corporis miſtici, ſcilicet Chriſti ex illo ad *Epheſios* 4., & vnum membrum perferre debet minus malum pro maiori malo alterius membri vitando, ſequitur, quòd in tali caſu etiam cum periculo vitæ, quis ſaluti ſpirituali ſui proximi ſuccurrere teneatur, nam propria vita, cùm ſit quid temporale, & inferioris ordinis, eius amiſſio erit minus malū, quàm amiſſio ſalutis ſpiritualis proximi, quæ eſt ſuperioris ordinis *S. Thom.* 2.2.*q.*26.*ar.*5. *Valent.*

Ioan. 3.
Epheſ. 4.
S. Thom.
Valent.

ibidem disp. 3.quæst.4.puncto 3.assertione 5.Reginald. lib.4.num.359.Nauar.in manual.cap.24.num. 11. Reginal. Nauarr.

Dubium secundum. An in graui, sed nõ in extrema necessitate salutis spiritualis infirmi, hoc eodem præcepto fideles teneantur.

Respondeo negatiuè, quoad personas priuatas, quia ratio allata dubio præcedenti de maiori malo vitando cessat in hoc casu, supponimus enim cum hac graui necessitate, adhuc infirmum saluari posse, aliàs necessitas esset extrema, & non essemus in casu, quoad Parochos verò. Respondeo affirmatiuè, cum eis incumbat ex officio, graui suarum ouiũ necessitati succurrere ex illo *Ioannis* 20. Bonus Pastor animam suam dat pro ouibus suis; Et patet de pastore temporali, qui si grauibus ouium suarũ necessitatibus non occurrat, mortaliter peccat, ad quod alij, qui non sunt pastores, cum notabili eorũ detrimento nequaquam obligantur. *Regin.lib.4.nu. 360.& 361.Filiuc.tract.28.num. 36. Malderus 2.2. q.26.art.5.assertione 2.* Ioan. 20. Reginald. Filiuc. Malderus

Dubium tertium. An in extrema necessitate salutis corporalis infirmi, ad hoc fideles obligentur.

Respondeo negatiuè, nam in pari casu melior est conditio possidentis *Reg. in pari 65.de reg.iur.in 6.* cùm autem ex vtraque parte periculum vitæ immineat, fideles, propriam pro vita infirmi expendere non tenentur; tùm quia præceptum charitatis in contrarium, in hoc casu esset nimis durum, quandoquidem non esset ordinatum, cùm quis de iure naturæ, cæteris paribus, magis sibi, quam alteri obligetur, *Bonac.in decal.disp.3.q.4.puncto 4.nu.6. & est communis.* Bonac.

Dubium quartum. An fideles, & ſi non obligentur, poſsint tamen citra mortale cum periculo vitæ, extremæ neceſsitati ſalutis corporalis infirmi ſuccurrere ſi velint.

Ioan. 15. Reſpondeo affirmatiuè, ſi deſint qui id præſtent, cùm hoc licitum ſit ex illo *Ioannis* 15. Maiorē charitatem nemo habet, vt animam ſuam ponat quis pro amicis ſuis, nec ex alia parte tenetur quis omnibus modis poſsibilibus ſuam vitam conſeruare, hoc enim eſſet ferè impoſsibile, & impoſsibilium nulla obligatio, *L. impoſſibilium de reg. iuris, reg.* 145. *& cap. nemo poteſt, de reg. iuris in 6. reg.* 79. ſed ſolum tollendo ea omnia, quæ mortem directè, & immediatè inducere poſſunt, non verò illa, vnde mors indirectè reſultat, cuiuſmodi ſunt hi actus charitatis, & amoris erga infirmos exhibiti, qui de ſe mortem non inducunt, ſed per accidēs ex illorum exhibitione cauſatur, tùm quia maius bonum, minori præferri licitè poteſt, cum autem exhibere actum charitatis regulatum, nimirum circa infirmum, qui illo indiget, & ſequi Chriſti conſilium in illo *Ioannis* 15. mox explicatum, & ſic aliquem meriti gradū apud Deum acquirere, ad vitam ſpiritualē pertineat, cōſequēter id agere maius bonū cenſetur, quā per accidens non conſeruare vitā, quæ inter bona temporalia reputatur, nimirum per ceſſationem ab operibus charitatis, quę ad illam tollendam non ſunt ordinata, ergo pro his omnibus licitè vita propria poſtponi poteſt, ac illam periculo amittendi exponere, *Sotus de iuſtitia lib.* 5. *quæſt.* 1. *art.* 6. *conclus.* 3. *Petr. Nauar. lib.* 2. *de reſtitutione c.* 3. *n.* 72. *Filiuc. trac.* 28. *n.* 33. *&* 34 *Reginal. lib.* 21. *n.* 40. *&* 41. *per tot.*

L. impoſſibilium.

Sotus. Pet. Nau. Filiuc. Reginald.

Verum tamen eſt, quòd ſi adſit, qui neceſsitati corporali infirmi occurrat, hoc citra mortale fieri non poſſe puto, nam tunc illi actus charitatis circa infirmum exhibendi nõ eſſent regulati, & ſecũdùm præſcriptum prudentiæ facti, vtpotè, quia infirmus illis non indigeret, & conſequenter nec eſſent meritorii, ſed mortaliter peccaminoſi, quia qui illos præſtaret, tunc non eſſet in gratia, quandoquidem abſque vlla prorſus cauſa prudenter electa ſe exponeret periculo vitæ, quam nullus prodigere poteſt, & ſine aliqua rationabili cauſa expẽdere, vt in ſimili tenet *Sotus citatus, verſu ad primum igitur.* Sotus.

P.D. Laurentius Cutillus.

De ingreſſu Sacerdotis ad infirmum.

PRACTICA III.

CIrca hunc ingreſſum, certa regula aſsignari nõ poteſt, multoties enim domeſtici ipſi timore perterriti, ne infirmum pauore percutiant, Sacerdotes foras detinent, aut dicunt, vt iterum reuertãtur, nè infirmus mortem vicinam eſſe putet, quod quidem maximæ tentationis genus eſt, nè remedium paretur, & auxilium conferatur animæ illius; et ob id Religioſi ſæpius eo tempore à cõſanguineis vocantur, quo infirmus ſenſibus eſt deſtitutus, de quibus inquit Propheta: *Os habent, & non loquentur, oculos habent, & non videbunt, aures habent, & non audient.* Et hi quidem indigni cenſentur conſangui- Pſ. 113.

neorum nomine, nec pietas cenſenda erit, carnifices autem animarum potius dixerim, qui nè infirmum imaginario timore afficiant, habili tempore ad ſalutem animæ, eius potius ſalutem periclitari permittunt, dum pauper infirmus ægritudine ipſa oppreſſus, nè quidem loqui poteſt confitendo peccata ſua, ac conſcientiam exonerando, vnde, vt plurimum, quam miſerè moritur.

Et in hoc quidem ſatis decipiuntur domeſtici, cùm clarum ſit, infirmum à nemine maiori conſolatione affici, quàm à colloquijs ſpiritualibus, quæ cor ipſum, ac animam lætificant, Sacerdotum enim conſilio infirmi reminiſcuntur peccata oblita, ac à ſcrupulis ingraueſcentibus liberantur, eiſquè via æternæ ſalutis aperitur.

Vnum dicam in hoc ; vti teſtis oculatus, Debet multoties Religioſus (vt vano infirmorum, ac conſanguineorum timori indulgeat) ſe ipſum Medicum fingere, & ſic eo nomine acceptus, à remedijs corporalibus, ad ſpiritualia tranſitum facere, necnon ad Sacramentorum receptionem, aſſerendo nolle ea remedia illi infirmo applicare, qui ſpiritualia repulerit, ac Dei gratia vacuus ſit, et ſic eo intuitu confitebitur, aliaquè Sacramenta ſuſcipiet, ſatis autē proderit ea arte vti, quòd magis infirmo expedire videbit, dummodo gloria Dei, ac ſalus animarum acquiratur.

Faciliorem vero viam, qua ad infirmum ingredi Sacerdos poterit citra illius timorem, puto illam eſſe, ſi alicuius Sancti ſacras Reliquias ſecum adduxerit, cuius precibus, & interceſſione ſperandæ ſalutis capiat arrham, tali autem via introductus,

po-

poterit deinde ad remedia ſpiritualia viam ſibi parare, ac ad Sacramentorum receptionem hortari; Omnia autem prudenter aget Sacerdos, ac lenitatis ſpiritu, ſuauiter diſponens, illius animam lucrari conabitur.

Nunc autem acriter reprehendendos duxerim, eos infirmi conſanguineos, qui humano timore ducti, (& ſi viderint expedire) differunt tamen Sacerdotes ad infirmũ vocare, nam ipſis eueniet, quod aliquando Romæ vni ex noſtris Patribus accidit.

Cùm enim fuiſſet ad infirmum nobilem Romanum vocatus, à conſanguineis ante cubiculi fores, adeò morari paſſus eſt, (eo colore, quod infirmus quieſceret, vel dormiret) vt Pater ille tandem veniam petierit, vt domum rediret, vſus illis Apoſtolorum verbis: *Si dormit, ſaluus eſt*. Volentes autem antequam Patres abirent, diligenter inſpicere, quid infirmus ageret, & an adhuc quieſceret, cum iam mortuum inuenerunt, quod quidem conſanguineorum incuriæ tribuendum eſt, vt paulò antè diximus. Ioan. 11. verſ. 12.

Optimum igitur erit, Religioſos non ſerò, ſed ſtatim vocare, quippè ſic bonos Chriſtianos decet, hoc namque boni Catholici, atque eius, qui propriam ſalutem quærit, ſignum erit; ſunt enim Sacerdotes aquæductus, per quos homines gratiã à Domino recipiunt, ſalutem, omniaq; bona ſpiritualia, ac per eorũ manuũ impoſitionẽ peccata relaxãtur, & ad priſtinam gratiam fit reditus: ipſi namque Sacramenta miniſtrant, per eos, ac eorum orationibus cum Deo ipſo conciliantur homines, ipſorum præſentia Dæmones fugantur, à ſcrupulis ſæuien-

tibus,liberi fiunt, ac omni denique tentatione fugata,Cæli via panditur.

Debet autem Sacerdos amabiliter, ac ſpirituali charitate imbutus,ad infirmum intrare ſerena frõte,ac hilari vultu illum ſalutando; nec ſtatim de nouiſſimis,vel Sacramentorum perceptione loqui debet,ſed religioſa, ac exemplari libertate, paulatim ipſum lucretur, aliqua de infirmitate ſua enunciando,ſcilicet, quomodo valeat, ſi aliquid cupiat habere guſtui aptũ, an ſit ſiti fatigatus, & ſi os abluere cupiat,& ſimilia.

Poſt hæc autem,dexteritate vtatur,ac prudenter agat,vt ad rerum ſpiritualium materiam, viam ſibi aperiat,aliqua exempla referendo, quæ ad rem faciant,ac apta ſint ad illius ſpiritualem ædificationẽ.

Aduertat autem Sacerdos,libertatem,(quam modo diximus) religioſam, quæ Sacerdotem ſenẽ decet,inueni non licere, quem modeſtum in omnibus volumus, vt magis circumſtantes exemplo optatè afficiantur.

Si verò infirmus non fuerit ad mortem, ſed vitæ ſpe aderit, loqui de morte,aut de futura vita, ferè durũ,& impropriũ erit,aliquos.n. vidimus, quibus cum de mortis materia loquuti sũt Sacerdotes (cũ non debuerint) taliter affectos graui mœrore, vt grauius cæperint ſe habere, ac tandem mortem incurriſſe; debet autem Sacerdos prudenter ſe gerere,prout infirmitatis,vel alterius circumſtantiæ opportunior occaſio poſtulabit, ac ſæpius infirmum viſitans,dum vel melius, vel peius eum viderit ſe habere,ſic ſe gerat,in dubijs verò Medicũ conſulat.

Quantum autem ad peccatorum confeſſionem

per-

pertinet, magna dexteritate, ac prudentia opus erit, vt quam primum confiteatur; potest verò infirmus moneri, vel ex eo, quod nō potest Medicus ad eum accedere, ex pcepto Pij V. (sub Dat. Romæ 8. Martij 1566.) nisi prius confessus fuerit, vt etiā affirmat *Rodriq. in quæst. regul. q. 67. art. 4. col. 2. §. Hæc assertio, &c.* vel poterit etiam asserere, quòd per confessionē sacramentalem, purgata à peccatis conscientia, peccati effectus tollitur, scilicet infirmitas ipsa. Pij V. Rodriq.

Cæterùm, notandum puto Nauarri doctrinam, ac aliorum dicentium, non debere Medicum deserere infirmum, qui noluerit confiteri, esset enim contra ius naturale, quòd est de vita tuenda, cum Pij V. præceptum, de iure positiuo sit; infirmitas verò, si non erit ad mortem, nec periculosa, nullo modo Pij V. præceptum obligat. Nauar.

Siuè autem parui momenti fuerit infirmitas, siuè magni, procuret Sacerdos, vt infirmus confiteatur, ad quod adducere poterit exempla aliquorum, qui (ex causa infirmitatis) receptis Sacramentis, statim pristinæ redditi sunt sanitati, prout multoties Patri N. Camillo, seruo Dei, euenit, dum inter mundanas varietates adhuc detineretur, nam grauescentibus infirmitatibus, post peractam Confessionē, ac sumpto Eucharistiæ Sacramento, citò conualuit, vt ipsemet ore proprio fatebatur; de alijs etiam quāplurimis, ipse sum testis oculatus.

De Sacramentali infirmorum Confeſsione; circa quam, plura declarantur Dubia.

PRACTICA IV.

Debet Sacerdos (vt ſupra diximus) omni conatu curare, vt infirmus (maximè ſi graui, ac periculoſa detineatur infirmitate) confeſſionem faciat peccatorum, ipſum in hoc adiuuando, nam morbo præſſus, non valet tàm de facili, ſuis sẽsibus vti. Si autem aliquo modo dubitet circa præteritas confeſſiones, operepretium duco, rem in tuto ponere, ac generali peccatorum recordatione, vel à poſtrema incipiendo, eorum maculas tergere.

Dixi autem (ſi infirmus dubitet de validitate præteritarum Confeſſionum,) nam ſi hoc procederet ex ſcrupulis, tunc generalis Confeſſio non erit neceſſaria, immo nec expediens, Scrupuloſi enim nunquam certi, ſemperquè perplexi, quieſcere non ſolent; tunc ergo deponere debet infirmus ſcrupulos, ac omne hoc negotium, iudicio Confeſſarij remittere, & tutus erit in conſcientia, vt omnes Doctores communiter afferunt.

Nunc verò mihi viſum eſt, aliquorum caſuũ deciſiones hic ſubnectere, quos frequentiores putaui in materia Sacramentalis Confeſſionis, vt valeat Sacerdos, veſtigio temporis decernere quid faciendum, quos omnes ex claſſicis Doctoribus excerpſi.

Du-

Dubia aliqua circa sacramentalem Confessionem.

DVbium primum. Quomodo se gerere debeat Confessarius in casibus repentinis articuli, seù periculi mortis.

Respondetur, quòd absoluat liberè ab omnibus casibus,& censuris, etiam Papæ reseruatis; in talibus enim periculis nulla erit reseruatio, vt ex Conc. Trid. *sess*.14.*cap*.7. & est communis. Conc. Tri.

Dub. 2. An articulus mortis differat à periculo.

Respondetur affirmatiuè, secundum se, nam articulus dicit vltimum vitæ terminum, periculũ verò dicit causam propinquæ mortis, vt ingrediens prælium, vel periculosam nauigationem.

Attamen secundum meliorem,& communiorem sententiam, quòad absolutionem omnium reseruatorum,& censurarum idem sunt. Ita *Suar. tom.3. disp. 69. sect.3. col.2. Nauar. cap.27. nu.* 272. *Syluest. verb. confessio* 1. *num. 6. Tolet. lib.*1. *cap.*15. *num.*2. *Armill. verb. Mors*,& alij communiter. Suar. Nauar. Sylu. Tolet. Armil.

Dub. 3. Quomodo articulus, & periculum sumẽdum erit.

Respondetur, quòd moraliter intelligendum est ad iudicium prudentis Confessarij, non autem metaphysicè,& in puncto indiuisibili, vt affirmat Pater Em. Sa *verbo Mortis articulus, num.* 1.& alij, & in dubijs, an sit articulus, seu periculum, tutior pars eligenda est, scilicet vt absoluatur, nam hæc est tutior pars, scilicet in fauorem animæ, vt *DD.* communiter affirmant. Ita *Nauar. prælud.* 9. *n.* 9. & *cap.* 27. *n.* 284. Em. Sà. Nauar.

Caſus, in quibus poſſet mortis periculum imminere pro abſolutione, ſunt, v. g. vulnus læthale in pectore, in ventre, in gutture præcipuè ſi intus profundaret, in capite cum fractura oſſium, ſequuta cũ vertigine, cum vomitu, & cum ſanguinis è naribus effuſione; Item exinanitio, ſeu deliquium, ex apoplesia, ex nimia cordis paſſione, ex gutta, & ſimilibus, in quibus Confeſſarius nequaquam ſcrupulizare debet, ſed deponat ſcrupuloſam conſcientiam, vt animam infirmi in tuto ponat, illum abſoluendo; Nonnulli enim ſeipſos, & infirmos deceperunt, cũ ex ſcrupulis noluerũt innodatos papali excommunicatione abſoluere, putando nondum eſſe periculum mortis, & ideò abſolutionem diſtulere; at poſtmodum ægroti ex repentino accidenti, non ſolum abſque Sacramentis, verum etiam ſine abſolutione ex hac vita migrarunt; Equidem ſcrupuloſi Confeſſarij animarum ſaluti nimis obnoxij ſunt, ideò ad confeſſiones audiendas ſe immiſcere non debent, ſed tantùm eorum partes erunt, Officium Diuinum recitare, Miſſaſq; deuotè celebrare.

Notandum, quòd quamuis circumſtantibus non videatur euidens periculũ mortis, ſi infirmus ſenſerit ſe virtute deficere, & magna inſtantia abſolutionem petierit, credendum ei erit, nam experientia docuit, patientem, optimum ſui ipſius Iudicem, Medicumq; eſſe, & præcipuè cùm infirmitas periculoſa erit. Ex *Nauar. in prælud. cit.*

Nauar.

Nonnullos alios caſus, circà articulum mortis pro abſolutione præſtanda ponunt Doctores, ſcilicet febris continua, non quælibet leuis, ſed grauis, ſeu maligna. Ita *Em. Sà verbo Mortis articulus, nu.* 1.

Em. Sà.

nam

nam vulgo dicitur, *la febre continua ammazza l'huomo*. Ita dicendum de febri ethica, quæ cùm infirmum in lecto firmauit, cum nimia debilitate, cum respirationis impedimento, cùm spuere nequit, paulò post moriturus erit.

Item parturiẽtes, non omnes, sed quæ difficilem, periculosumq; ad iudicium obstetricis, partum habent. Ita *Adrian. cap. Pastoralis. Tolet. lib. 1. cap. 15. num. 1. & a'ij.* Adrian. Tolet.

Item qui periculosam nauigationem, vel prælium ingrediuntur, nam isti, vt plurimum pereunt, ideò tanquam in mortis periculo absoluendi. *Tolet. cit.* Tolet.

In alijs vero similibus casibus, Confessarius sua vtatur prudentia, vel si poterit, Medicos, seu Peritos consulat, & si adhuc dubius permanebit, deponat dubiam conscientiam, & absoluat; nam, vt dixi, tutior pars est in fauorem animæ. Ita *Nauar. cap. 20. num. 31. Sylu. verb. confessio, num. 6. Sà verbo Mortis articulus, nu. 1.* & alij communiter. Nauar. Sylu. Sà.

Dub. 4. Quid faciendum, si cum peruenerit Confessarius ad infirmum, iam ille loquelam amisit, sed astantes illum petijsse confessionem affirmant.

Respondetur, illi beneficium absolutionis præstari debere, etiam si Confessionem non petijsset, sed tantùm contritionis signa ostendisset, vt est percussio pectoris, oculos ad cœlum leuare, Sanctissimum nomen Iesu, vel Mariæ inuocare, vel signum optatæ Confessionis, vel peccatorum doloris (stringendo manum) & similia; illico ab omnibus casibus, & cẽsuris papalibus absoluere debet, saltem sub conditionata forma, scilicet (si es capax absolutionis, Ego te absoluo, &c.) Nec debet scrupulizare Con-

fessarius, vtrum illa strictio manus, vel illud signum sit actus humanus, an actus hominis nec nè, nam ideo ponitur in forma illa conditio (si) (si es capax, &c.) nam vt inquit *Aristot. in lib. Perbierm. cap.* 1. Cōditio, si, non ponit in esse; ideo liberè absoluendus. Ita *Med. de Confess. q.* 95. *Angel. Confess.* 4. *nu.* 8. *Sylu. Confess.* 3. *num.* 16. *Suar. tom.* 4. *disp.* 23. *sect.* 2. *num.* 21. *Tolet. lib.* 3. *cap.* 8. *num.* 2. *Bellarm. lib.* 2. *de pœnit. cap.* 7. *in fin. Sacerdotale Romanum, cap.* 26. *Sanch. de matrim. tom.* 1. *lib.* 2. *disp.* 36. *post quartam conclusionem, Eman. Sà verb. absolut num.* 10. *D. Ant. in summa defecerunt, & in* 3. *par. cap.* 17. *de infirmis, seu de infirmitate, tit.* 2. & alij, Quamuis Nauar. *cap.* 27. *nu.* 258. & Sot. *dist.* 18. *q.* 2. *art.* 5. contrarium senserint; nam quòd tibi non nocet, & alteri prodest, facilè concedendū est: Fauet etiam nostræ opinioni authoritas Canonica, 16. *d. cap.* 15. *qui infirmitate, & cap. ægrotantes, de consecr. dist.* 4. *Possevi. cap.* 7. *num.* 88. & alij communiter.

Arist. Med. Angel. Sylu. Suar. Tolet. Bellar. Sacer. Romanum. Sanch. Em. Sà. D. Ant. Nauar. Sot. Posseui.

Dub. 5. Quomodo se gerere debeat Cōfessarius absoluendo à censuris in prædictis casibus necessitatis.

Respondetur, quòd pœnitens prius debet præmittere partis satisfactionem, at si hoc commodè fieri non posset, debet præstare cautionem, saltem iuratoriam coram Notario de satisfaciendo, & Prælato se præsentando ad accipiendum mandatum cum primùm poterit, aut denique saltem iuret de hoc in manibus Confessarij. Ita habetur in *clem.* 1. *§. fin. de pœnit.* Si verò tantùm esset periculum in mora, quòd nihil istorum fieri posset, absoluere liberè debet, nam ad impossibile nemo tenetur, *de reg. iuris in* 6 Ita *Tolet. lib.* 3. *cap.* 8. *num.* 3. & communis.

Clem. 1. Tolet.

Dub.

Dub.6. An absolutus in tali periculo necessitatis à simplici Sacerdote, si non se præsentet Superiori, post quam conualuerit (vt promisit) ad accipiendũ mandatum, incidat in eandem excommunicationẽ.

Respondetur affirmatiuè, quòad censuras, non autem quoad casus reseruatos, à quibus remanet absolutus. Ita habetur in *cap. eos qui, de senten. excom. lib. 6. Nauar. cap. 26. num. 26. Tol. lib. 3. cap. 8. & lib. 1. cap. 10. num. 5.* & alij communiter. *Nauar.* Tolet.

Nota, si posset Confessarius recurrere ad Superiorem (cui censura directè est reseruata) pro licentia absoluendi, & nullum periculum esset in mora, teneretur; nam si ille (euaso periculo) deberet se, Superiori præsentare, quanto magis antea tenebitur, dummodo tempus, hoc absque periculo concederet. Ita *Innoc. cap. 1. & cap. Nuper, de senten. excomm. Nauar. cap. 26. cit. Tolet. lib. 1. cap. 15. num. 4.* & alij, Non autem ad eum recurrere tenetur, qui ex commissione, vel priuilegio habet authoritatem, nam ipse quoque in tali casu habet authoritatem ex commissione, & priuilegio Concilij Tridentini *sess. 14. c. 7. Suar. tom. 4. d. 30. sect. 3. num. 5.* vide infra *dub. 20. num. 9.* *Nauar.* Tolet. Conc. Tri. Suar.

Dixi, si tempus, hoc spatium concederet, nam si periculum esset in mora, absque scrupulo absoluẽdus esset.

Dub.7. Quid, si Cõfessarius vocatus esset ad audiendam Confessionem infirmi alienæ linguæ, cuius loquelam non perciperet.

Respondetur, quòd si non inueniretur alius Cõfessarius illius linguæ, nec aliquis qui possit esse interpres (cum tamen suo consensu, quia ad hoc non

obli-

obligatur;(si nolit) tunc ipse in tali casu, aliquid pro materia, omni modo meliori, accipiat, siuè per nutus, siuè per signa, siuè per verba, siuè aliquo alio modo, & sic ab omnibus illum absoluat, & hæc doctrina valet etiam si erit sanus; non enim licet, nec per modicum tẽpus in peccato morari, (vt inquit *D.Thom.2.2.q.62.art.8.*) & ideò cætera Sacramenta illi ministrare debet. Ita *Nauar.tom.2. consil. lib.5. conf.13. de pœnit. & remiss. num.1. & in man. cap.9. nu.15. Eman. Sà verb. absolut. num.9. Lopez. inst. t. confess. 1. par. cap.27. num.206. cit. à Rodriq. in summa tom.1. cap.61. de confess. quantum ad scientiam*, qui dicit, hãc opinionem esse piam, & opinionem Medinę tenentis cõtrarium, esse nimis rigorosam. Ita etiam nobis fauet *Henriq. cap.12. num.3. Reginal. lib.6. num.155. Bonac. de pœnit. q.5. disp.5. sect.2. pun.2. §.4.* & alij.

D. Thom. Nauar. Em. Sà. Lopez. Rodriq. Henriq. Regin. Bonac.

Ea ratio est, quia sicut surdus, & mutus, integrè confitetur intentionaliter, & formaliter, per signa, & nutus, ita etiam homo alienæ linguæ. *Victor. n.564. Lopez 1. p. cap.18. Greg. de Valent. tom.4. disp.7. q.10. p.2. col.2. Sot. dist.14. q.2. art.5. vers. difficultates, Possevi. de offic. Curati, cap.7. num.14.* & alij.

Victor. Lopez. Valen. Sot. Posseu.

Dub.8. An Sacerdos, etiã simplex, qui dum iuxta Monasterium Monialium transit, magnaq; instantia vocatur ad audiendam Confessionem alicuius Monialis, quæ ex aliquo repentino accidenti est in articulo mortis (secundùm Abbatissæ, & Monialium iudicium) intra claustra Monasterij intrare possit absque alia licentia Superioris, & absque scrupulo.

Rodriq.

Respõdetur (vt colligitur ex *Rodriq. tom.1. quæst. Regul. q.67. art.4. per totum, et præcipuè in concl.2. et 3.* vbi agitur quando lex non obligat) quod seclusa

omni

omni fraude, pro tali casu necessitatis non solum introire potest, sed tenetur, quia agitur de salute animæ, & etiam hæc est actio secundùm mentē non solùm Superiorum, & Ordinariorum, sed etiam Sūmi Pontificis, quia pro minori causa talem ingressū concedere solent, vt sunt Fabricatores, Hortulani, alijquè artifices; ideò intelligitur ingredi cum licētia interpretatiua in tali necessitatis casu: sicut etiā possunt seculares ingredi causa incendij, ruinæ, vel violentiæ personarum, & similium, vt inquit *Rodriq. cit. fol.* 283. *col.* 2. *&* *q.*46. *art.* 2. *vers. requiritur præterea, &c. &* *art.* 2. *&* 4. *clarius*. Ita à *Sorbo in cōpend. priuileg. tit. ingredere monast. monialium.* Rodriq. Sorbo.

Dub. 9. Quænam ignorantia excuset ad non incurrendam excommunicationem.

Respondetur, quòd duplex est ignorātia, scilicet ignorantia probabilis, seù inuincibilis, & ignorātia crassa, seù vincibilis.

Ignorātia probabilis, seu inuincibilis est illa, quæ vinci non potest: vnde qui nihil vnquam audiuit, vel cogitauit, vel dubitauit de aliqua censura, dicitur habere ignorantiam inuincibilem, seù probabilem, vel etiam, qui nescit ea, quæ scire non tenetur, quia ad officiū suum non pertinēt, hæc dicitur ignorantia inuincibilis, seù probabilis, quæ excusat ab excommunicatione.

Ignorantia crassa, seù vincibilis dicitur illa, quæ potest vinci, vt cùm quis scire debet ea, quæ ex officio tenetur.

Istæ duæ species ignorantiæ, vel sunt circa leges humanas, & dicitur ignorantia iuris, puta quia nescit legem prohibentem illud sub pœna excommuni-

nicationis, vel ſunt circa actiones humanas, & dicitur ignorantia facti, quia neſcit talem actionem eſſe prohibitam ſub pœna excommunicationis. His ita explicatis.

Dico primò, quòd ignorantia probabilis, ſeu inuincibilis excuſat ab incurſione excommunicationis, quamuis ſit Papæ reſeruata, quia ad incurrendã excommunicationem requiritur contumacia, ideſt inobedientia contra legem, quæ contumacia non datur, vbi adeſt inuincibilis ignorantia. Ita *D. Thom. 2.2.q.75.art.3. Tolet. lib.5.cap.8.num.1.* & alij communiter.

D. Thom. Tolet.

Dico ſecundò, Laborans tali ignorantia inuincibili, excuſatur ab excommunicatione, non tantum in rebus licitis, verum etiam illicitis, & peccaminoſis, ſiue hæc ſit ignorantia iuris, ſiuè facti, v.g. Titius percuſſit clericum, neſciens eſſe clericum, vel quia non geſtabat habitum clericalem, vel noctis tempore, &c. hæc dicitur ignorantia facti; vnde quamuis in agendo peccauerit mortaliter, tamen non incurrit excommunicationem, vt habetur in *cap. Si verò, de ſent. excomm.* & apud omnes infrà citandos; & hoc verum eſt etiam ſi percuſſor non ignorauerit legem.

Laborans etiam ignorantia inuincibili iuris, & non facti, ſcilicet Canonis *ſi quis ſuadente, &c.* licet peccet mortaliter, tamen non incurrit excommunicationem, v. g. Petrus neſcit legem Canonicam prohibentem ſub excommunicationis pœna clerici percuſſionem, immò nunquam audiuit, quia rudis eſt, & forenſis, ſi cum tali ignorantia percutit clericum, mortaliter peccat, quia contra diuinũ præcep-

tum

tum facit, tamen excommunicationem non incurrit. Ita *Tolet. lib. 1. cap. 8. num. 5.* & alij infrà citandi. Tolet.
Idem etiam dicendum est de illo, qui ex arte fossoris, v.g. vel agricultoris accedit ad artem militarem, & nunquam audiuit, duellantes incidere in excommunicationem, si cum hac ignorantia inuincibili iuris, duellum committit, excommunicationem nō iucurrit, & est communis Doctorum sententia; quia hac ratione non intercedit contumacia, & per cōsequens absoluatur à peccato mortali tantum.

Dico tertio, ignorantia crassa, seù vincibilis (quæ omnia idem sonant) est illa, cum quis scire tenebatur, & poterat, & non adhibuit diligētiam, vt sciret; hæc ignorantia, siuè sit iuris, siuè facti, non excusat, nec à peccato, nec ab excōmunicatione, nam *noluit intelligere, vt benè ageret, Psal. 35.* Damus exemplum, Psal. 35.
v.g. Confessarius, Medicus, Aduocatus, nesciūt ea, quæ ad eorum officium pertinent, & quia tenentur scire, & poterant scire, nempè consulendo libros, & viros doctos, negligunt hoc facere: hæc dicitur ignorantia crassa, affectata, & non excusat, nec à peccato, nec ab excōmunicatione, si tales fecerint contra legem prohibentem aliquid sub pœna excōmunicationis ipso facto.

Hæc doctrina est *D. Ant. 3. par. tit. 25. cap. 33. D. Thom. 2. 2. q. 76. art. 3. Caiet. ibid. art. 4. Sot. in 4. sent. dist. 22. q. 1. art. 2. Adrian. q. 3. de Clau. excom. 3. Tolet. lib. 1. cap. 8. à num. 1. vsque ad 7. Nauar. cap. 23. à num. 45. vsque ad 48. Eman. Sà eod. verb. num. 1. Tab.* & alij communiter *verb. Ignorantia, & verb. Excomm.* & fusiùs *Bonac. de censuris, disp. 1. q. 2. pun. 1. à n. 1.* & sic fiet consequentia in alijs casibus occurrentibus. D. Ant. D. Thom. Caiet. Sot. Adrian. Tolet. Nauar. Em. Sà. Tab. Bonac.

Notandum primo, quòd in omni excommunicatione, siuè sit à iure, siuè ab homine, nunquam comprehenduntur complices delicti, (scilicet dantes auxilium, consilium, &c.) nisi lex hoc expresè dicat, illosq; nominet. Ita *Iul. Clar. in sua prax. crim. quaest.* 86.§.2.*Caiet.verb.excommunicatio,in princ.* & alij.

Clar.

Caiet.

Ex hac regula excipitur excommunicatio canonis, *si quis suadente Diabolo*, in qua, licet dantes auxilium, consilium, fauorem, &c. non nominentur expresè, tamen subintelliguntur incurrere, sicut principales incurrunt, secuto effectu, vt patet per nonnullas declarationes Summorum Pōtificum, & etiā ex vniuersali interpretatione omnium Doctorum, tum Theologorum, tum Canonistarum, vt Card. Tolet. refert *lib.*1.*cap.*8.*nu.*7. & habetur in *cap. mulieres,*§.*fin.de sent.excomm.*

Tolet.

Notandum secundo, quòd quando in aliqua cēsura comprehenduntur complices delicti, scilicet dantes consilium, auxilium, &c. si principales non incurrunt, nec complices, qui sunt accessorij; quia accessorium sequitur naturam sui principalis; vnde qui consulit, vel mandat percutere clericum, nisi effectus percussionis sequatur, mandans, seù consulens non incidit in excommunicationem, & sic in similibus. Ita *glos. cap. ad audient.*§.*iniuriarum, de sent. excommun. Couar. in rub. de homic.*2.*par. relect. num.*5. qui ait esse communem opinionem. Vide Tolet.*lib.* 1.*cap.*8.*num.*8.

Couar.
Tolet.

Ex hac regula excipiuntur illi casus, in quibus lex contrarium exprimit; vt est illa. Qui mandat occidere per assassinum, tunc prolato mandato, statim

in-

incurrit,licet non ſequatur effectus; in hac enim lege,mandatum æquè principaliter prohibetur, vt in *cap.2.de homic.in 6.* Quamuis Tolet. dicat,hanc excommunicationem, nunc non eſſe in vſu, nam iſti aſſaſſini erant quidam infideles, qui modo non amplius reperiuntur: & tunc hæc excommunicatio nõ erat reſeruata,ideo omnes Confeſſarij poterant illam abſoluere;ſicut etiam nunc poſſunt cęteras cẽſuras papales,tàm à iure,quàm ab homine nulli reſeruatas. *Nauar.cap.27.à num.36. vſque ad num.39. Tolet.lib.1.cap.38.num.21. & cap.16.num.2. Eman. Sà verb. Abſolutio ab excommunicatione, num. 15. & omnes Summiſtæ,verb. Abſolutio, & verb. Excõmunicatio.* Tolet. Nauar. Tolet. Em.Sà.

Excipitur etiam ex hac regula, excommunicatio contra duellantes,in qua,dantes auxilium,conſiliũ, fauorem,arma,&c.quàmuis principales,effectu non ſecuto,non incurrunt in cenſuram,ſecundùm Bullã Greg.XIII.quæ incip. *Ad tollendum, &c.* complices verò incurrunt, ſi per ipſos non ſteterit, quominus ſequatur duellũ inter principales, quia hoc expreſsè habetur in præfata Bulla. Greg.13.

Damus exemplum: Titius, & Ioannes ex amicorum conſilio ad inuicem ſe diffidarunt,qui iam conſtituti ad locum præfixum,nudis enſibus,iam parati erant ad pugnam,ſed interpoſitis amicis,diuerſis à primis conſulentibus,non peruenerunt ad effectum decertationis;in tali caſu,principales diffidantes ſe, non inciderunt in excommunicationem Gregor. XIII. & conſequenter poſſunt abſolui à Regularibus. *Bonac.infra citandus.* Et ratio eſt, quia Pontifex inquit, Monomachiam commiſerint; modo in caſu

nostro, non cõmmiserunt, quia non est sequutus effectus pugnæ; at qui dederunt consilium ad duellũ, incurrerunt excommunicationem prædictam Gregorij, quia post datum consilium, iam perfecerunt actum in Bulla prohibitum, & postea per ipsos consulentes non stetit, quominus sequeretur duellum, & in Bulla Gregorij præfati habetur: (*Qui verò consilium, auxilium, &c. dederint, nisi per ipsos steterit, quo minus sequatur duellum*) ergo, &c. Vnde quoad fautores, consulentes, &c. in tali casu, Papæ est reseruata, vt liquidè patet in verbis Bullæ, quæ incip *Ad tollendum detestabilem, &c.* quæ est 82. in Bullario.

Si verò consulentes post datum consilium, arma, &c. ipsimet impediunt, nè pugna sequatur, tũc, nec ipsi in prædictam Gregorij censuram incurrunt. Ita
Bonac. *Bonac. de censuris disp. 2. q. 6. pun. 2. num. 15. per totũ,*
Peregr. *Alexand. Peregrinus de duello, q. 5. num. 11. Sanch. in*
Sanch. *summa lib. 2. cap. 39. num. 31.* & alii.

Obiices, quid absoluunt Regulares, dum duellũ non est secutum, licet se ad inuicem prouocati fuerint, & ad locum peruenerint, &c. vt iam diximus.

Respondeo, quòd absoluunt ab excommunica-
Clem. 8. tione imposita à Clemente VIII. vt in Bulla, quæ incipit, *Illius vices, &c.* sub dat. Romæ Anno 1592. Pont. sui anno primo, in qua excommunicat etiam ꝓuocantem ad duellum, quãuis alter non acceptauerit, neque effectus pugnę secutus fuerit, &c. à qua Confessarii seculares non priuilegiati absoluere nequeunt, quemadmodum possunt Regulares per nouam declarationem ipsiusmet Clementis VIII. vt (per aliam Bullam conditam anno 1602. incip.

Cùm

Cùm autem dubia quædam, &c. sub datum Romæ 26. Nouembr. Pótificatus sui anno XI) apparet; propterea à Regularibus tantùm tenor Bullæ Gregorij XIII. quæ incipit, *Ad tollendum, &c.* seruandus est, vt iam supra diximus: Bulla enim Clementis VIII. (quia in cæteris remanet in robore suo) ad plures casus se extendit, ad quos non se extendit decretum Tridentini, & Gregor: XIII. Ita *Sanch. lib. 2. summ. cap. 39. num.* 28. & alij citati à Bonac. *de censur. disp. 2 q. 6. punct. 2. num. 16. vers. Nec valet, etc.* Greg. 13. Sanch. Bonac.

Notandum tertio, quòd placet hic aliquos casus de duello breuiter pertractare pro faciliori materię dilucidatione, quæ ex Doctorum sententiis excerpsi, & præcipuè ex Bonac. *disp. 2. q. 6. punct. 2. à nu. 1. vsque in fin.* Bonac.

Duellum propriè accipitur pro pugna deliberata inter duos, vel plures ex condicto, ideſt ex pacto inuicem inito, statuto tempore, & loco, cum periculo vulneris, aut mutilationis, aut mortis. Duelli definitio.

Quare, si assignetur locus, & non tempus, non est propriè duellum: sicut neque est, quando assignatur tempus, & non locus. *Bonac. num.* 1. Bonac.

Si in bello inter hostes fiat conuentio, vt bellum definiatur per duellum inter decem, & decem pro vtraque parte, ad euitandum mortem multorum, licitum erit; secus autem si fieret ad vires probãdas, ob vanam gloriam, vel ob priuatas inimicitias, & absque alia iusta causa. *Bonac. cit. num.* 11. *Cla. Reg. de duello, cap. 13. num. 16.* *Peregr. de duello, q. 2. ad fin. Floron. cap. 3. de duello,* & alij. Bonac. Clau. Reg. Peregr. Floron.

Qui subito iræ feruore, rixa, vel ex altercatione decertant in eodem loco vbi reperiuntur, non est

duel-

Filiuc. duellum. *Filiuc.tract.* 15. *cap.* 5. *quæsit.* 5. *num.*207.

Qui sese obuiam habentes, alter alteri dicit, stringe gladium, & decertemus, non est duellum, sed potius aggressio. Graff. Bonac. *Graff. lib.*1.*cap.*7.*nu.*22. *Bonac.loc.cit. num.*5.& alii; si verò isti non illicò decertarent, sed diffidarent se in tali loco, quò statim tendunt, & ibi pugnant, erit duellum, & censuram incurrunt. Ita Bonac. Sanch. Filiuc. Graff. *Bonac. cit.num.*6.*Sanch.in summa lib.*2.*cap.*29.*n.*29. *Filiuc.cit.num.*112. nisi in hoc excusētur ignorātia, adest enim assignatio loci, & temporis præsentis; Contrarium tenet Graffius *loc. cit.*

Qui ait, si quis inimico dicat, vade ad capiēdum ensem, hic te expecto, vel alibi, erit duellum. *Bonac. ibid.*

Si quis alterum ad pugnam prouocat, dicens, cū prima vice tibi occurrero per Ciuitatem, simul decertabimus, erit duellum, secundùm Bonac. *loc. cit.* Bonac. *num.*6. adest enim assignatio loci, idest Vrbs, & assignatio temporis, scilicet quando sese obuiam habuerint; quod mihi non placet, nam tota Vrbs, non est propria loci assignatio, quia locus nō est certus: nec est propria assignatio temporis, cum sese obuiā habuerint, nam cum tempus sit etiam incertum, nō potest dici assignatio temporis, & in definitione duelli, requiruntur necessariò hæ duæ conditiones, ita vt altera illarum deficiente, non erit duellum, vt inquit ipsemet Bonac. qui in hoc videtur sibimet aduersari, ita etiam sentiunt viri docti, quos de hoc consului; Et si hoc esset duellum, multò magis esset tale in sequentibus casibus, in quibus profectò non est, vt inquit ipsemet Bonac. cum communi sententia, v.g.

Si quis inimico diceret, stringe gladium, vt pugnemus, videtur assignatio temporis præsentis, & assignatio loci, vbi reperiuntur, tamen non est duellum; quantò magis non erit tale in casu prædicto, vbi non est certa assignatio loci, neque temporis.

Nec erit duellum, si ad euitandum loci irreuerētiam, dicat inimico, exeamus ad pugnam extra Ecclesiam.

Nec, qui ad euitandam pœnam capitis, dicat inimico, exeamus extra Palatium Regium.

Nec existentes in Naui, si dicant, descendamus in terram, & postea statim decertent.

Nec si existenti intra domum suam, inimicus dicat, exi inde, vel descēde huc ad pugnandum, & similia, non sunt duella; quia istæ non sunt assignationes locorum intuitu duelli, sed ad euitandam pœnā mortis illius loci prohibiti, vel ad euitandam Ecclesiæ irreuerentiam, vel proprium periculum; quippe quia, si ingrederetur domum inimici, cui sunt famuli, & consanguinei, manifestè periclitaretur aggressor; ergo neque incurrunt in excommunicationem.

Nec, qui accedit ad aliquem locum, vt inimicum aggrediatur.

Nec, si Titius offerat duellum Caio, & eodem tempore Titius, stricto gladio, illum aggreditur, vnde Caius cogitur statim ibi pugnare; dicitur enim aggressio, non autem duellum. *Bonac. loc. cit. num.* 6. 7. & 8. Bonac.

Nec, qui sese inuicem inuitant, ad certādum pugnis, vel aliquo instrumento non periculoso: hæ cōuentiones non sunt cum periculo mortis, vel mutilationis, vel vulneris, licet casu aliquando accidat,

quia

Filiuc. quia per se non est duellum tendens ad malum notabile. *Filiuc.tract.*15.*c.*5.*q.*5.*num.*107.

Nec, qui inter se secreto conueniunt decertare aliquantulum in actu externo, sed non animo vulnerandi, quia hoc dicitur duellum materiale tantũ, & non formale, & per consequens non periculosum vulneris, vel mortis, vt requiritur in definitione posita supra à Bonac.*loc.cit.num.*9. Bonac.

Nec, qui hoc sciunt, & comitantur, vt videantur in externo lites inter decertantes componere.

Nec si innocens ab iniquo Iudice damnaretur ad mortem, tali conditione, vt, vel mortem subeat, vel in duello pugnet ad probandam suam innocentiam; dummodo pugnet animo seruandi propriam vitam, non autem animo probandi suam innocentiam. *Bonac.cit.num.* 12. *Pet. Nauar.p.* 2. *lib.*2.*cap.*3. *dub.*23.*num.*295.*Tolet.lib.*9.*cap.*6.*num.* 32. & communis. Bonac. Pet. Nau. Tolet.

Non autem licet acceptare duellum ob defensionem bonorum, vel honoris, nisi quando vis ei infertur, & cogitur ad pugnandum; quia apud Sapientes, honori ascribitur non acceptare duellum, ad seruãdam legem diuinam. Ita *Nauar.cap.*11.*n.* 39. *Sanch. loc.cit.cap.*32.*Bonac loc.cit.num.*11. Si verò aliter non potest defendere bona sua, nisi acceptando duellũ, tunc videtur esse licitum acceptare, quãdo aliquis bona sua inuadit; tunc enim non dicitur propriè duellum, sed iusta defensio rerum propriarũ; in quo casu inuasus, si non habet arma, quibus res proprias defendat, potest ab inuasore petere, vt sibi arma concedat. Ex *Nauar.cap.*11.*num.* 39. *& Bonac. loco cit.num.*10. Comitantes ad locum duelli animo im- Nauar. Sanch. Bonac. Nauar. Bonac.

pe-

pediendi, ne malum sequatur, opus charitatis est *Sanch.lib.1.num.35.* Sanch.

Spectatores, nō omnes incurrunt in hanc censuram, sed tantùm ij, qui sunt de indrustia spectatores, seu ex composito, & sunt ij, quorum præsentia duellum committitur, qui tanquam testes facti adsunt, vel data opera adsunt, quia eorum præsentia duellantes efficaciter inducuntur ad duellandum, quia si essent soli, forsitan de consensu desisterent, pacemq; inirent. Ita *Alex.Peregr.in exposit. Bullæ Clem. VIII.q.35.num.25.* Alex. Peregr.

Si quis spectaret ex aliqua parte occulta, non est peccatum mortale, nec incurreret excommunicationem, quia non dicitur componere duellum, nec authorizare illud sua præsentia. Ita *Lessius de iust. & iur.lib.4.cap.4.dub.11.num.83.* Lessius.

Nec qui illac transiens aspiceret obiter duellū, iam inceptum. Ita *Reginald.tom.2.lib.22.cap.7.num.77.* & alij communiter. Regin.

Absoluit ab hac excommunicatione solus Summus Pontifex; at si erit delictum occultum, vel nondum deductum ad forum contētiosum, poterit Episcopus absoluere, ex facultate Concilij Tridentini *sess.14.cap.6.* cum communi sententia Doctorum, relatorum à Bonacina *disput.2.quæst.6.punct. 2. nu. 35.per totum.* Quòd priuilegium non videtur abrogatum per Bullam Clementis VIII. vt inquit Bonacin.cit. cùm in ea nulla fiat mentio facultatis Concilii, Episcopis concessæ, & per consequens Episcopus poterit in aliis casibus ipsius Bullæ Clementis VIII. exceptis illis Bullæ Cœnæ, vt dicemus infra, *dub.17.per totum.* Conc. Tri. Bonac.

At effectu non sequuto pugnæ, poterit Religiosus absoluere, vt in *dub.* 17. *cit.* diximus.

Quando verò quis erit iusto aliquo impedimento detentus, ne possit Pontificem adire, tunc poterit Episcopus duellum, etiam non occultum absoluere, vt dicetur infra *dub.* 18. quod propter impedimentum, potest etiam in aliis casibus quibuscunque Summo Pontifici reseruatis. *Bonac. de censur. disput.* 27. *q.* 6 *punct.* 3. *nu.* 35. *circa med. vers. Præterea quando pœnitens, &c.* & citat *Sanch. de matrim. lib.* 2. *disp.* 1. *num.* 2. *versus finem*, & alios. Hæc de duello breuiter.

Bonac.
Sanch.

Notandum denique quarto, quòd per ignorantiã moraliter vincibilem, non semper quis incurrit in excommunicationem, quia nõ omnia ab omnibus, etiam peritis sciri possunt, nec omnis error præcaueri potest. *Tol. lib.* 1. *cap.* 81. *num.* 13. sed tantùm, quando est ignorantia crassa, vel supina, seu affectata, vt patet ex *c. Vt animarum*, vbi generaliter asseritur, ignorantiam quæ non est crassa, vel supina, excusare ab omnibus sententiis, quorumcũq; Ordinariorum, ignorantiam verò affectatam non excusare ab incurrendis censuris; tùm quia crassa, vel supina, vel affectata videtur habere aliquid voluntarij, & præsumptionis, & per consequens contumaciam; tum etiam quia huiusmodi ignorantia auget culpã delinquentis, cum eligat talem ignorantiam, vt liberius peccet, sed non est sic de ignorantia moraliter vincibili. Ita *Bonac. cit. disp.* 5. *q.* 2 *pun.* 5. *num.* 10. *vers. Addo, &c. Suar. tom.* 5. *disp.* 4. *sect.* 10. *num.* 3. *Sanch. lib.* 9. *de matrim. disp.* 32. *num.* 4. citans *Nauar.* & alios.

Tolet.
Bonac.
Suar.
Sanch.
Nauar.

Immò quando in censura habetur (*Qui scienter hoc fecerit, vel temerè, vel consulto, vel præsumpserit, vel qui contempserit, vel qui temerarius violator extiterit, sit excommunicatus*) tunc etiam si sit ignorantia affectata, non videtur quis incurrere in excommunicationem,& ratio est, quia Superior illo modo loquendi, non videtur requirere quamlibet temeritatem, præsumptionem, vel contemptũ, sed videtur exigere illam temeritatem,seu præsumptionem prouenientem ex certa scientia,vel saltem coniunctam cum ingenti temeritate. Ita *Bonac. loc. cit. num.* 11. qui citat multos in *pun.* 3. *q.* 1. contra *Suarez.* Bonac.

Ex quo patet à fortiori,ignorantiam crassam, vel supinam non sufficere ad incurrendam censuram latam contra eos,qui præsumpserint,vel temerè fecerint,&c. vt supra.Ita *Syluest.quæst.* 11. *Angel.verbo Dolus,num.* 1. *Bonac.cit.num.* 12.& alii. Sylu. Angel. Bonac.

Dub. 10. An excommunicatus in vna Ciuitate possit in alia absolui.

Respondeo, vel est excommunicatus publicus, & nominatim,& vbi delictum commisit excommunicatio est reseruata,tunc non potest absolui,nisi ab Episcopo loci vbi commisit delictum, nam aliàs esset ponere falcem in messem alienam; at si erit excommunicatio occulta, seu per edictum generale,etiam si vbi commiserit delictum, fuerit reseruata,poterit (satisfacta parte) ab alieno Episcopo in cuius Diœcesi se contulit ad habitandum absolui, quia hac ratione efficitur suus subditus, vel poterit Confessarius ex licentia Episcopi illum absoluere, ex concessione Concilij Tridentini *sess.* 24. *cap.* 6. Conc. Tri.

(liceat Episcopis in quibuscunque casibus occultis, etiã Sedi Apost. reseruatis absoluere delinquentes sibi subditos, &c.)

Si vero accederet ad alienam Diœcesim animo non permanendi saltem maiori anni parte, non efficitur subditus illius Diœcesis, & per consequens si erit reseruat ,non posset illum absoluere, quia non est suus subditus, & Concil. Trid. dat Episcopis facultatem pro suis subditis tantum, vt patet. Ita *Bonacin. de censur. disp.* 1. *q.* 3. *pun.* 2. *num.* 6. *in fin. & n.* 7. qui multos citat.

Conc. Tri.
Bonac.

Dub. 11. An Confessarius hic Neap. possit absoluere accedentem ad se cum casibus reseruatis in Beneuentana Diœcesi, dum hic non sunt reseruati.

Respondeo, in hoc casu sunt duæ opiniones: Prima est negatiua, quia fraudulenter, & in præiudiciũ animæ propriæ præsumitur illud facere, puta ad fugiendam censuram Episcopi, vel proprij Sacerdotis volentis amputare occasionem peccatorum. Ita *Graff.* 1. *par. lib.* 1. *cap.* 13. *num.* 46. *& in app.* 2. *par. lib.* 1. *cap.* 7. *num.* 56. citans *Sot. in* 4. *sent. dist.* 58. *art.* 2. *col.* 9. *in fin.* & alij ab istis citati.

Graff.
Sot.

Secunda opinio est contraria, & verior, & iuxtà praxim; affirmans, Peregrinos, Viatores, Vagos, & omnes alios, posse absolui à Confessario loci vbi peccata non sunt reseruata; contra Sot. *loc. cit.* dicentem, peregrinos non posse absolui, si non habuerint ab eorum Episcopo licentiã peregrinandi; quod negat Nauar. *cap.* 27. *num.* 295. Ita *Suar. tom.* 4. *de pœnit. disp.* 30. *sect.* 1. *num.* 4. *lit. D.* & ratio est, quia Confessarius alterius Diœcesis non tenetur scire quinam casus sint reseruati alteri Episcopo, sed tantum suo

Sot.
Nauar.
Suar.

pro-

proprio, ergo debet hunc audire, & iudicare iuxtà ritum sui Episcopatus.

At si quis confiteretur peccatum commissum in aliena Diœcesi, si ibi non fuerit reseruatum, tamen hic vbi confitetur erit reseruatum, non poterit absolui. *Suar. loc. cit. num. 6. Nauar. cap. 27. nu. 261. vers. Decimo dico, &c. in fi.* vbi inquit. *Nunquam enim intellexi vllum Confessarium legitimum, cui esset præfata facultas, remisisse aliquem ad Episcopum alterius Episcopatus.* Ita *Posseui. cap. 7. num. 49. Tolet. lib. 3. cap. 13. num. 7. vers. tertius casus, &c. Caiet. verb. Absolutio 2.* qui inquit, ita expressisse Eugenium Papam, quamuis tales Viatores absque licentia sui Sacerdotis viam fecerint. *Bonacin. de pœnit. disput. 5. q. 7. punct. 5. §. 3 num. 9. Vasquez q. 3. art. 1. dub. 4. ad fin. Reginald. lib. 8. num. 68. Henriq. lib. 6. cap. 14. num. 9. Emman. Sà Absolut. num. 21.* & alij recentiores contra Medinam *lib. 1. cap. 10. Nugn. in addit q. 8. art. 5. dub. 10. Zerola in praxi, de pœnit cap. 15. q. 8. Sot. Graff. etc.*

Suar. Nauar. Posseui. Tolet. Caiet. Euge. Pap. Bonac. Vasq. Reginald. Henriq. Em. Sà. Med. Nugn. Zerol. Sot. Graff.

Hæc sunt in fauorem omnium Confessariorum; at Regulares ampliorem habent facultatem à Pontificibus, quippè quia in Diœcesi in qua approbati sunt, non solum subditos aliarum Diœcesum ad illos confluentes, ratione itineris, absoluere possunt, verum etiam si data opera pro absolutione obtinēda ab alieno Episcopatu discesserint, vt patet ex cōcessione Nicolai V. Fratribus Minoribus, Sixti IV. eisdem, Vrbani IV. Carmelitis, & aliorum Summorū Pontificum per Bullas authent. vt in compend. priuilegiorum Hieronymi à Sorbo Capuccini in nouissim. *fol. 31. §. 7. & 8. & fol. 34. §. 19. de Absolut. quoad seculares. 1.* Ita etiam Bonacina de Sacra. *disp. 5.*

Nicol. 5. Sixt. 4. Vrb. 4. à Sorbo Bonac.

q.7.punct.2.nu.8.& 9. vbi ait, quod neque Parochi, neque Episcopi possunt derogare priuilegijs Summorum Pontificum Regularibus concessis. Sic *Rodriq.tom.1.quæst. Regul. q.60.art.7. Miranda in Manuali Prælatorum,tom.1.q.45.art.4.*& alij.

Rodriq. Mirand.

Si verò quis accesserit ad confitendum cum aliquo peccato nunc reseruato, sed quando illud cõmisit non erat reseruatum, non potest absolui absq; Episcopi licentia; nã prohibitio reseruatorũ fit Cõfessarijs,non pœnitentibus. Ita *Possev.cap.7.num.49.*

Posseui.

Et è contra,si peccatum erat reseruatum, quãdo commissum fuit,si nunc est ablata reseruatio, quilibet Confessarius absoluere poterit.

Si veniat habens casum reseruatum, sed cum cõmisit,non credebat mortale, quia certè nõ fecisset, potest ab omnibus approbatis absolui,quia solum mortale potest reseruari, sed hoc non est tale,ergo, &c.*Syluest.verb.Casus,q.5.Graff.1.par.lib.1.cap.3.nu.71.Henriq.de pœnit.lib.3.cap.14.nu.6. Posseui.cap.7.num.49.in fin.*& communis.

Syluest. Graff. Henriq. Posseui.

Si verò credebat mortale,sed non putabat esse reseruatũ,non facit ad rem,quod non putabat, nam adhuc reseruatum remanet. *Doctores cit.*

Dub.12. quomodo se gerat Confessarius audiẽs habentes casus reseruatos, à quibus absoluendi facultatem non habet.

Respondeo, quòd debet mittere penitentem ad Superiorem pro absolutione, vel pro facultate absoluẽdi à quolibet Confessario;si verò erit infirmus, vel mulier, poterit ipsemet Confessarius superiorẽ adire pro tali facultate obtinẽda; si autem Superior à reseruatis tantùm absolueret, inferior audiat om-

nia

nia peccata etiam reseruata, Superiori confessa, vt confessio dicatur integra, & absoluat. Ita *Vasqu. q. 92. art. 3. dub. 9. Eman. Sà. Absolutio num. 34. Suarez tom. 4. de pœnitentia, disp. 30. sect. 1. num. 4.* & est communis. Vasq. Em. Sà. Suar.

Sed difficultas est, an Confessarius facultatem non habens, possit prius à non reseruatis absoluere, & pro reseruatis mittere penitentem ad Superiorē.

Respondent in hoc omnes Doctores cōmuniter, cum causa rationabili hoc fieri posse, dummodo pœnitens non sit aliqua censura reseruata ligatus. Ita *Suarez disp. 31. sect. 2. Vasq. loc. cit.* & etiam omnes citandi infra pro vtraque sententia dubio sequenti; causæ rationabiles sunt ad iudicium prudē tis Confessarij, v. g. si Sacerdos est celebraturus, & commodè non potest adire Superiorem, nec posset differre celebrationem absque aliqua nota scandali, vel famæ propriæ, vel quando esset perturbatio populi expectantis Sacrum faciendum, vel si puellæ debent communicare cum matre, vel famulæ cum domina, si ægrotus est communicaturus antequam medicinam recipiat, & similia. Suar. Vasq.

Notandum, quòd quamuis Confessarius in hoc casu absoluat tantùm à non reseruatis, debet tamen audire omnia, etiam reseruata, vt confessio dicatur integra ex parte pœnitentis, quamuis ipse reseruata non absoluat. Ita *Suarez disp. 31. sect. 3. nu. 8. Reginal. lib. 6. num. 150. Conincb. disp. 8. de pœnit. dub. 9. nu. 86. Vasq. q. 91. art. 3. dub. 9. num. 17.* & alij. Sed tota difficultas remanet in dubio sequenti. Suar. Regin. Coninch. Vasq.

Dub. 13. An extra necessitatem, vel rationabilem causam, possit Confessarius prius à non reseruatis

ab-

absoluère,& pro reseruatis pœnitentem ad Superiorem mittere.

Respondeo,quòd in hoc duæ sunt opiniones:Prima est negatiua.Ita *Henriq.lib.1.num.7.& lib.8.nu. 80.Suar.disp.31.sect.2.Coninch.disp.7.dub.9.nu.103. Vasq.q.91.art.3.dub.9.num.6.Ledes. Canus.* & alij citati à Bonacina *de pœnit.disp.5.num.7.punct.5.§.3.nu. 5.in 2.propos.*

Henriq. Suar. Coninch. Vasq. Ledesm. Canus.

Quorum rationes sunt: Prima, quòd si hoc fieri posset, sequeretur, quòd simplex Sacerdos posset prius à venialibus absoluere,& pro mortalibus mittere illum ad Confessarium approbatum, quod est absurdum dicere,ergo,&c.

Secunda ratio:Non potest remitti vnum mortale sine alio,ergo nec absolui, ergo nec confiteri prius non reseruata, relictis cæteris reseruatis.

Tertia: Confessio est accusatio peccatorum coram legitimo Iudice,at simplex Confessarius nõ est legitimus Iudex reseruatorum,ergo,&c.

Secunda opinio est affirmatiua,scilicet etiam sine causa fieri posse.Ita *Nauar.de pœnit.dist.5.§.Cautus à num.12.& in Man.cap.26.num.6.Sum. Coron.de pœnit.p.4.num.25.fol.156.Caiet.verb.Confessio, cõdit. 10.Valen.tom.4.disp.7.q.11.Em.Sà verb.Absolutio,n. 24.Zerol.de pœnit.cap.13.q.13. vers. 3. Sayr. de pœnit. cap.16.num.7.Med.de Confess.q.12.Sot.dist. 18. q. 2. art.5.Card.Tolet.lib.2.cap.8.num.3. Duran.in 4. dist. 16.q.5 Lopez 1.par.cap.27.col.10.in princ.*& alij apud prædictos Doctores,quorum rationes sunt.

Nauar. Sum. Cor. Caiet. Valen. Em.Sà. Zerola. Sayr. Medina. Sot. Tolet. Duran. Lopez.

Prima;In Confessario vltra formam in absoluendo,requiritur intentio,quæ dirigitur ad peccata nõ reseruata,& illa tantùm absoluere intendit,quamuis

in-

indirectè, ratione contritionis acquisitæ virtute Sacramenti, omnia remaneant coram Deo absoluta, etiam reseruata, ad effectum recipiendi gratiam Sacramentalem; at non ideo tollitur obligatio adeundi Superiorem pro absolutione à reseruatis, quia sicut nec per contritionem perfectam tollitur obligatio confitendi sacramentaliter, ita nec per absolutionem indirectam reseruatorum datam ab inferiori, tollitur obligatio Superiori se præsentandi pro illorum absolutione in facie Ecclesiæ, & sic non implicat.

Ad rationes contrariæ sententiæ respondēt prædicti Doctores dicentes: Ad primam, negando disparitatem illationis, nam tunc simplex Sacerdos non habet auctoritatem circa aliquod mortale, sicut habet approbatus, ideo non potest constituere pęnitentem in gratia, nam mortale repugnat gratiæ. *D. Thom. 3. par. q. 57. art. 4.* At approbatus habet authoritatem circa omnia mortalia; et licet quòad reseruata non habeat facultatem, tamen virtute cōtritionis, pœnitens indirectè etiam ab illis venit coram Deo absolutus, quamuis remaneat obligatio Superiori se præsentandi, vt dictum est, et sic respōsum fuit etiam ad secundam rationem. D. Thom.

Ad tertiam, tunc inferior indirectè erit legitimus Iudex etiam reseruatorum.

Quamuis istæ opiniones ambæ sint probabiles, & possint tuta cōscientia sequi, tamen prima est probabilior, & tutior.

Notat tamen Toletus, quòd quādo inferior prius absoluit à non reseruatis, debet omnia, etiam reseruata audire, & postea mittere illum ad Superiorem Tolet.

pro reseruatis,& hoc (dicit) non esse dimidiare confessionem,sed potius est dimidiare absolutioné, quia inferior omnia audiuit ; at quando pœnitens prius accedit ad superiorem , qui solùm reseruata absoluit,tunc erit dimidiare Confessionem,& absolutionem,ideò debet postea inferiori , etiam reseruata prius absoluta,iterum confiteri , vt dicatur integra quoad omnes partes.Hæc Tolet.cit. *cũ Caiet. Durand.*& alij sup.cit.

Tolet. Caiet. Duran.

Dub.14. Quomodo se gerere debeat Cõfessarius cum audit infirmum obligatum aliquid reuelare sub pœna excommunicationis .

Respondeo,quòd sequentes Regulas seruare debet .

Prima Regula : Si excommunicationis sententia non fuit fulminata , sed tantùm factæ fuerunt trinæ monitiones , tunc non tenetur reuelare sub pœna excommunicationis , sed fortè tantùm obligatione conscientiæ; in tali casu sufficit intentio reuelandi, vel faciendi quicquid prudens Confessarius præceperit , at si fuit iam in totum fulminata , & scienter noluit reuelare,vel restituere,dum poterat, tũc iam incidit in excommunicationem , à qua non potest absolui,nisi à Superiore , quem si non potuerit adire,poterit Confessarius ad illum pro auctoritate accedere , cum promissione se præsentandi quampri mum poterit,vel data oppurtunitate parti satisfacere.

Rodriq. Pius V.

Verùm,inquit Rodriq.*tom.*1 .*quæst.Regul.q.*61.*ar.* 6.*in princ.* Quòd Regulares ex priuileg.Pij V. possũt omnes excommunicatos,tàm à iure , quam ab homine (etiam nominatim) satisfacta parte , in foro

con-

conſcientię tantùm abſoluere; exceptis illis Bullæ Cœnæ Domini,& decreti Clem. VIII. incip. *Sacra Congregatio,&c* de quibus infra. Clem.8.

Et quamuis ſtatim non poſſet parti ſatisfacere, ſufficit ſufficientem cautionem præſtare de ſatisfaciendo, & ſic abſoluatur; et ratio eſt, quia Iudices Eccleſiæ fulminãt excommunicationes ad petitionem partium, quibus ſatisfactis, cenſentur relaxare excommunicationes, & concedere auctoritatem abſoluendi: Ita *Rodriq. cit. Medin.2. p. ſum.*§.12.*fol.* 13.*Ledeſ.in* 4.*quæſt*.16.*art*.1. *dub. vlt*.& alij à Rodriquez cit. Rodriq. Med. Ledeſm.

Circa hoc inquit Em. Sà *verb. Excommunicatio poſt num.*51.*tit.de Abſolut.ab excommunic.nu*.3. quod quando datur facultas abſoluendi, ſatisfacta parte, ab aliqua cenſura, ſufficit ſi abſoluēdus faciat, quod poteſt; itaquè poteſt abſolui data cautione, ſaltem iuratoria, ſi aliud non poteſt, ſcilicet iurando coram Notario, vel ſaltem coram Confeſſario. Ita *etiam Rodr. loc.cit.* Em. Sà. Rodriq.

Secunda regula: Supra diximus (ſi teneatur reuelare) quia ſi ſcit illum eſſe innocentem, vel iam reſtituiſſe, vel aliquo titulo poſſe ſibi acceptum retinere, vel iam eſſe correptum, & emendatum de illo peccato, pro quo reuelando fuit excommunicatio fulminata, vel corriperetur facta correctione fraterna: in tali caſu non tenebitur reuelare, nec denunciare, vt ait Nauarr. infra citandus; at ſi creditur, quod nõ reſtituet, niſi reuelet, reuelare tenetur. Ita R*odriq.in ſum.tom.*1.*cap*.79.*à num*. 1. vbi multa de hac materia. Rodriq.

Tertia regula: Vxor, filij, & conſanguinei, contra

virum,patrem, & consanguineos, reuelare non tenentur. Nauar. *cap.* 15. *num.* 88. quod intelligitur secundùm Rodriq *loc. cit. num.* 4. quod non tenentur in causa criminali; at in causa ciuili, vtique tenentur, præcipuè si non essent alij, qui sufficienter reuelarent pro debita restitutione facienda, quamuis inter cognatos, & consanguineos sit. *Angel. verb. Familia, num.* 7. *Rodriq. Nau.* & alij *loc. cit.*

Nauar. Rodriq.

Angel. Rodriq. Nauar.

Quarta Regula: Qui tantum scit ex auditu à non fide dignis, non tenetur reuelare: at quando audit à fide dignis scientibus ex causa scientiæ, tunc reuelare tenetur; imò si certus est, quòd qui ei hoc dixit, reuelauit iam ipse, vel est reuelaturus, iste talis ad nihil tenetur, nam si quis teneretur reuelare ex dicto alicuius, qui etiam audiuit, daretur processus in infinitum, ergo tantùm tenetur reuelare, quãdo audiuit à sciente ex causa scientiæ, & etiam à fide digno, & non dictum de dicto. *Nauar. cap.* 25. *num.* 46. *Cordub. q.* 43. *in* 6. *casu, Bonac. de Cens. disp.* 2. *q.* 6. *pũct.* 1. *à num.* 13. & alj apud ipsum.

Nauar. Cordub. Bonac.

Quinta Regula: Complices delicti, & qui dederunt auxilium, consilium, mandatum, &c. non tenentur reuelare, quia seipsos proderent. Ita *Nauar. infra citandus:* Nec si non poterit probari in iudicio, quia tantùm vnus hoc scit: nec quando scit, Iudicem ex alijs testibus esse certum de delicto patrato, & non indigere sua attestatione; nam cùm quis certus factus est, certior fieri non potest. *Cap. Cùm quis, de Regul. iur. in* 6. Nec si sciet sub sigillo naturali, seù Sacramentali in Confessione: Hæc omnia apud Nauar. *c.* 18. *n.* 41. *Tabien.* 1. *de Censuris, c.* 17. §. 14. *n.* 5. & alios *verbo Secretum, & verbo reuelare.*

Nauar. Tab.

Sexta Regula: Quando peccatum, aut delictum erit occultum,& reus iam se emendauit, vel mediãte correctione fraterna erit spes emendationis, tunc ante correctionem reuelare, vel denunciare delictũ, esset contra Euangelicum præceptum,& per consequens peccatum graue, quamuis timore excommunicationis hoc faceret: nam in tali casu non teneretur reuelare. Ita *D.Th.2.2.q.33.art.7.in corp. & ad 1.Sot.de ratione tegen.secret.memb.2.q.6.*& communis. D.Thom. Sot.

Sed difficultas est: quis,& quando tenetur denũciare hæreticos.

Respondetur, quòd nonnulli tenentur denunciare hæreticos sub pęna excommunicationis Papę reseruatæ: & isti sunt familiares Sancti Officij, qui ex officio tenentur hoc agere; nam iurant hæreticos denunciare,& non denunciando, tanquam illorum fautores incidunt in excommunicationem Bullæ Cœnæ.

Alij vero non tenentur sub poena excommunicationis reuelare, sed ex præcepto charitatis Christianæ Religionis,& ideò mortaliter peccant non reuelando: & ratio est, quia sunt obnoxij fidei, & Reipublicę Christianæ. Ita *Tolet.lib.1.cap.19.n.6.* §. *Quartum genus,&c.*citans *Sylu.* contra *Palud.* Tolet. Sylu. Palud.

Quamuis isti secundi teneantur reuelare sub poena excõmunicationis, quæ solet imponi ab ipsismet Inquisitoribus, contra non denunciãtes hæreticos, tamen notum est, quòd, tàm primi, quàm secundi nõ statim tenentur denunciare hæreticos, sed tantùm quando sunt pertinaces, siuè hoc sciant secretò, siuè publico modo, siuè plures sciant, siuè vnus solus,

siuè probari possit, siuè non, semper tenentur reuelare. Ita *Tolet. lib. 4 cap 5. num. 1.*

Tolet.

Ita etiam si erit aliquid reuelandum ob bonum Reipublicæ, Ciuitatis, vel Communitatis, quàmuis vnus solus sciat extra sacramentalem Confessionẽ. *Rodriq. in summa, tom. 1. cap. 79. num. 8.*

Rodriq.

Dixi (tantùm hæreticos pertinaces) nam vt quis verè hæreticus dicatur, necesse est, vt verè pertinax sit; Quapropter si quis ex ignorantia errauerit, non statim erit denunciandus, sed debet prius præmitti fraterna correctio: qua acceptata, non erit pertinax, neque hæreticus formalis; ea verò reiecta, pertinax dicendus erit, & formalis hæreticus, ideò omnino denunciandus.

Idem dicendum est de faciente, vel dicente aliquid contra fidem, & probabiliter creditur hoc fecisse ex vehementi ira, vel ex aliqua passione, vel timore; si verò sedato animo correctus resipisceret, non esset locus denunciationis; secus si post correctionem permanserit in sua pertinacia.

Idem dicendum erit in cæteris materijs reuelationum præter hæresim. Hæc est doctrina D. Thomę *2. 2. q. 33. art. 7. Duran. in 4. sent. dist. 19. q. 4. Tolet. lib. 4. cap. 5. num. 1.* & aliorum.

D. Thom.
Duran.
Tolet.

Septima Regula: Si illi, contra quos fulminata fuit excommunicatio, restituere nequeunt, nec in totũ, nec in partẽ ratione paupertatis; sicut ipsi principales non incurrũt excommunicationem, sic nec etiam hoc scientes, & non reuelantes. Ita *Sot. in 4. dist. 22. q. 5 num. 1. pag. 940 col. 2. Rodriq. in sum. t. 1. cap. 79. num. 10.* & alij.

Sot.
Rodriq.

Octaua Regula: Qui in compensationẽ alicuius

rei sibi debitæ, accepit illud, pro quo fuit fulminata excommunicatio, dum non poterit alia via recuperare suum; sicut ipse principalis non peccauit accipiendo, & retinendo, sic nec qui hoc sciunt, & non reuelant, etiam si hoc sciant ab ipsomet, qui accepit, dummodo sit timoratæ conscientiæ, & fide dignus. *Nauar. cap. 27. num. 114. & cap. 25. n. 46.* Nauar.

Ex hoc sequitur, quòd vidua si accipiat æquiualens illius, quòd vir suus ante mortem oretenus ei donauit, vel testamento minus solemni, nec rogato ex impotentia, reliquit; sicut ipsa non tenetur restituere, ita nec qui hoc sciunt reuelare tenentur, quia vidua non potest alia via, quod sibi competit recuperare, vt supponitur, nec ei conuenit agere in iudicio contra hęredes potentes, vt suum recuperet magno cum dispendio; immò cum periculo non recuperandi, quod ei de iustitia debetur, vt plurimum accidit. *Couar. de Testam. fol. 75. nu. 4. Sotus de iust. & iur. q. 1. art. 3. Ledesm. in 4 q. 18. art. 1. dub. 11.* & alii apud Rodriq. *in summa tom. 1. cap. 79. num. 11. circa medium.* Couar. Sot. Ledesm. Rodriq.

Nona regula: Nemo tenetur reuelare cum periculo corporis, vel bonorum, v. g. si aliquis minaretur verbera, vel vulnera, vel vineę damnificationem, & similia si reuelet, reuelare non tenetur; nam Ecclesia non intendit obligare cum tanto rigore. *Cordub. q. 43. cas. 5. Nau. cap. 25. num. 37. & nu. 50. & cap. 18. num. 61.* & alij. Cordub. Nauar.

Decima regula: Pater fulminans excommunicationem contra eos, qui surripuerunt sua bona, vxor, & filij non restituendo, quod pro eorum victu, & vestitu acceperunt, non sunt excommunicati, neque

hoc ſcientes, ita eſſe, reuelare tenentur, niſi quantitas accepta, admodum excederet ad ſuperfluũ eorum vſum. Ita *Lopez inſtruct. conſcientiæ*, 1. *par. cap.* 56. *col.* 5. *verſ. At quia amor,&c.* citatus à *Rodriq. tom.* 1. *cap.* 79. *num.* 5. & alij.

Lopez. Rodriq.

Vndecima regula: Impotentes ad reſtitutionem faciendam, habentes tamen intentionem reſtituẽdi cùm primum potuerint, non incurrunt in excommunicationem latam contra debitores, vel raptores ſuorum bonorum, quamuis ipſi ex erronea conſciẽtia putarent ſe incurriſſe; abeſt enim contumacia ad cenſuram incurrendam requiſita; neceſſitas namq; legi ſubijcere nequit. *Doctores* communiter.

Duodecima regula: Qui ex paupertate, ſeù impotentia reſtituere nequit (vt diximus) non tenetur priuare ſe ſuo decenti veſtitu, & victu, pro reſtitutione facienda; verumtamen debet à ſuperfluo, iuxtà ſuum ſtatum ſe abſtinere, & ſic in partem, & ſi nõ in totum reſtituere; ſi verò ſuus creditor in extrema neceſſitate, vel multò maiori reperiretur, tũc debet etiam ab ordinario alimento ſe reſtringere, & illi extremè indigenti de iuſtitia ſubuenire. *Sot. lib.* 4. *de iuſt. & iur. q.* 5. *art.* 3. *caſu* 2. *Lopez* 2. *p. cap.* 12. *col.* 3. *verſ. Porrò,&c. Rodriq. in ſumma* 1. *p. cap.* 79. *num.* 19. alijq; communiter.

Sot. Lop. Rodriq.

Ex quibus regulis prudens Confeſſarius conſequentiã in alijs ſimilibus caſibus faciat, ne pęnitentem ſcrupuloſum relinquat.

At quia in materia cenſurarum, caſuumquè reſeruatorum, ſæpè ſæpius Confeſſarius abſoluẽdi facultate caret; ideò operepretium duxi hic ponere, ad quem recurrere debeat pro facultate obtinenda

ex-

extra articulum, seù periculum mortis.

Dub. 15. Vtrum Episcopus facultatem habeat absoluendi suos subditos à casibus Bullę Cœnę Domini.

Respondeo, in hoc duas esse opiniones, ideo libenter alios potius audirem, quam ipse de hac materia loquerer.

Prima opinio est negatiua; nam facultas Episcopis concessa per Conciliũ Tridentinũ *seß.24.cap.6. Liceat Episcopis,&c.* quoad casus Bullæ Cœnæ, fuit abrogata ab ipsamet bulla in illis verbis. (*Non obstantibus Concilijs, etiam generalibus in cõtrarium, etc.*) Ita docet Azor. 1.*p.Instit.moral.lib.8.cap.10. q.50. Bonac.de censur.dis.1.q.3.pun.2.nu.1.vers. Primo hoc decretum,&c.* vbi inquit, *Probabilius est hanc auctoritatem esse ablatam*,& citat Molin. in *Aphoris. Sanchez in summ.lib.2.cap.11.num.26.* & 27. Qui ait, quod multi Doctores testantur, ita à Sacra Cõgregatione Cardinalium,& à Summ.Pont. declaratum fuisse,& præcipuè à Gregor.XIII. viuæ vocis oraculo: Quòd etiam dicunt affirmare Nauar.*lib.5. de Priuileg. cons. 11.num.1.* vt inquit Azor.*loc.cit.* Qui dicit, se audisse à Religioso docto, fidequè digno, idem respondisse Clem.VIII. Ita *Eman.Sà verbo Episcopus, num. 7. Hieron.à Sorbo in Compen.priuilegiorum, in resolut. materiæ absolutionum, quòad fratres, & seculares, in Annotat.Capucc.vers.Verum, vt ex fide dignis,&c.* fol. (mihi) 46. in nouiss. Hanc opinionem etiam sequitur Vgolin.*de casib.reseruatis, par. 3. circa fin.* alijquè quaplurimi.

Conc. Tri. Azor. Bonac. Molin. Sanch. Greg. 13. Nauar. Azor. Clem. 8. Em. Sà. à Sorbo Vgolin.

Immò absoluentes à casibus prædictæ Bullæ Cœnæ, extra articulum mortis, excommunicãtur; licet

Sayr. excommunicatio non sit reseruata. Ita *Sayr. lib. 3. de Censuris, cap. 25. num. 7.* secus si hoc non temerè fecerint, sed ex inaduertentia, vel ex ignorantia non crassa. *Sayr. loc. cit. num. 8.*

Secũda opinio est affirmatiua, scilicet Episcopos, habere hanc facultatem, nec per Bullam Cœnæ abrogatam esse, saltem quòad casus occultos; Et ratio est, quia per illam clausulam generalem Bullæ Cœnę, scilicet (*non obstantibus Concilijs, etiam generalibus, &c.*) non intelligitur derogatum facultati, & priuilegio præfati Conc. Triden. nisi ipsius facta sit expressa mentio. (Conc. Tri.) Ita *Bann. 2. 2. q. 11. art. 4.* citãs Archid. & Felynum in sui fauorem, quod etiam affirmat Nauar. *cap. 27. num. 560.* vbi postquam in fauorem primæ opinionis dicit, esse derogatam prædictã facultatem Concilii; addit, *nisi dicamus quod hic, §. scilicet Bullæ Cœnę (non obstantibus Concilijs, &c.) limitat concessionem Concilij, ne procedat in occultis casibus, habentibus complices, & ita non sunt contrarij.* (Ban. Archid. Felin. Nauar.) Hæc Nauar. ergo in casibus occultis, saltem vbi nõ sunt complices, priuilegium Concilii remanet in robore suo secundùm Nauar. qui sequitur dicens, *pro quo facit, quòd lex specialis non censetur tolli per generalem, siue præcedat, siue sequatur iuxta glos. singular. communiter receptam, Auth. offeratur, C. de litis contest. & docet Decius in Regul. iuris, ff. de regul. iur.* Hæc Nauar. (Nauar. Glos. Dec.)

Azor. Immò Azor. cit. licet adhæreat primæ sententiæ, tamen inquit, quod per clausulã Bullæ Cœnæ, scilicet (*non obstantibus Concilijs generalibus, &c.*) solum videtur abrogari facultas concessa hominibus priuatis, qua poterant absolui extra mortis articulum, non tamen consequens est, vt facultas in Concilio

generali Episcopis concessa, auferatur. Et hoc tempore (inquit Azor.) quidam scripserunt, ita docuisse viros grauissimos, & Theologiæ, & iuris canonici Doctores. Hucusque Azor. cit. ita etiam affirmat Zerol. *in sua Prax. Sacram. Pœnit. cap.* 15. *q.* 20. *Ioan. de Cruz, de priuileg. Religios. lib.* 1. *cap.* 6. *Dub.* 14. *Rodriq. in summ.* 1. *p. cap.* 81. *num.* 4. *Nugn. in Addit. ad* 3. *p. q.* 8. *art.* 5. *lib.* 10. *ad fin.* citatus à Bonac. *vbi sup.* & alij. Zerol. De Cruz. Rodriq. Nugn. Bonac.

Immò, & Nauar. in consiliis absolutè tenet, hanc facultatem Episcopis concessam à Concilio, non esse reuocatam, nisi quoad hæresim tantum; his verbis: *Facultas facta Episcopis in prædicto Concilio, extēditur ad casus Bullæ Cœnæ reseruatos; tum quia limitat illam quoad hæresim, quæ est inter casus Bullæ Cœnę, quod facere non conueniebat, nisi ad casus præfatę Bullæ extenderetur dicta facultas; quamuis propter Bullam Cœnæ, quę à paucis annis publicatur, videatur derogatū præfato Concilio in totum quoad hæresim tantum.* Hæc Nauar. *tom.* 2. *cons. de priuileg. cons.* 10. *num.* 3. *vers. Ad secundum, &c.* Nauar.

Quam opinionem nouissimè, apertè, & liquidè, sequitur Aegid. Coninch. qui respōdit ad obiectionem predictę sententię, scilicet sic declaratum esse à Sacra Congreg. Cardinalium, & dicit, quòd Congregatio Cardinalium à pluribus citata, aliquando respondit, ei esse derogatum quoad absolutionem ab hęresi; vnde videtur Episcopis concedere absolutionem ab alijs casibus, & hoc satis probabile est. *Coninch. de pœnit. disp.* 8. *dub.* 12. *nu.* 88. Et in tract. de censur. *disp.* 14. *dub.* 16. *num.* 243. idem affirmat, & dicit; *Ita videtur habere praxis Ecclesiæ Roma-* Coninch.

næ, quare non videtur ei derogatum, quoad alios casus; Quidquid dicat Henriq.

Accedit etiam Nauar. in Consilijs, respondens cuidam Cardinali, asserenti à Sacra Cógregatione decisum fuisse, per Bullam Cęnę Episcopis ablatã esse facultatem Concilij, circa absolutionem ab heresi tantum; & post plurimas rationes, in responsione ad primum ita inquit: *Non omnes decisiones Rotæ, quæ placent Vrbi, placent toti Orbi; Ita fortè, non omnes rationes, quę videntur validissimæ aliquot Congregationibus Vrbis, videbuntur tales omnibus Academijs: Et ex hac responsione facile colligi potest id, quod ego respondere debuerim ad præfatam quæstionem.* Hæc Nauar. *tom.* 1*. consil. lib.* 5*. de priuil. conf.* 11*. nu.* 1*. vers. Ad primam quæstionem respondeo, &c.*

Nauar.

His dictis; dico, vtramque opinionem tuta conscientia, sequi posse; primam tamen tutiorem, probabilioremquè esse, existimat Azor. sup. cit.

Azor.

Dub. 16. An Episcopus possit suos subditos absoluere ab omnibus casibus Papæ reseruatis extra Bullam Cęnæ.

Respondetur affirmatiuè, si erunt ex delicto occulto, vt patet ex præfato Conc. Trid. sup. cit.

Dixi (ex delicto occulto) nam occultum dicitur quando delictum non est deductum in iudicio, neq; publicum, & notorium in ratione delicti, vel si deductum fuit in iudicio, purgauit se, etiam falsis testibus: nam cum delictum nó est probatum in iudicio, occultum dicitur, & potest ab Episcopo absolui. Ita *Bonac. de Censur. disp.* 1*. q.* 2*. pun.* 2*. à num.* 1*. Sayr. lib.* 4*. cap.* 12*. num.* 19*. ex declarat. Card. Henriq. lib.* 4*. cap.* 22*. num.* 4*. Auila* 2*. par. cap.* 2*. disp.* 1*. dub.* 11*. concl.* 1*. Sanch.*

Bonac.
Sayr.
Henriq.
Auila.
Sanch.

de

de Matrim.lib.8.disp.34.num.55.Suar.tom.4.disp.30. Suar.
sect.2.num.2.Reginal.lib.1.num.135.Azor.1.par.lib. Regin.
8.*cap.10.quæsit.9.*& alii communiter. Azor.

Dub.17. An Episcopus possit absoluere suos subditos à casibus in Decreto Clement.VIII. contentis (præter illos Bullæ Cœnæ) vt sunt, manus violētæ in clericos, Simonia realis, Confidentia beneficiorum, Duellātes, iuxta Bullam Gregorii XIII. quę incipit, *Ad tollendum, &c.* Ingrediētes clausuram Monialium, nam istos casus ibi Summus Pontifex sibi reseruauit. Clem.8.

Respondetur affirmatiuè: & ratio est, quia in tali decreto Summus Pontifex de priuilegijs Concil. generalium nullam mentionem facit; ergo priuilegiū concessum à Trid. Episcopis, remanet in robore suo, ita vt si delicta erunt occulta, Episcopus ab illis absoluere poterit. Ita *Bonac. de Censuris disp.* 1. *q.* 3. *punct.2.num.1.vers.An verò hoc decretum extendatur, &c.* Idem affirmat in tractatu de Sacrament. *disp.* 5. *q.* 7. *punct.* 5. §. 2. *num.* 15. Immo Bonac. *disp.2.q.* 6. *pun.* 2. *num.* 15. *circa med.* loquens de duello, ait, quod Episcopus potest absoluere à duello ex delicto occulto, vel non dum deducto in iudicio; ergo idem dicendum de aliis casibus in dicta Bulla Pontificis Clem.VIII. Bonac.

Dub. 18. An Irretiti Papali excommunicatione non valentes Summum Pontificem adire, possint ab Episcopo absolui, à quacunque excommunicatione, etiam si sit publica.

Respondet Sayrus *lib.3.cap.28.num.39.de Censur.* quòd Episcopus potest absoluere, non solum illos, qui legitimo impedimento sunt detenti, nè possint Sayr.

Sum-

Summum Pontificem adire, neque Legatum à latere (qui habet eandem auctoritatem) pro absolutione ab excommunicatione propter grauem Clerici percussionem, verum etiam à quibusuis aliis censuris Papæ reseruatis, dummodo promittant (sublato impedimento) se præsentare Summo Pontifici ad recipiendum mandatum, secus reincident in eandē censuram. *Tabien. Excommunicat. 5. cas. 1. num. 59. in fin. Nauar, cap. 27. num. 89. & 90. Sylu. Absolut. nu. 4. Em. Sà verb. Excommunicatio, tit. de absolut. ab excommunic. num. 8. Bonac. de Censuris, disp. 1. q. 3. pun. 2. n. 4.* & alii ab istis citati.

Tab. Nauar. Sylu. Em. Sà. Bonac.

Impedimenta verò (vt colligitur ex citatis Doctoribus) sunt quę sequuntur.

Longa infirmitas, etiam si nō sit nimis periculosa, vt est febris tertiana, vel quartana, vel etiam podagra. *Sayr. loc. cit. nu. 24.*

Sayr.

Senectus; scilicet senes, qui sunt maiores septuaginta annis, quàmuis fortes sint ad ambulandum, nam gaudent priuilegijs Veteranis concessis. *Sayr. loc. cit. nu. 25.*

Paupertas; scilicet qui arte sua viuit cum sua familia, & cui non licet mendicare iter agendo. *Sayr. cit. num. 18.*

Sexus; scilicet mulieres cuiuscūque conditionis sint. *Sayr. loc. cit.*

Impuberes; scilicet puer ante annos pubertatis, licet post pubertatem petierit absolutionem. *Sayr. cit. num. 20.* Impubes dicendus est, dum filius est in ætate annorum quatuordecim; filia verò in ætate annorum duodecim. Ita *Sayr. de censuris, lib. 1. cap. 8. num. 5.* Similiter si alio impedimento fuerit de-

Sayr.

ten-

tentus. Hucusque *Bonac. cit. num.* 4. *de Censuris*. Bonac.

Nauarrus verò addit aliqua alia impedimenta, scilicet si erit filiusfamilias, vel etiam seruus; nam isti non sunt sui iuris, dummodo hoc fecerint, vt se subtrahant à Superiorum obedientia; vel secundo, si propter eorum absentiam, Patri, & Domino graue damnum immineret. *Sayr. ibid. num.* 28. Nauar. Sayr.

Debilis; scilicet membris, & viribus destitutus, vt nequeat Sedem Apostolicam adire. *Sayr. cit. nu.* 32.

Qui habet inimicitias capitales, vel adest periculum mortis itinerando. *Sayr. num.* 16. *&* 19.

Religiosus subditus, iustè impeditus, & alia similia impedimenta. Ita *Nauar. cap.* 27. *num.* 89. *Em. Sà loc. cit. eod. num.* 8. *Sayr. lib.* 3. *de Censuris*, *cap.* 28. *à num.* 29. Nauar. Em. Sà. Sayr.

Immò, stantibus prædictis impedimentis, Episcopus absoluere poterit, etiam si in excommunicatione habeatur (*neminem posse absoluere, præter quam in mortis articulo*) vt in omnibus ferè grauioribus pontificijs reseruationibus habetur: velut etiam in casibus Bullæ Cœnæ, & in Decreto Clement. VIII. quod incipit, *Sacra Congregatio, &c.* vt supra. Et hæc ratio desumitur ex benigna Summi Pontificis volũtate, qui non præsumitur voluisse sibi cum tanto incommodo absolutionem reseruare. Bul. Cœn. Clem. 8.

Quæ quidem facultas tantùm Episcopis concessa est, stantibus prædictis impedimentis; non autem conceditur quibusuis aliis priuilegiatis, nisi in articulo mortis, quoad casus Bullæ Cœnæ, & alios in præfato Decreto Clemen. VIII. contentos. Ita *Bonac. de Censuris, disp.* 1. *quæst.* 3. *pun.* 2. *à num.* 4. & notanter in *vers. Addit denique Auila, &c.* & alii, quos ipse citat; Bonac.

Vide

Summum Pontificem adire, neque Legatum à latere (qui habet eandem auctoritatem) pro abſolutione ab excommunicatione propter grauem Clerici percuſſionem, verum etiam à quibuſuis aliis cenſuris Papæ reſeruatis, dummodo promittant (ſublato impedimento) ſe præſentare Summo Pontifici ad recipiendum mandatum, ſecus reincident in eandẽ

Tab. Nauar. Sylu. Em. Sà. Bonac.

cenſuram. *Tabien. Excommunicat. 5. caſ. 1. num. 59. in fin. Nauar. cap. 27. num. 89. & 90. Sylu. Abſolut. nu. 4. Em. Sà verb. Excommunicatio, tit. de abſolut. ab excommunic. num. 8. Bonac. de Cenſuris, diſp. 1. q. 3. pun. 2. n. 4.* & alii ab iſtis citati.

Impedimenta verò (vt colligitur ex citatis Doctoribus) ſunt quę ſequuntur.

Longa infirmitas, etiam ſi nõ ſit nimis periculoſa, vt eſt febris tertiana, vel quartana, vel etiam podagra. *Sayr. loc. cit. nu. 24.*

Sayr.

Senectus; ſcilicet ſenes, qui ſunt maiores ſeptuaginta annis, quàmuis fortes ſint ad ambulandum, nam gaudent priuilegijs Veteranis conceſsis. *Sayr. loc. cit. nu. 25.*

Paupertas; ſcilicet qui arte ſua viuit cum ſua familia, & cui non licet mendicare iter agendo. *Sayr. cit. num. 18.*

Sexus; ſcilicet mulieres cuiuſcũque conditionis ſint. *Sayr. loc. cit.*

Impuberes; ſcilicet puer ante annos pubertatis, licet poſt pubertatem petierit abſolutionem. *Sayr. cit. num. 20.* Impubes dicendus eſt, dum filius eſt in ætate annorum quatuordecim; filia verò in ætate annorum duodecim. Ita *Sayr. de cenſuris, lib. 1. cap. 8. num. 5.* Similiter ſi alio impedimento fuerit de-

Sayr.

ten-

tentus. Hucusque *Bonac. cit. num.* 4. *de Censuris*. Bonac.

Nauarrus verò addit aliqua alia impedimenta, scilicet si erit filiusfamilias, vel etiam seruus; nam isti non sunt sui iuris, dummodo hoc fecerint, vt se subtrahant à Superiorum obedientia, vel secundo, si propter eorum absentiam, Patri, & Domino graue damnum immineret. *Sayr. ibid. num.* 28. Nauar. Sayr.

Debilis; scilicet membris, & viribus destitutus, vt nequeat Sedem Apostolicam adire. *Sayr. cit. nu.* 32.

Qui habet inimicitias capitales, vel adest periculum mortis itinerando. *Sayr. num.* 16. *&* 19.

Religiosus subditus, iustè impeditus, & alia similia impedimenta. Ita *Nauar. cap.* 27. *num.* 89. *Em. Sà loc. cit. eod. num.* 8. *Sayr. lib.* 3. *de Censuris, cap.* 28. *à num.* 29. Nauar. Em. Sà. Sayr.

Immò, stantibus prædictis impedimentis, Episcopus absoluere poterit, etiam si in excommunicatione habeatur (*neminem posse absoluere, præter quam in mortis articulo*) vt in omnibus ferè grauioribus pontificijs reseruationibus habetur: velut etiam in casibus Bullæ Cœnæ, & in Decreto Clement. VIII. quod incipit, *Sacra Congregatio, &c.* vt supra. Et hæc ratio desumitur ex benigna Summi Pontificis volũtate, qui non præsumitur voluisse sibi cum tanto incommodo absolutionem reseruare. Bul. Cœn. Clem. 8.

Quæ quidem facultas tantùm Episcopis concessa est, stantibus prædictis impedimentis; non autem conceditur quibusuis aliis priuilegiatis, nisi in articulo mortis, quoad casus Bullæ Cęnæ, & alios in præfato Decreto Clemen. VIII. contentos. Ita *Bonac. de Censuris, disp.* 1. *quæst.* 3. *pun.* 2. *à num.* 4. & notanter in *vers. Addit denique Auila, &c.* & alii, quos ipse citat; Bonac.

Vide

Nauar. Henriq. Auila. Regin. Coninch. Vasq.

Vide etiam Nauarr. *cap.27.num.*81.89. *&* 90.*Henriq.lib.6.cap.9 num.7.Auilam 2.p.cap.7.disp.1.dub.6.Reginal.lib.9.num.2.& lib.1.num.*135. *Coninch. de pœnit.disp.*8 *dub.*12.*nu.*88.*Vasq.de pœnit.q.*92. *art.*3. *dub.*8.*num.*1.*&* 2.& alios.

Nauarrus verò notanter inquit, non solum Episcopũ ab excõmunicatione ob Clerici percussionẽ absoluere posse, verùm etiam ob quamlibet causam, cuius absolutio Sedi Apostolicę est reseruata, si ob iustum impedimẽtum nequeat Summum Pontificem, vel Legatum à latere, seù Nuntium Apostolicũ adire, & ratio est, quia in omnibus eadẽ ratio, idem ius suadet. Ita *Nauar.c.27.n.89. in responsione ad quæstiones propositas, &c. Syluest.absolut.*4. *n.7.Coninch.de excommunic.disp.*14.*dub.*16.*n.*240. *&* 241. Qui etiam affirmat, quòd si quis nõ poterit Summ. Pont. vel Legatum adire, non tenetur alium ad eos mittere, quia Iura hoc nõ exigunt, sed absolutè cõcedunt, vt stantibus impedimentis prędictis, ab Episcopo absoluatur. Hęc Nauar. cui accedit Posseuin. *cap.7.nu.44.Armill. absolutio* §.40. Debet tamen exigere à Reo iuramentum, vt se præsentet Summo Pontifici, ablato impedimento, aliàs (vt diximus) iterum in excomunicationẽ incidet. *Coninch.loc.cit. num.*241.*vers.Nota* 3.*&c.*

Nauar. Syluest. Coninch. Posseui. Armil. Coninch.

Dub.19. Vtrum Prælatus Regularium eandem auctoritatẽ in suos subditos habeat, quàm Episcopus in suos, quòad absolutionem.

Responsio est affirmatiua Nauarri *tom.*2. *cons. lib.* 5.*cons.* 23. *de priuilegijs*, his verbis; *Quidquid potest Episcopus in suos subditos, potest Prælatus exemptus à iurisdictione Episcopali in suos Religiosos, (vt sunt Cu-*

sto-

stodes, Guardiani, Præpositi, Rectores, Præfecti, cæterique Superiores Religiosorum, quocunque nomine nuncupentur, habentes gubernium spirituale, & temporale, circa subditos) Cardin. in Clemen. 1. *de reb. Eccles. non alien. & Abb. ibid. q.* 24. *cit. à Nauar.* Ità etiam sentit Eman. Sà *verb. Excommunicatio, tit. de Absolut. ab excommunic. num.* 8. *Ioannes Cruz de Statu Religiosorum, lib.* 1. *cap.* 6. *dub.* 14. *cit. Panor. in cap. & si Clerici, §. de Adult. n.* 8. *de Iudicijs, Tolet. lib.* 1. *cap.* 16. *num.* 3. & alij ab istis citati. Card. in Clem. Abb. Em. Sà. Io. Cruz. Panor. Tolet.

Immò prædicti Prælati Regulares, non tantùm possunt absoluere suos subditos à Censuris, à quibus potest Episcopus, verùm etiam possunt in omnibus irregularitatibus dispēsare, in quibus Episcopis licet per Concil. Trid. in suos subditos, vt per Bullam Pij V. Bulla 13. apparet; quæ concessio fuit facta ad petitionem Prouincialis Hispaniæ Ordinis Prædicatorum, vt refert Io. Cruz loc. cit. *vers. secundùm quia, &c.* cuius Bullæ verba sunt hæc: *Insuper quia Sacrum Concilium Tridentinum concessit Episcopis, vt possint absoluere in foro conscientiæ ab omnibus peccatis, & dispensare in irregularitatibus, prout habetur sess.* 24. *cap.* 6. *Ne Prior Conuentualis, & Superiores Prælati dicti totius Ordinis, tàm in dicta Prouincia, quàm extra, vbilibet deterioris conditionis, quàm Clerici seculares existant; eidem Priori Conuentuali, & Superioribus Prælatis, vt ipsi per seipsos, idem omninò possint in sibi subditos, quoad absoluendi, & dispensandi huiusmodi, & quoad alias quascunque facultates, eidem auctoritatem tenore præsentium, etiam perpetuò, concedimus, & indulgemus: Atque etiam declaramus præsentes literas perpetuò durare, & valere, &c. Dat. Romæ die* Pius V. Io. Cruz. Conc. Tri.

Rodriq. 21. *Iulij* 1571. *Pontif. sui anno 6. Quam refert Rodriq. in collectione Bullarum pro Regularibus, tom. 2. Bulla 13 fol.* 404.

Sixt. IV. Notandum etiam, quòd Sixtus IV. Bulla 14. pro Fratribus Minoribus concessit, vt Prælati possint suos subditos absoluere ab omnibus casibus Papæ Bull. Cœn. reseruatis, etiam Bullæ Cœnæ: exceptis hæreticis relapsis, Schismaticis, Falsarijs literarum Apostolicarum, deferentibus prohibita ad infideles, & conspirãtibus in Papã; verùm illa priuilegia quoad casus Bullę Cœnę videntur derogata per ipsammet Bullã, quæ singulis annis legitur, sic etiam de casibus Decreti Clem. VIII. nisi extet aliquod graue impedimentum ex illis enumeratis supra dub. 18. in quibus affirmauimus, Episcopos suos subditos absoluere posse; in eo enim casu poterunt etiam Prælati Regu- Rodriq. lares, vt probabiliter sentit, & defendit Rodriq. cum alijs ab ipso citatis *in quęst. Regul. tom.* 1. *q.* 20. *art.* 9. vbi doctè respondet ad obiecta contrariæ sentẽtię, vt videre est apud ipsum.

Pro quo etiam faciunt ea, quæ dicuntur à Sayro, scilicet; *Verùm hodiè omnes ferè Religiosi habent priuilegia, vt absolui possint à suis Prælatis, etiam ab enormi percussione clerici, ne detur illis occasio vagandi extra septa Monasterij, si ad Papam mittendi essent, & hoc videtur esse secundum mentem Summorum Pontif. qui* Sayr. *prædicta priuilegia concessere.* Ita Sayr. *in suo Thesauro, de censuris, lib.* 3. *c.* 28. *n.* 12. 13. *&* 14. *& in num.* 28 *&* 39. inquit, quòd famuli, & filijfamilias possunt absolui ab Episcopo, non solùm si incidenti in grauem clerici percussionem, verùm etiam in quamlibet aliã Summo Pontif. reseruatam.

Ergo

Ergo non debent esse peioris conditionis Religiosi, tùm in casu excommunicationis ex graui percussione, tùm etiam in alijs omnibus Papæ reseruatis, ne detur illis occasio vagandi, vt inquit Sayrus, nam Religiosi se habent vt famuli, & filijfamilias ratione obedientiæ suorum superiorum: salua semper meliori Summi Pontificis, peritorumquè declaratione.

Denique si Prælatus, seù Superior Regularium, incidet in aliquam censuram Papæ reseruatam, poterit à suo Confessario absolui, si erit ex delicto occulto (extra Bullam Cœnæ) nam satis diximus, quod quidquid poterit Episcopus in subditos actiuè, poterit passiuè ad se, circa absolutionem; ergo si Episcopus incidet in aliquod occultum reseruatum Papæ, poterit ipse etiam à suo Confessario absolui, ita etiam (secundùm Nauarr. per priuilegia supra enarrata) poterit Prælatus Regularis in semetipsũ. *Nauar. tom. 2. Conf. lib. 5. Conf. 23. de priuileg. Bonac. de Censuris, disp. 1. q. 3. pun. 2. num. 4. Et de Sacramentis disp. 5. q. 7. punct. 5. §. 2. n. 7. per tot. Sayr. in Thesaur. de censuris, lib. 3. cap. 28. n. 53.* & alij. Nauar. Bonac. Sayr.

Dub. 20. An simplex Sacerdos in articulo mortis possit, præsente Parocho, vel alio Confessario approbato, à censuris, & à reseruatis absoluere, validaquè sit absolutio.

Respondeo, & dico primo, hoc non licere, nam videtur expresè Parocho iniuriam inferre, cùm sit ille proprius pastor; nec licebit hoc attentare corã habente ordinariam potestatem absoluendi, à censuris, extra mortis articulum.

Et ratio est, quia si pœnitens trãsacto mortis pe-

riculo se præsentare tenetur coram Superiore; cur ergo non debet antea hoc facere, dum commodè potest in articulo mortis?

Immo simplex Sacerdos peccaret, si in tali casu contrarium attentaret. *Bonac de Sacramentis, disp.* 5. *q.* 7. *pun.* 11. *num.* 10. *vers. hoc tamen*, &c. *Vasq. q.* 93. *art.* 1. *dub.* 4. *num.* 18. *Suar. disp.* 26. *sect.* 4. *nu.* 4. & alij ab istis citati.

Bonac. Vasq. Suar.

Dixi (non licere coram habente potestatem ordinariam absoluendi extra articulum mortis) nam si erit præsens alius Sacerdos, non habens absoluēdi auctoritatem à censuris, nisi in articulo mortis, quamuis sit Parochus, vel Cōfessarius approbatus, simplex tamen Sacerdos absoluendo in articulo mortis, etiam illis præsentibus, nequaquā eis iniuriā afferret: quippè quia sunt in pari priuilegio, cùm in tali mortis articulo, quilibet Sacerdos a quibusuis casibus, & censuris absoluere potest, vt per Concil. Trid. *sess.* 14. *cap.* 7. decretum fuit; ergo in tali mortis articulo omnes sunt approbati, & quilibet dicitur proprius Sacerdos; habent enim facultatem, saltem tacitam à Summo Pontifice, & expressam à Sacro Concilio Tridētino. *Graff.* 1. *p. lib.* 1. *cap.* 13. *num.* 87. Et qui vtitur iure suo, nemini iniuriam facit, vt meliùs infra dicemus.

Conc. Tri.

Graff.

Dico secundo, si simplex Sacerdos iam incępit confessionem audire, superueniente Parocho, non tenetur illam iam incęptam relinquere, acquisiuit enim ius in pœnitentem, & melior est conditio possidentis bona fide à principio; præsertim, si quòad scientiam, Parocho, Sacerdos simplex non cederet: secus verò, si tàm imperitus, & rudis esset, circa ma-

te-

teriam Confessionis, quòd potius pœnitenti obesset, quàm prodesset, tunc Parocho, vel approbato Confessario locum dare teneretur, nè perniciem saluti animę afferret.

Hoc limitatur, dummodo non sit periculum in mora; Immò in articulo mortis ex aliqua iusta causa licitum erit pœnitenti, Parochum, seu approbatum Confessarium relinquere, & Sacerdotem simplicem eligere. Ita *Zerola in sua praxi, de pœnitentia, cap.* 15. *quæst.* 6. adducens, non solùm auctoritatem Tridentini citati, verùm etiam, *cap.* 1. *de constitut. (quia hoc priuilegium Concilij respicit principaliter pœnitentes, vt saluti eorum consulatur.)* Hæc Zerola loc. cit. licet ipse contrarium sentiat. Zerol.

Dico tertio, quod Sacerdos simplex in quocunq; casu absoluat, validè absoluit, nam præfatum Concilium Tridentinum nō limitat, neque distinguit de præsentia, aut de absentia Parochi, vel Confessarij, sed simpliciter loquitur, *in articulo mortis nulla sit reseruatio*; ideòq; omnes Sacerdotes, quoslibet pœnitentes à quibusuis censuris, & peccatis absoluere possunt. *Nau. tom.* 2. *cons. de pœnit. & remiss. cons.* 23. *nu.* 2. *vers. nunc verò, &c.* Vbi se retractat de eo, quòd contra hanc doctrinam in manuali *cap.* 26. dixit, & mutando sententiam inquit; *Nunc verò altius re inspecta, videntur contra istam limitationem facere illa verba Concilij Tridentini (in articulo mortis nullam esse reseruationem, atque ideò omnes Sacerdotes, &c.) & Concilij verba, non solùm sunt generalia, sed vniuersalia, & ita generaliter sunt intelligenda, & vbi lex non distinguit, nec nos distinguere debemus: & sic post Conc. Trident. puto conclusionem prædictam sine præfata li-* Conc. Tri. Nauar.

mi-

Nauar. *mitatione intelligendam esse*, Hæc Nauar. *loco cit. num.* 2. & 3.

Tolet. Et ratio est, vt inquit Tolet. *lib.* 1. *cap.* 15. *num.* 1. quia hæc potestas, secundùm communem opinionem Canonistarum, est de iure Ecclesiastico, & ius hoc concedit omnibus indifferēter in tali mortis articulo.

Ergo quilibet Sacerdos in tali articulo dicitur proprius, & approbatus; licet ipse Toletus *num.* 4. teneat contra Nauar. sed Rodriq. *in summ.* 1. *p. cap.* 59. *num.* 5. *in* 3. *conclus.* apertè cum Nauarro tenet hanc opinionem, sicut etiam facit Eman. Sà *verbo Absolutio, num.* 3. & alij. Quamuis nonnulli (non improbabiliter) contrarium teneant.

Tolet. Nauar. Rodriq. Em. Sà.

Nauar. Tamen nostram conclusionem, inquit Nauar. cit. *num.* 3. saluti animarum magis fauorabilem esse; Consilium autem dat, vt absolutionem accipiat à Parocho, vel à Confessario approbato, si erit præsēs. Hæc de Sacerdote simplici.

Cōfessarius verò approbatus in tali articulo mortis, etiam si commodè possit Episcopum adire, poterit tamen absoluere ab omnibus casibus, & censuris Papæ reseruatis, quando Episcopo non sunt specialiter commissæ iure Canonico, vt est illa in can. *Si quis suadente Diabolo, &c. Suar. tom.* 4. *disp.* 30. *sect.* 3. *num.* 4. *Posseui. cap.* 7. *num.* 74. Hoc etiam corollariè applicari debet ad casus reseruatos inferioribus Pastoribus. *Suar. cit. num.* 5. *circa fin.* quia in tali articulo nulla est reseruatio.

Suar. Posseui.

Dub. 21. An qui in Confessione oblitus est alicuius peccati, cui est annexa excommunicatio reseruata, remaneat absolutus.

Re-

Respondeo, quòd si pœnitens confessus fuerit Confessario habenti auctoritatem virtute Iubilei, vel alio modo, tunc remanet absolutus ab excommunicatione,& à casuum reseruatione, & illa peccata remanent simplicia, ita vt quilibet Confessarius approbatus possit ab illis absoluere: Et ratio est; tum quia absoluens semper habet intentionem absoluendi ab omnibus, à quibus potest. *Nauar. cap. 26. num. 13. Palud. in 4. dist. 18. q. 5. col. penult. Angel. confess. 1. §. 12. Syluest. confess. 1. quæst. 4. vers. Quæritur, num. 8. Rodriq. in summa, tomo 1. cap. 184. num. 15.* & alij ab istis citati; cum communi opinione: Tùm etiam, quia absolutio à censuris per se sumpta non est Sacramentum, quia non remittuntur peccata, sed relaxatur vinculum, seù pœna ab Ecclesia imposita. *Medin. de confess. q. 1. Bonac. de Sacram. disp. 5. q. 2. pun. 1. num. 2.* & est communis. Ita etiam, si relaxaretur à Superiore vinculum reseruationis peccatorum, vt fieri solet à pœnitentiarijs, aliisquè superioribus, absque sacramentali absolutione. Nauar. Palud. Angel. Sylu. Rodriq. Medina. Bonac.

Sed quid dices: Si quis confiteretur tempore Iubilei animo incapaci ad gratiam, & ad absolutionē peccatorum?

Respondeo, quòd adhuc reseruata remanēt peccata simplicia, absque censura, & reseruatione, ratione prædicta, scilicet, quia absolutio à censuris nō est Sacramentum; ideò potest relaxari vinculum reseruationis absque eo, quod absoluatur à peccatis; nam potestas reseruandi peccata, est potestas Ecclesiæ, fori exterioris, quæ potest relaxari, quamuis pœnitens obicem ponat, sicut etiam excommunicatus potest absolui ab excommunicatione ipso inuito, &

Couar. D.Ant. Syluest. Caiet. Suar. Tab. Armill. Angel.

contradicente. *Cou ar. in cap. Alma mater*, 1.*p*.§. 11. *num*.2.*D Anton*.3.*p.tit*.14.*cap*.19.§.17.*Syluest.Confess*.1.*q*.10.*Caiet. verbo casus reseru Suarez de pœnit. disp*.31.*sect*.4.*num*.9.*Tabien.absolutio* 2.*num*.59. *Armill.casus,num*.4.*Angel. de confessione, pag*. 231. & alij contra Rodriq.in *summa tom*.1.*cap*.184.*num*.13.qui concedit hãc doctrinam veram esse, quoad excommunicationem reseruatam tantùm,non autẽ quoad peccata reseruata,quod alijs non placet, & præcipuè doctissimo Suarez *cit.num*.9.*&* 10.*per tot*. quòd probat potissimis rationibus,dum ait, *dummodo peccata reseruata sint confessa, licet sit inualida confessio; nam in vtraque reseruatione est potestas fori exterioris*.

Suar.

Et licet non desint,qui distingunt in hoc casu,scilicet, si iste confiteretur habenti ordinariam auctoritatem absoluendi, vtique remanerent peccata simplicia,absque censura, & reseruatione, quamuis confessio sit inualida; Si verò confiteretur habenti delegatam,scilicet ex priuilegio,vel virtute Iubilei, secus erit, quia hæc facultas concessa est in ordine ad Confessionem sacramentalem in foro pœnitentiæ,non autem in foro exteriori. Ita *Vasquez q*. 91. *art*.3.*dub*.5.*num*. 37. & hæc opinio satis probabilis censetur.

Vasq.

Quam sententiam approbat Bonac. licet ipse adhæreat sententię Suarez dicentis; Quòd non solum quando absolutio impenditur à legitimo superiore habente ordinariam potestatem circa casus, & censuras reseruatas,verùm etiam quando confertur ab habente delegatam: & ratio est,tùm quia pœnitens videtur satisfecisse fini reseruationis,qui est, vt ipse aperiat casum reseruatum superiori legitimo, vt ab

eo

eo debitam recipiat satisfactionem : tùm etiã quia potestas relaxandi vinculum reseruationis, est fori exterioris,quæ non tantùm est in Superiore ordinario,sed etiam in Delegato per priuilegium, vel per Iubileum: nam licet in concessione dicatur; *In foro conscientiæ,vel auditis ipsorum confessionibus*; tamen hoc intelligitur secundum dispositionem iuris,scilicet vt Confessio peccatorum fiat in confessione, absolutio verò vinculi excommunicationis, seù reseruationis,posset fieri extra sacramentum Pœnitẽtiæ.*Rodriq.tom.1.q.61.art.7.cum Armil. Nau. Ledes.* & alijs ab ipso citatis. Rodriq. Armil. Nauar. Ledesm.

Tum etiam, quia cum hoc à multis Doctoribus asseratur,& Superiores non contradicant, censentur approbare,& supplere: nam in opinione probabili,superior præsumitur supplere iurisdictionem: Tum denique,quia hæc doctrina est vera, nõ solum quando Confessio fuit inualida ex defectu contritionis,vel attritionis,verum etiam quando culpabiliter,& malitiosè fuit prætermissum in confessione aliquod peccatum mortale: pęnitens enim videtur adhuc liber à vinculo reseruationis peccatorũ manifestatorum, modo Confessarius habuerit iurisdictionem circa reseruata (vt dictum est) protuleritq; formam absolutionis,vt patet ex rationibus supra allatis;quia quòd non valet,vt agitur,valeat saltem, vt valere potest; cùm autem illa absolutio non valeat quoad remissionem peccatorum,& culpę,videtur saltem valere quoad ablationem reseruationis. Hæc *Bonac.de Sacramentis,disp.5.quæst.7.pun.5.§.5. n.9.vers. Primo non solum,&c.Suar.tom.5.disp.7. sect. 5.num.34.*citatus à Posseu.*cap.7.nu.29.in fin.* & alij: Bonac. Suar. Posseui.

Suar. Quamuis idem Suarez *de pœnitentia, tom. 4. disp. 31. sect. 4. num. 22. per totum,* concedat hoc de Confessione informi tantum, non de ficta, quod est tutius, & probabilius.

Dub. 22. Qui tempore Iubilei cōfessus est in prima hebdomada, si in secunda hæbdomada incidat in aliquod reseruatum, seù censuram papalem, possit absolui virtute Iubilei.

Respondetur affirmatiuè, quamuis talia reseruata commiserit sub hac spe Iubilei; nec tenetur iterum ieiunare in secunda hebdomada, nec alia requisita facere: nam virtute primæ hebdomadæ potest absolui. Et ratio est, quia adhùc sumus intra tempus Iubilei, & in fauorabili materia, fauores sunt ampliandi. *De regul. iur. in 6. Bonac. de pœnit. disp. 5. q. 7. pun. 5. §. 2. num. 17. Rodriq. in summa tom. 1. cap. 184. nu. 17. Henriq. lib. 9. cap. 16. num. 3. & cap. 11. De Indulgētijs, num. 1. Reginal. lib. 8. num. 64. Graff. par. 2. in appendice, Dec. Aur. de indulgen. lib. 2. cap. 5. nu. 23. fol. 60. vers. Tamen quia agitur de beneficio, &c.* citans Nauar. *de indulg. notab. 32. num. 46.* idem *Nauar. tom. 2. consil. De priuilegijs, lib. 5. consil. 10. num. 2.* vbi dicit se sufficiēter respondisse in tract. de indulg. *notab. 34. num. 4.* contra quosdam ad ea, quæ poterant contra hoc responsum obijci. *Item Ros. & Angel. cit. ab ipso Bonacin.* Et Rodriq. cit. ait, sic esse in praxi in tota Hispania, quamuis Bonac. dicat contrariam sententiā esse probabiliorem, quam tenet, & sequitur Sāchez *lib. 4. de voto, cap. 54. num. 30. & Suarez tomo 2. de Religione, lib. 6. de Voto, cap. 16. num. 17.*

(Margin: Bonac. Rodriq. Henriq. Regin. Graff. Nauar. Bonac. Rodriq. Sanch. Suar.)

Dub. 23. Titius ex negligentia, siue etiam ex praua voluntate (nolebat enim occasionem propin-

quam peccati relinquere) constituitur in vltimo die secundæ hebdomadæ Iubilei, in quo pœnitentia ductus, cupit lucrari Iubileum, & absolui à censuris: Quæritur, an possit à Confessario dispensari pro requisitis ad Iubileum in alijs operibus pijs, vel post Iubileum adimplendis, & interim intra tempus Iubilei à censuris, & à reseruatis sacramentaliter absolui.

Respondetur affirmatiuè, & ratio est, quia sumus adhuc intra tempus Iubilei, & fauores sunt ampliādi, vt diximus; et præterea quia Summus Pontifex solet in Iubileis hanc clausulam apponere, scilicet: *Quod infirmis, vel in carcere constitutis, vel quocunque alio impedimento detentis, qui omnia requisita, vel aliqua eorum præstare nequiuerint, Confessarius quem elegerint, prædicta omnia, vel eorum aliqua, in alia opera pietatis commutare possit*, vt habetur in Bulla Iubilei Vrbani VIII. presentis anni 1631.

Quapropter notandum est, ly, *quocunque alio impedimento*; & quale maius impedimentum ad dispensandum, seù commutandum, quam si quis constitutus sit in vltimo Iubilei die, in quo requisita omnia ad Iubileum, facere nequit? nec praua voluntas Titij, aufert auctoritatem Confessario commutādi intra tempus Iubilei, etiam in vltimo die.

Dixi (requisita omnia) nam aliqua facere potest, vt confiteri, dare eleemosynam, & dispensari à Confessario, cui est concessa dispensandi facultas in cæteris requisitis, vel differre in alijs sequentibus diebus, etiam post tempus Iubilei. Ita *Rodriq. in summa, tom. 1. cap. 184. num. 3. de Iubileo, tit. de Visit. Ecclesia* Rodriq.

Graff. Nauar. Henriq.

rum, fol. 222. *à ter. col.* 2. Qui citat *Graff. in cap.* 2. *de Consil. tit. in leg. Tal. pract.* §. *fin. ff. de pœnit. Nauar. in miscell. de oratione, cap.* 3. *num.* 13. & 29. *Henriq. de Indulg. cap.* 10. *lib.* 7. *n.* 6. Et hoc videtur esse secundũ mentem Summorũ Pontif. qui concedunt totũ tẽporis Iubilei spatium in fauorem animarum, vt in tali tempore assignato, gratiam amissam, pœnitendo acquirant ad impetrandam opem diuinam pro Ecclesię necessitatibus, populiquè Christiani.

Immò Rodriq. cit. addit, quod si iste Titius haberet casus difficiles, in quibus tunc pro breuitate tẽporis vacare non posset Confessarius, quia requirũt aliud tempus ad consulendum peritos viros, poterit tunc Confessarius intra Iubilei tempus illum absoluere à censuris, & casibus reseruatis, differens absolutionem aliorum peccatorum ad alium diem post tempus Iubilei, in quo possit absoluere eum ab alijs omnibus peccatis, simulquè repetendo iam peccata prius confessa, vt confessio dicatur integra: non enim amplius illa peccata remanent reseruata.

Henriq. Rodriq.

Nec obstat, quòd iam Iubilei tempus expirauit, quia ad hoc respondeo, quòd iurisdictio semel inc̨epta exequi, non expirat quousque causa finiatur. Sic tenet Henriq. *lib.* 7. *de indulg. cap.* 11. *num.* 5. *cit. à Rodriq. in summa, tom.* 1. *cap.* 184. *num.* 12. *circa fin.* & alij ab istis citati.

Dub. 24. Vtrum vnus Sacerdos possit eodem tempore plures pœnitentes absoluere in casu necessitatis.

Respondetur affirmatiuè, vt quãdo nauis fluctuat, & est in periculo naufragandi, tunc quilibet dicat vnum saltem peccatũ, vel (si periculum est in mo-

ra) faciant aliquem actum contritionis, & absoluat omnes dicendo, *Ego vos absoluo à peccatis vestris. Nauar.cap.8 num.13.Eman. Sà confessio, num. 39.* & est communis. Nauar. Em. Sà.

Dub. 25. An administranda sint Sacramenta nolenti illa recipere.

Respondeo, quòd si erit mentis compos, & recusauerit, nullum Sacramentum erit ei ministrandum, sed suauiter est disponendus ad illa; Si verò vsu rationis careat, non erit communicãdus, si aderit periculum irreuerentiæ (vt suo loco dicemus) nec si inciderit in amentiam in peccato mortali manifesto; tũc, nedum Communio, sed nec Extrema vnctio est ministranda: si verò in bono statu incidit in amẽtiam, seù frenesim, quamuis restiterit, debet dari Extrema vnctio, adhibito auxilio circumstantium, si opus fuerit. Ita *Posseu.de offic.Curati, cap.5.n.6. Henriq.lib.3.cap.13.num.1.* & alii communiter. Posseui. Henriq.

Dub.26. Quid faciendum, quando Confessarius accedit ad audiendum confessionem alicuius, qui non potest solus relinqui, nisi adiuuetur à circumstantibus: vt sunt recenter vulnerati, vel mulieres parturientes, & periculum est in mora.

Respondeo, quòd relinquat solùm personas necessarias ad hoc, atque potius viros, quam mulieres; quos moneat, vt aures claudant, oculosq; auertant à facie confitentis, & Confessarii, & sic omni meliori via illum interroget, & audiat; quandoque per signa sufficientia peccata accipiat, & absoluat; monẽdo etiam astantes, teneri sub mortali peccato secretum seruare, si aliquid obiter audierint. Ita *Nauar. cap.8.num.4. Syluest.confess. 3. quæst.4. Posseu. cap. 7.* Nauar. Sylu. Posseui.

num.

num.82.& est communis, quamuis nemo teneatur confiteri,audiente tertio,licet possit,si velit.Ita *Em. Sà confessio,num*.53.*Tolet.lib*.3.*cap*.6.*num*.5.in explicatione particulæ definitionis,confessionis,scilicet: *manifestatio peccatorum,&c.Nauar.cap*.21. *num*. 36. & communis.

Em.Sà. Tolet. Nauar.

Dub.27. Confessarius transiens per plateam videt aliquos occidentes Franciscum,iteratis vicibus confessionem petentem; at Confessario accedere volenti ad illum audiendum,ab interfectoribus conãtibus illum vita priuare,prohibetur accessus; quid ergo in hoc casu est faciendum?

Respõdeo,quòd Confessarius ab eo loco, in quo reperitur, illum absoluere debet ab omnibus peccatis,& censuris antequam ab hac vita discedat: illa enim dicitur moralis præsentia, & ille saltem attritus videtur, dum iteratis vicibus confessionem petit,quippè quia periculum est in mora, vt supponimus.Immò si tantum esset periculum,quod dubitaretur posse proferre ambas formas, scilicet excõmunicationis,& peccatorum,distinctas: poterit tãtùm dicere,*absoluo te*: subintelligendo prius à censuris,& deindè à peccatis: vel à censuris,& peccatis simul.Ita *Suarez.tom*.5.*dis*.10.*sect*.2.*in fin.num*.7. *Posseu.cap*.7.*num*.90.*Viual. de absol.num*. 47. & alij communiter;quamuis Suarez dicat, quod si postea tempus hoc permitteret,poterit subiungere, *& ab omnibus censuris*,quod vtique faciendum.

Suar. Posseu. Viuald.

Dub.28.Rebecca ex verecundia peccatum mortale in confessione reliquit,postea pœnitẽtia ducta, proponit firmiter in proximo futuro Paschate illud confiteri, repetendo quoque illam confessionem

in-

inualidam; attamen in hebdomada sancta, facto diligenti peccatorum examine; cæteris peccatis confessis; oblita fuit illius peccati, in tali confessione voluntariè relicti, & sic bona fide cum tali obliuione per decem annos perseuerauit, post quos, recordata fuit illius fictæ confessionis: Modo quæritur: Vtrum teneatur repetere omnes cõfessiones decem annorum, vel tantùm peccata illius vnicæ confessionis, in qua peccatum ex verecundia tacuit.

Respondeo, quòd sufficit confiteri tantùm peccatum voluntariè relictum, cum cæteris peccatis in eadem cõfessione inualida iam dictis; nam aliæ Cõfessiones intra dictum decennium factę, validæ sunt. Ratio est, quia non posuit obicem in illis, cùm oblita fuerit illius fictæ confessionis; non enim est dispar ratio, magis de obliuione peccatorum aliorum, quã malè actæ confessionis, vel peccati, aliàs in confessione relicti; cùm hic, & nunc, facta morali diligẽtia, obliuiscitur. Ita *Suarez tomo 4. dis. 23. sect. 4. num. 6. Posseu. cap. 7. num. 26.* alijquè communiter. Suar. Posseui.

Dub. 29. Quomodo se gerere debeat Confessarius dum est anceps, seù dubius: Vtrum pœnitens teneatur, restituere necnè.

Respondetur, quòd si pœnitens non erit aliqua excommunicatione reseruata ligatus, poterit illum à peccatis absoluere, & pœnitens interim promittat stare dictis Confessarij, postquam libros, & viros doctos consuluerit. *Sylu. verbo confess. 3. q. 10. Henriqez. de pœnit. lib. 3. cap. 26. num. 5. Posseu. cap. 7. n. 42.* & alij. Sylu. Henriq. Posseui.

Dub. 30. An Confessarius (tàm secularis, quàm Regularis) iter faciendo cum alijs suis pœnitenti-

bus

bus extra propriam Diœcesim, vel in alijs Ciuitatibus eis obuiam procedendo, possit illos in confessione audire, & absoluere, ac si essent in propria Diœcesi.

Responsio est affirmatiua: & ratio est, quia cum, tàm Confessarius, quàm pœnitentes iter habeant, nullum domicilium in aliena Diœcesi acquisierunt; quapropter nulli iniuriã faciunt; debet tamen Confessarius illos audire, non publicè, sed priuatè, nè videatur iurisdictionem alterius vsurpare, vel Episcopum illius loci parum æstimare. Ita *Tolet. lib. 3. cap. 13. num 9. Posseu. cap. 7. num. 46. Armill. eodem verbo, §. 34. Em. Sà verbo absolutio, num. 7. Victor. num. 151. Bonac. de Sacramentis, disp. 5. q. 7. pun. 2. n. 10. vers. Istæ rationes, &c.* & alij communiter.

Toleti. Posseu. Armill. Em. Sà. Victor. Bonac.

Bonac. verò loco citato ponit limitationem, scilicet: *dummodo Confessarius habeat auctoritatem non limitatam, videlicet (per nostram Diœcesim tantum)* sed hæc limitatio non tollit Confessario auctoritatẽ absoluendi subditos suæ Diœcesis vbiq; & extra suã propriam vbi est approbatus, & ratio est, quia cùm Episcopus inquit, *in nostra Diœcesi tantùm*, intelligitur quoad sibi subditos tantùm, ergo extra illam, possunt à Confessario prædicto absolui, vt bene notat Suarez *tomo 4. disp. 21. sect. 1. num. 17. in fin. Sot. in 4. dist. 18. quæst. 4. art. 3. §. aliud verò dubium, &c. Ledes. p. 2. quæst. 5. art. 7. dub. 9. Graff. p. p. lib. 1. cap. 13. num. 45. Nauar. cap. 27. num. 266. Ioann. Cruz de priuileg. Regul. lib. 2. cap. 6. dub. 5. concl. 2. à Sorb. verb. Absolutio quoad seculares, 1. §. 11. fol. mihi* 31. Vbi Sixtus IV. concessit Fratribus Minoribus, quòd in hoc, idem possint Religiosi, quàm Curati, & Parochi.

Suar. Sot. Ledesm. Graff. Nauar. De Cruz. à Sorbo Sixt. 4.

Dub.31. An Confessarius teneatur credere pœnitenti asserenti, se facultatem habere à Superiore, vt à reseruatis, & censuris absoluatur.

Respondetur affirmatiuè: Et ratio est, quia sicut pœnitenti credendum est, se commisisse ea peccata quę confitetur, cur non etiam ei credendum erit, se facultatem habuisse, vt asserit? Quare ergo ei malum potius, quod confitetur, credendum est, quàm bonum, quod affirmat?

Si verò censura erit publica, seù in iudicio deducta, debet pœnitēs in scriptis Superioris facultatem afferre. Ita *Syluest. confess.* 1.*quæsit.*17.*in fine. Posseu. cap.*7.*nu.*31.& alij. Syluest. Posseui.

Dub.32. Vtrum excommunicatio maior nulli reseruata, siuè sit à iure, siuè ab homine, ac etiam Pōtificia, possit à quolibet approbato absolui.

Respondetur affirmatiuè, nam cùm Superior sibi non reseruat, omnibus Confessarijs licentiam concedere videtur. *Nauar. cap* 27.*nu.*39.*Eman. Sà verbo excommunicatio: Tit. absolutio ab excommunicatione, num.* 15.*Tolet. lib.*1.*cap.*16.*num.*2.*Sylu. absolut.* 1.*num.*5.*Sotus dist.*22.*quæst.* 2.*art.*3.*conclus.* 2. *Armil. absolut. num.*36.*Suarez tomo* 5.*disp.*7.*sect.*7.*num.*23.*&* 31.*D.Thom. in* 4.*dist.*14.*q.* 2. *art.* 5. & est communis. Nauar. Em.Sà. Tolet. Sylu. Sot. Armil. Suar. D. Thom.

Notandum primò, quod Confessarij Regulares per eorum priuilegia absoluere possunt, sibi confitentes ab omni excommunicatione Papæ reseruata (exceptis illis in Bulla Cœnæ Domini contentis, & in decreto Clement. VIII. quod incipit, *Sacra Congregatio, &c.* in quo etiam comprehenduntur casus, quos Episcopi sibi reseruant) satisfacta tamen

parte. Ita concessit Paulus III. Bulla 7. Confessarijs approbatis è Societate Iesu, quo priuilegio cæteri Regulares per participationem gaudent.

Et præterea possunt absoluere ab omnibus excommunicationibus, tàm à iure, quàm ab homine, etiam specialiter, & nominatim latis (satisfacta quoque parte, seù præstita sufficienti cautione) quia his positis, censentur rationabiliter Superiores, & Iudices auctoritatem concedere Religiosis, iurisdictionem delegatam habentibus in hoc (vt reuera habent per priuilegia, vt supra dictum est) *Rodriq. tom. 1. quæst. Regul. q. 61. art. 5. 6. & 7. Ioan. Cruz de Priuileg. Regul. lib. 2. cap. 7. dub. 5. conclus. 5. Et dub. 6.* vbi multa scitu digna reperiuntur. *à Sorbo, verbo absolutio quo ad seculares primo, fol.* (mihi) 37. & alij ab istis citati.

Rodriq. Io. Cruz. Sorbo.

Dixi (*satisfacta parte*) nam pars intelligitur, offensa quo ad damnum, quæ quidem satisfactio erit ad iudicium prudentis Confessarij, non autem ad libitum offensi; Si verò casus excommunicationis erit deductus coram Iudice, tunc pars, non solũ erit offensa, sed etiam Iudex, quibus satisfactis, Reus erit absoluendus. *Doctores citati.*

Notandum secundo, quòd ipsimet Religiosi, virtute prædictorum priuilegiorum non possunt absolui à casibus suis Superioribus reseruatis, absq; speciali eorum licentia, vt notat Ioannes Cruz *loc. cit. dub. 5. concl. 2.* Si verò petita licentia per Confessarium à Superiore, vt valeat Religiosum à reseruato absoluere, & ille negauerit; tunc Cõfessarius auctoritate Apostolica poterit illũ absoluere. Ità habetur expresè in fine Decreti Clemen. VIII. his verbis.

Clem. 8.

San-

Sanctitas Sua deinceps declarauit, & declarat, vt si huiusmodi regularium Confessarijs, casus alicuius reseruati, facultatem petentibus Superior dare noluerit, possint nihilominus Confessarij, illa vice, pœnitentes Regulares (etiam non obtenta à Superiore facultate) absoluere.

Vbi nota ly, (*Illa vice*) nam quoties opus fuerit, tenetur Confessarius licẽtiam petere, & si Superior illam negauerit, tunc vtatur priuilegio prædicto, & auctoritate Apostolica, illum à reseruatis absoluendo.

Dub. 33. Vtrum simplex Sacerdos ab excommunicatione minori absoluere possit.

Respondeo, in hoc duas esse opiniones; Prima est Nauar. affirmantis, simplicem Sacerdotem posse. *Nauar. cap. 27. num. 25.* Contraria verò est Caiet. *verbo Absolutio ab excõmunicatione.* Et tomo 1. *opusc.* 7. affirmantis, hoc licere tantùm Confessario approbato. Nauar. Caiet.

At Suar. *tom. 5. disp. 7. sect. 4. num. 16.* dicit vtramque opinionem esse probabilem, opinionem verò Caiet. probabiliorem. Suar.

Sed Toletus *lib. 1. cap. 17. Armilla verb. Absolutio, num. 38. Eman. Sà tit. Absolutio ab excommunicatione, num. 21.* & alij tenent cum Nauarro cit. contra Caietanum; et certè si talis excommunicatus non haberet nisi venialia, poterit absolui à simplici Sacerdote, vt inquit Toletus, talis enim Sacerdos, respectu venialium est proprius Confessarius, ergo idem dicendum est de minori excõmunicatione. Ita *Toletus citatus*: Si verò ligatus minori excommunicatione recipiet aliquod Sacramentum, peccabit mortaliter (excepto Sacramento pœnitentiæ) quia in cõ- Tolet. Arm. Em. Sà.

feſſione ſemper pręmittitur abſolutio ab excommunicatione, ſcilicet. *Si teneris aliquo vinculo excommunicationis, &c.* nõ tamen erit irregularis, ſi celebret. *cap. Si celebret, de Clerico excomm. miniſtr.* Qui verò actiuè confert alijs Sacramenta, non peccat, nec fit irregularis, quia tantum paſſiua participatione priuatur. *cap. Statuimus, & cap. Conſtitutione, de ſent. excommunicationis, in 6. Tolet. l. 1. cap. 11. num. 2. Nauar. cap. 20. num. 24.* & communis.

Tolet. Nauar.

Dub. 34. Cõfeſſarius, poteſtatem delegatam abſoluendi habens à cẽſuris, ſiuè ex commiſſione Superioris, ſiuè ex priuilegio, ſiuè virtute Iubilei in foro conſcientiæ, vel in foro pœnitentiæ tantum: An poſſit hac vti auctoritate extra confeſſionem, licet non abſoluat à peccatis.

Reſponſio eſt affirmatiua; Et ratio eſt, quia facultas hæc non tantum concedi ſolet Confeſſarijs, verum etiam habentibus tãtum minores ordines, nam in abſolutione à cenſuris, cum ſit poteſtas fori exterioris, non requiritur abſolutio Sacramentalis. Ita *Bonac. de cenſuris, diſp. 1. quæſt. 3. punct. 6. num. 8. & 9. Sanch. de matrim. lib. 8. diſp. 32 nu. 2. Prax. Neap. cap. 66. num. 18. Suarez de Religione, tom. 2. tract. 6. lib. 6. cap. 16. num. 4. Rodriq. tom. 1. quæſt. Reg. q. 20. art. 7. Coninch. diſp. 14. dub. 16. q. 13. num. 251. et 252.* & alij a Bonac. citati, & eſt communis.

Bonac. Sanch. Suar. Praxis Neap. Rodriq. Coninch.

Ad illam limitationem, *in foro conſcientiæ tantum*, reſpondet Rodriq. citatus, quod illa limitatio ſignificat, talem abſolutionem ab excommunicatione, ſiuè intra, ſiuè extra Sacramentum pœnitentiæ, non prodeſſe in foro exteriori, ſeù iudiciali (niſi parti ſatisfaciat) ſed tantum prodeſſe in foro interiori ani-

mæ;

mæ; ideò quando huiusmodi clausula reperitur in Bullis Pontificiis,seù priuilegiis Regularium, semper debet intelligi, secundum dispositionem iuris, scilicet,quòd à peccatis fiat absolutio in Sacramento pœnitentiæ, & à censuris,extra illud fieri posse: iuxta ea,quæ notantur in iure, & tradunt Armilla *verbo* Excommunicatio, §.20.Ledes.*p.2.q.*19. Sotus *in 4.dist.*18.*art.*5.*colum.* 9. & alij citati ab ipso Rodriq.vt sup. Armill. Ledesm. Sot.

Non tamen sic dicendum est de casibus reseruatis,quia talis absolutio cadit super materiam,in qua per se requiritur sacramentalis absolutio; ideò non potest tribui extra pœnitentiæ Sacramentum,vt inquit Bonac.*loc.cit.num.*10.& omnes. Bonac.

Habentes verò potestatem ordinariam supra cẽsuram,& reseruatum,vtrumque reseruationis vinculum extra pœnitentię Sacramentum soluere,seu relaxare valent;ita vt postea peccata,simplicia remaneant.*Doctores citati*,& est communis.

Dub.35.An excommunicatus occultus, qui ad euitandum scandalum celebrare, vel communicare tenetur,possit absolui à cæteris peccatis, relicta excommunicatione reseruata, & interim celebrare absque nota irregularitatis.

Respondetur, quod circa irregularitatem, nulli dubium est,illum non incurrere, sed quoad confessionem, duas esse opiniones: Prima est D. Thomæ, & aliorum, negantium, posse à cæteris peccatis absolui,relicta excommunicatione, sed potius contritus celebrare debeat; dummodo nõ sit in mora petendi absolutionẽ.*D.Thom.in addit.q.*8.*art.* 4. *ad* 5. *Sylu.verb.Eucharistia*,2.*q.*2.Henriq.*lib.*8.*cap.*46.*n.*4. D. Thom. Sylu. Henriq.

Et

Et ratio istorum est, quia tunc est, ac si non haberet copiam Confessoris, & sic ad euitandum scandalũ, poterit cum contritione celebrare, & communicare; quæ quidem opinio probabilis est.

At practicè, contraria est probabilior, cum Caietano, & alijs; quorum ratio est, nam vt quis de vera contritione certus sit, debet cætera peccata confiteri, relicta excommunicatione, nam cui licet quod est maius, licet quod est minus; dum per illos cõtrariæ opinionis conceditur Eucharistia, quod est maximum omnium Sacramentorum, cur non cõfessio,
Caiet. quod est minus? Ita *Caiet. verbo Confessio, condit.* 10.
Sot. *in fin. Sot. dist.* 8. *q.* 2. *art.* 5. *vers. Hoc autem dubium, etc.*
Nauar. Quibus concordat Nauarr. *cap.* 27. *num.* 239. vbi inquit, Sacerdotem homicidam licitè posse, ad euitãdum scandalum celebrare ante dispensationem Irregularitatis, præmissa debita contritione, & confessione, & idem dicendum de censurato, & excommunicato Papali in tali casu. Hæc Nauar. qui ratione hoc probat, nam lex naturalis, & diuina de defendẽda fama, præstat legi humanæ, de abstinendo à sacro in irregularitate, vel excommunicatione: Ergo, &c. Idem dicendum de moniali incidente occultissimè in censuram Papalem, vt ante moram petendi absolutionem, possit communicare, quando aliç ad id tenentur, potestquè interesse choro, & alijs, à quibus
Nauar. si abstineret, fama eius periclitaretur. Hucusq; Na-
Bonac. uar. citat Idem affirmat Bonac. *de censuris, disp.* 2. *q.* 2.
Sayr. *punct.* 11. §. 1. *num.* 4. *vers. Dixi regulariter, &c. Sayr.*
Suar. *lib.* 2. *cap.* 3. *num.* 27. *circa fin. et num.* 28. *Suar. disp.* 10.
Coninch. *sect.* 1. *num.* 4. *Coninch. disp.* 14. *dub.* 5. *num.* 3. *Filiucc.*
Filiuc. *tract.* 12. *cap.* 3. *quæsit.* 1. *num.* 56. & alij Recentiores

com-

communiter. Immò hoc videtur esse secundùm mẽtem Concilij Trident. *sess.* 13. *can.* 11. vbi habetur: *Illis, quos conscientia peccati mortalis grauat, quantumcunque etiam se contritos esse existiment; habita copia Confessoris, necessario præmittendam esse confessionem Sacramentalem:* ergo confiteri debet eo modo quo potest, cum proposito se præsentandi Superiori, quã primum poterit. Conc. Tri.

Extra verò talem necessitatem, excommunicatus quantumuis occultus, celebrans, efficitur irregularis. Ita *Bonac. de Censur. disp. 7. q. 1. pun. 3. n.* 8. *Nauar. cap. 27. num.* 194. *vers. Sexto dico, &c.* Et quidem liquidè colligitur ex verbis Cõcilij Trid. *sess.* 24. *cap.* 6. vbi habetur. *Liceat Episcopis in irregularitatibus omnibus, ex delicto occulto prouenientibus dispensare, etc.* Ergo excommunicatus, (licet ex occulto delicto) celebrans, irregularis existet. *Nauar. in d. cap. 27. nu.* 241. *vers. Dixi iure antiquo, &c.* quẽ sequitur Suarez *disp. 40. sect. 3. num.* 11. *Coninch. disp.* 18. *dub.* 2. *nu.* 15. & alij citati à Bonac. *contra Alphonsum à Castro, lib. 1. de leg. pœnali, cap. vlt. concl.* 3. Bonac. Nauar. Conc. Tri. Nauar. Suar. Coninch. Bonac. Alphons. à Castro.

Dub. 36. An relinquens data opera peccatum mortale in confessione, si postea confiteatur eidem Confessario, teneatur totam repetere confessionem, vel tantùm illud relictum.

Respondeo cum distinctione; aut Confessarius aliorum peccatorum, vel pœnitentiæ impositæ, vel status pœnitentis (saltem in confuso) memoriam habet, & tunc confessionem repetere, nequaquam tenetur, sed tantùm peccatum relictum, cum peccato sacrilegij malæ confessionis actæ.

Si verò Confessarius penitus nihil istorum re-

cordaretur, tunc confessio repetenda erit. *Nauar. cap. 9. num. 19. in fin.* Quamuis Medin. *in cap. de Confess. fol. 25.* absolutè teneat, prædictam memoriam nō esse necessariam, sed sufficere eidem Confessario, tantùm peccatum relictum dicere; verùm tutius, & probabilius tenendum est cum Nauar. & Syluest. *verbo Confessio, 1. quæst. 3. vers. Si tamen confiteretur. &c.* Ita etiam *D. Anton. 3. p. tit. 14. cap. 19. §. 4.* & est communis.

Nauar. Medina. Nauar. Sylu. D. Ant.

Dub. 37. An secundus Confessarius, pœnitentiā à primo datam commutare possit.

Respondeo, quod si habuerit eandem auctoritatem circa peccata, quam primus; tunc poterit commutare pœnitentiam, quamuis primus Cōfessarius, ordinariam, secundus vero delegatam potestatem habuerit: si verò prædictam facultatem non haberet, regulariter commutare non potest.

Dixi regulariter: nam cum causa rationabili, poterit illam cōmutare, vt communis opinio probat. *Suarez tom. 4. disp. 38. sect. 10. nu. 15. Tolet. lib. 3. cap. 11. num. 5. circa fin. vers. Aduertendum est verò, &c. Nauar. de pœnit. & remiss. cons. 25. & in Manuali, cap. 26. num. 22. Eman. Sà verbo Satisfactio, num. 5.* qui dicit, etiam si fuisset à Papa imposita, poterit eam cōmutare, etiam nō repetitis peccatis, ita etiā Posseu. *cap. 7. num. 105.* & alij ab istis citati.

Suar. Tolet. Nauar. Em. Sà. Posseu.

Causę verò rationabiles, vt ex istis colligitur, sūt; scilicet, quando Confessarius videt pœnitentē non impleuisse datam, vel non impleturum timet, vel statui pœnitentis aptam minimè esse, vel complexioni, aut conditioni contraria, vel alijs de causis arbitrio prudentis Confessarij, vt etiam sunt illæ,

quæ

quæ excusant ab obseruatione præcepti Ecclesiastici, ob quas Episcopus, vel Prelatus, seù Medicus dispensare solet. Ita præfati Doctores, locis citatis.

Dub. 38. Quomodo se gerere debeat Confessarius, cum illis, peste, vel alijs contagijs affectis.

Respõdetur, quòd prudenter se gerere debet, vt si fieri poterit, & propriç, & proximi saluti consulat, nè temerè absq; necessitate Deũ tentare præsumat, vbi necessitas, aut charitas hoc non expostulat, sed potius ad Dei gloriam, ac pro animarum salute, se conseruare debet; Neque hoc contra Religiosam perfectionem erit, nam tempore pestis, operariorũ piorum, vt plurimum, charitas est; Vnde tempore Beati Caroli Borrhomæi quidam Sacerdos fuit ab ipsomet Sancto valdè reprehensus; nam cũ aliquando plurimum fatigatus ex iterata Sacramentorum administratione, super stratum peste affectum, ad quiescendum imprudenter se collocaret, sequenti die, morbo illo oppressus, interijt; Bonum tamen erit inter ipsum, & pœnitentem, ignem accensum interponere, atque etiam vento spiranti, terga vertere, vt aerem infectum à se expellat, vel alia similia prudenter agere, salua semper integra, & perfecta Sacramentorum administratione pro animarum salute; pro qua (si opus fuerit) etiam propriam vitam, cũ euidenti mortis periculo exponere debet, ac tenetur. Ita *D. Thom. 2. 2. quæst. 26. art. 5. in corp. & in responsione ad 3. & in 3. sen. d. 20. quæst. 1. ar. fin. quodlib. 2. in resp. ad secundum*, vbi ait: *Cùm scimus fratrem nostrum posse liberari per mortem corporis nostri à morte animç, sine periculo animæ nostræ; tunc tradere vitam corporalem pro fratribus, non est perfectionis, sed necessi-* D. Thom.

Posseui. Tab. Em. Sà. Tolet.

tatis; Hęc ille. *Posseu.cap.7.nu.79.Tab.verbo Episcopus,nu.6.Em.Sà verbo Charitas,nu.3.Tolet.lib.4.cap.10.nu.2.vers.Primo si,&c.*

Nec prætermittam dictum Tabienę, asserentis: *Si viderem fratrem meum peste laborantem, qui desperat, nisi ad eum vadam, tenor exponere proprium corpus pro salute eius animæ.* Ita ait *verbo Episcopus, nu.6. conclus.1.*

Immò hoc charitatis opus, eminentissimus perfectionis gradus est, taliterq; Deo Opt.Max.gratũ, quòd non solùm in scripturis sacris extollitur, & præcipuè Ioan.15. *Maiorem Charitatem nemo habet, vt animam suam ponat quis pro amicis suis.* Verum etiam ipsemet Dominus exemplo confirmauit, seipsum pro nobis patibulo Crucis tradendo; proptetea Petrus Apost.inquit: *Christus passus est pro nobis, vobis relinquens exemplum, vt sequamini vestigia eius.*

Ioan. 15.

1.Petr. c.2 vers. 21.

Quò verò ad collationem cæterorum Sacramẽtorum peste similiter affectis, suis locis dicetur, vt in practica 8.de Communione, *dub.19.* & Practica 9. de Extrema Vnctione, *dub.25.*

Dub.39. An Confessarius possit absoluere infirmum graui ægritudine vexatum, qui cum difficultate aliqua peccata confessus est, & si reliqua dicere voluerit, dubitatur de morte, qui si superuixerit, à reliquis absolui possit.

Respondetur affirmatiuè, nam in necessitate Cõfessarius vti debet tutiori via, vt anima infirmi non periclitetur. *Suar.tom.4.disp.23.sect.2. Rodriq. in sũma 1.p.cap.59.num.6.Victorel.in addit.ad Posseu.cap.7.num.79.*& est communis.

Suar. Rodriq. Victor.

Dub.

Dub.40. Dum Confessarius audit vsurarium, vel excommunicatum, si superueniente aliquo accidēti, & non adest tempus imponendi, vni debitam restitutionem, alteri obligationem se pręsētandi si cōualuerit, poterit illos absoluere nulla obligatione imposita.

Respondetur affirmatiuè, nam vbi est necessitas, nulla lex est obligatoria; vnde ad quod est maius, oculus habendus est; si verò posteà tales euadant periculum: imponat imponenda. *Tolet. lib. 5. cap. 36. num. 8. Posseu. cap. 7. num. 89.* estquè communis. Tolet. Posseu.

Dub.41. Denique quærendū est: An attritio cognita vt talis, sufficiat cum Sacramento pœnitentiæ ad iustificationem peccatoris.

Responsio est affirmatiua: Et ratio est, tùm quia si secus esset, Sacramentum pœnitentiæ nunquā produceret primam gratiam, nec per se primo remitteret mortalia, nam prius essent per contritionem remissa: at in Concilio Trid. *sess.* 14. *c.* 4. habetur. Hominem virtute Sacramenti cum sola attritione iustificari; ergo sola attritio, etiam cognita, sufficit. Conc. Tri.

Præthereà, Sacramenta virtutem desumunt à passione Christi, non autem à cognitione, seù ignorantia peccatoris; ergo, siuè quis putet se esse contritū, & reuera non sit, nisi attritus, siuè cognoscat se esse tantùm attritum, virtute tamen Sacramenti gratiam iustificationis acquirit.

Præthereà in pręcitato Cōcilio Tridentino habetur: *Illam contritionem imperfectam, quæ attritio dicitur, quæ ex turpitudinis peccati consideratione, vel ex metu gehennæ concipitur, si voluntatem peccandi excludat, cum spe veniæ: Declarat Sancta Synodus, donum*

Dei esse, & Spiritus Sancti impulsum: nō adhuc quidem inhabitantis, sed tantum mouentis: Et quamuis sine Sacramento pœnitentię per se ad iustificationem perducere peccatorem nequeat, tamen eum ad Dei gratiam in Sacramento Pœnitentię impetrandam disponit. Cum enim Sacrũ Concil. declarat, attritionem cum Sacramento Pœnitentię, ad salutem sufficere, nec distinguit de attritione, putata contritione, aut non putata, cur nos distinguere debemus?

Nec dicendũ, quòd tot, tantiq; Patres in Spiritu Sancto congregati, rem tanti momenti silentio pertransiissent, si ad salutem hoc necessarium cognouissent; ergo attritio cognita, quamuis non putetur contritio, (cum exclusione peccati, & spe veniæ) cum Sacramento pœnitentię sufficit ad salutem. Ita Lopez 1.*p.cap.*29. qui hoc colligere ait, *ex D.Thom.* 3.*p.q.*80.*art.* 4. *ad secundum Et in* 4.*sentent. dist.*24. *q.*1.*art.*3.*Canus in relect.de pœnit.par.*5. *Cordub.lib.*1. *q.*1.*Nugn.tom.*2.*in Additionib.ad* 3.*p.q.*9.*art.* 1.*dub.* 3.*Palud.in* 4.*dist.*12.*q.*8.*conclus.*3.*nu.*8.*Vasquez de Pœnit.q.*92.*art.*1.*dub.*2.*num.* 1. *Bonac. de Sacrament. disp.*5.*q.*5.*sect.*1.*pun.*3.*num.* 10. & alij ab istis citati contra Sotum *in* 4.*sent.* & Nau.*in Manuali,c.*1.*nu.*8. Hæc de Confessione.

Lopez. D. Thom. Canus. Cordub. Nugn. Palud. Vasq. Bonac.

ADDITIO.

DVb. primum. Potest ne infirmus, qui loquelam amittit, sed signa certa contritionis præbet, absolui absolutè, & absque illa conditione, *si ex capax absolutionis.*

Respondeo affirmatiuè, quia in tali casu materia

Sacramenti pœnitentiæ est certa, & non dubia, & ideo,ita etiam esse debet absolutio. *Filiuc. tract.* 7. *cap.* 5.*num.* 121.*Vasq.in* 3.*tom.*4.*q.*91.*art.*2.*dub.*1.*nu.* 39.*Sancius in select.disp.*44.*num.*32. Filiuc. Vasq. Sancius.

Dubium secundum. Quot adstantes,seù quot testes sufficiunt ad deponendum, quod moribundus absolutionem petijt,& signa contritionis dedit, ad hoc, vt Sacerdos superueniens, illum tuta conscientia absoluere possit,& an illis iuramentum dare teneatur,& cuius qualitatis esse debeant.

Respondeo,vnicum testem sufficere,cum de præiudicio alterius non agatur, etiam si sit hæreticus, infidelis,& non iuratus; tum quia omne irreuerētiæ periculum vitatur,si infirmus sub conditione, nimirum,*si ex capax absolutionis*,mente retenta, absoluatur.*Sancius in selectis,disp.*44.*nu.*35.*Diana p.*3.*tract.* 3.*resol.*5.Possevinus *cap.*7.*num.*55. *Sanchez in consilijs,tom.*2.*lib*.6.*cap.* 5.*dub.* 10. idquè probat ex cap. *paruuli,de consecr.dist.*4.*& cap.testimonium*, *de testib.* Sancius. Diana. Posseuin. Sanch.

Dubium tertium. An Confessarius possit absoluere sub conditione moribundum sensibus destitutum,qui neque Confessarium petijt, neque signa contritionis dedit.

Respondeo negatiuè,etiam si alioqui moribūdus optimam duxerit vitam; nam materia huius Sacramenti ex Concilio Florent.& Trident. debent esse actus pœnitentis,seu ipsius positiuus dolor de peccatis,saltem per signa positiua,& certa exterius manifestata,quod in casu nostro non accidit. *Tribarne in* 4.*tom.*2.*dist.*18.*quæst.vnica,disp.*16.*sect.*5.*Reginal.* *tom.*1.*lib.*8.*cap.*3.*n.*25.*Dian.p.*3.*tract.*3.*resol.*8. *vers. firmat etiā.Sācius in select. disp.*44.*n.* 35.*vers.quod si.* Ytibarn. Regin. Diana. Sancius.

Du-

Dubium 4. An saltem talis possit à censuris absolui.

Respondeo affirmatiuè, quia ignari, & inuiti, etiã à censuris absolui queunt, vt tenent communiter Doctores, quia, cum excõmunicatio sit pœna, pœna etiam ab inuito tolli potest. *Coninc. disp.* 14. *dub.* 16. *num.* 224. *cum D. Thom. Sayr. in Thesaur. lib.* 2. *cap.* 21. *num.* 9. 10. *&* 11. *Auila de censuris,* 2. *p. cap.* 7. *disp.* 2. *dub.* 2. *Bizozarus in summa, de excommunic. cap. vnico, num.* 9. *cum gloss. & num.* 10. *vers. communis tamen*, & alij; Verum, quia huiusmodi absolutionem extra Sacramentũ pœnitentiæ tunc dari supponimus, à simplici Sacerdote virtute Tridentini *sess.* 14. *c.* 7. *de Sacramento pœnitentiæ*, tribui non potest, quia ibi pro articulo mortis absoluendi facultas à censuris, & reseruatis, intra forum Sacramentale tantum, quantũ scilicet ad animæ periculum præcauendum sufficit, concedi videtur; quod patet ex textu, ibi, *ne hac ipsa occasione aliquis pereat*, ac proinde huiusmodi absolutio ab ijs dumtaxat tribui potest, qui extra articulum mortis auctoritate ordinaria, vel delegata, absolutè, non verò conditionatè concessa, nimirum (satisfacta parte) vel (cessante contumacia, &c.) id poterant; nisi fortè conditiones verificentur, puta si parti satisfiat, vel contumacia cessarit, vt tenẽt Coninc. Auila, &c. supra citati. Quæ tamen absolutio, moribundis iuuabit in hoc, nimirum, quod si præcepto annuæ confessionis, & communionis satisfecerint, & in peccato mortali non decedant, præsertim si pluries censurarum absolutionem petierint, seu procurauerint, ita vt per ipsos non steterit, quin absoluerentur, in Ecclesia sepeliri queant, alioqui

Coninc. D. Thom. Sayr. Auila. Bizoz.

Trid.

si sic excommunicati, vel censurati vitandi moriantur, de iure, Ecclesiastica sepultura priuantur, vt dicemus infra in Additione ad Practicam 11. secundæ Partis, de Signis, quę proximam spiritus exalatione arguunt dub. 34.

Dubium quintum. An in supradictis casibus, non solum possit, sed etiam Confessor, moribundum, qui loquelam amisit, sub conditione, vel absolutè, (vt diximus) absoluere teneatur.

Respondeo affirmatiuè, & quidem sub mortali, ex iustitia, si sit eius Pastor, sin minus, ex charitate, vt ipsius saluti spirituali consulat, ad quod in tali casu de iure diuino tenetur, vt supra in additione ad secundam practicam dub. 1. dictum fuit. *Turrian. de pœnit. quæst. 9. art. 2. disp. 3. dub. 1. Megal. p. 1. lib. 2. cap. 11. num. 8.* Turrian. Megal.

Dub. 6. An Confessor laborans penuria temporis, & per inaduertentiam, vel per ignorantiam, vel consultò absoluens infirmum excommunicatum à peccatis, nõ verò à cẽsuris, talis absolutio valida sit.

Respondeo affirmatiuè, si simul pęnitens in bona fide existat, cum in hoc casu Sum. Pontifex, vti pius Pastor, excõmunicationis effectum suspẽdere supponatur, haud enim credibile est, eum velle pœnitẽtem absolutionis beneficio cum tanto eius detrimento priuari. *Floronus de reseruatis, par. prima. cap. 6. nu. 3. vers. dicunt quoque. fine. Lugo de pœnit. disp. 16. sect. 15. num. 613. vers. alij verò*, quæ ratio id probat etiam si excommunicatio, quâ pœnitens irretitur esset Summo Pontifici reseruata; verum si postea pœnitens sciret, Confessarium ab excommunicatione eum non absoluisse; quia eius excommunicatio Floronus. Lugo.

non ſupponeretur, quoad ſubſtãtiã ſublata, ſed eius effectus ſolummodo ſuſpenſus, teneretur, ab eo qui excommunicationem abſoluere poſſet, illius abſolutionem procurare. *Layman. tract.* 5. *par.* 2. *cap.* 2. *nu.* 1. *verſ. ſed & ſi aliquis, cum Nauar. Caiet. Medina,* & alijs. *Auila de cenſ.* 2. *p. cap.* 6. *diſp.* 5. *Bonac. cit. pun.* 5. *num.* 4. *Diana par.* 3. *tract.* 4. *Reſol.* 78. *Portel. tom.* 1. *verbo Caſus reſeruati, n.* 14. *Soar. Presb. ſecul. lib.* 5. *de contractibus ſub tit. Confeſſor, Abſolutio, &c. verſ. abſolutio facta excommunicato. Fernandez par.* 3. *cap.* 7. §. 6. *num.* 11. *Bariola in Aphoriſ. lit. E. verſ. excommunicatus maiori excom. cum Nauar. Rodriq. & Beia.*

Layman. Nauar. Caiet. Med. Auila. Bonac. Diana. Portell. Soar. Fernan. Bariol. Nauar. Rodriq. Beia.

Dub. 7. An in tali caſu, cùm periculum eſt in mora, poſſit Cõfeſsor vnica abſolutione, puta per hãc, *abſoluo te*, abſoluere ſimul moribundum à peccatis, & à cenſuris.

Reſpondeo affirmatiuè, ſi habeat intentionẽ abſoluendi ab vtriſq; (quod etiam validè quoad ſanos obſeruari poteſt, non verò licitè, nã tunc Sacerdos debet vti cõmuni abſoluendi forma Eccleſię .ſ. abſoluere à cenſuris diſtincta abſolutione, ac abſoluit à peccatis, & hoc ſub graui obligatione, alias in re graui à communi praxi Eccleſiæ aberraret, atque adeò mortaliter peccaret.) Nec obſtat, quod cẽſurę, & peccata ſunt diuerſa, ergo indigent diſtincta abſolutione, et conſequẽter per vnã abſolutionẽ tolli non poſſunt, nam Reſpõdeo, quod ſufficit, quoad cenſuras, ad hoc vt validè tollantur, etiam reſpectu inferiorum ab eis abſoluentium (licet hoc ipſi licitè non agant, ſed verbis in earum abſolutione ab Eccleſia præſcriptis, ſub lætalis culpæ reatu, ratione mox ſupra adducta, vti debent) ſi ſigno

ali-

aliquo externo censurarum absolutionem indicante, absoluantur; nec indigẽt quòad absolutionis substantiam, vt verbis auferantur, vt tenent communiter Doctores, inter quos est Auila de censur. 2. *par. cap.* 7. *disp.* 3. *dub.* 1. *conclus. prima.* Layman. *lib.* 1. *tract.* 5. *par.* 2. *cap.* 2. *num.* 7. & ideò sufficit si illud signum externum, *absoluo te*, absolutionẽ indicans, ac cadẽs explicitè super peccata, ordinetur etiã à Sacerdote ad censurarum remissionem, ad hoc, vt simul cum peccatis, per dictam vnicam absolutionem, censuræ etiam remissæ intelligantur, idquè procedit etiam si Sacerdos ad illa verba, *absoluo te*, subiungat, *à peccatis tuis*, & nullam mentionem de censuris faciat, quippe quia adhuc per eiusmodi verba, clarum, manifestumquè signum, se moribundum à censuris etiã absoluere velle (suo tamen ordine, nimirum prius à censuris, & postea à peccatis) ostendit; enimuerò, cum peccata sine censurarum absolutione absolui nõ possint, dum Sacerdos absoluit à peccatis, per illudmet signũ absoluendi scilicet à peccatis, ostendit tacitè, se à censuris quoque, quę peccatorum absolutionem impediunt, absoluere velle; nam qui intendit efficaciter finem, intendit etiam tacitè tollere omnia impedimenta, quæ finis consequutionẽ retardare queunt; idquè patet à pari; si enim Episcopus ordinaret aliquem aliquo impedimento, super quod ipse dispensare posset, irretitum, sciretquè Episcopus, ordinandum esse tali impedimento illaqueatum, sanè ipsamet impediti ordinatio censeretur clarum, ac euidens signum, quod Episcopus in eiusmodi impedimento dispẽsaret, vt tenent Doctores in materia de ordine, quibus astipu-

Auila. Laym.

Marchin. Barboſ. Pontius. latur Marchinus de ordine *tract.1.par.9.cap.4.nu.3. & ſeqq.* cum *Barboſ. Baſil. Pontio*, & alijs. Quod ſi Confeſſarius abſoluendo à peccatis, nullo modo à cenſuris etiam abſoluere aduertat, ita, vt id non intendat, an tunc moribundus validè à peccatis, non præmiſſa cenſurarum abſolutione, abſolutus cenſeatur, vide ſupra Dub. præcedenti. DeLeone. Bonac. Zambran. Filiuc. *De Leone, tom.1. de poteſt. Confeſſ. Recol.5. num.19. Bonac. de cenſuris, diſp.1. quæſt.3. puncto 5. num.3. & 4. & de pœnit. diſp. 5. q.4. puncto 1. num.10. Zambranus de Sacramento pœnit. cap.4. num.5. Filiuc. tract. 12. cap.3. q.4. num.63.*

Dub.8. An poſſit abſolui moribūdus, de quo dubitatur, an ſigna pœnitentiæ, quæ oſtendit, ex vero ſuorum peccatorum dolore, an verò ex dolore vulnerum, ſeù infirmitatis perueniant.

Reſpondeo affirmatiue, & quidem ſub cōditione, & non aliter abſoluendum eſſe; Alias Confeſſor mortaliter peccaret, non ponendo in tuto eo modo, quo poſſet (vti tenetur, & nos diximus ſupra dub. 5.) ſalutem ſpiritualem moribundi, qui ſi eſſet attritus, & illa ſigna, doloris ſuorum peccatorum eſſēt, cum Sacramentali abſolutione, dum virtute illius fieret de attrito contritus, ſaluaretur, & ſine illa, cum ſola Sancius. attritione damnaretur. *Sancius in ſelect. diſp.44 num. 35. verſ. Quod verò. fine.*

Dub.9. Si Ordinarius loci omnes abſoluendi facultates, Patribus alicuius Conuentus antea datas, ſimul reuocet, poſſunt nè huiuſmodi Patres, nō obſtante tali reuocatione, validè ſecularium perſonarum confeſſiones excipere?

Reſpondeo affirmatiuè, ſi reuocatio fiat incōſulta Sacra Congregatione, negotijs Epiſcoporum, &

Re-

Regularium pręposita; nam per Decretum eiusdem Sacræ Congregationis sub die 20. Nouẽbris 1615. adimitur locorum Ordinarijs facultas reuocandi simul, inconsulta ipsamet Congregatione, huiusmodi licentias antea concessas; quare tunc tales licentiæ ita se habent, ac si reuocatæ non fuissent, & consequenter confessiones validæ sunt, tanquam cum vera absoluendi facultate exceptæ. Vide *Squil. de Priuil. Cleric. cap. 1. num. 65. vers. pro corroboratione. Alphons. de Leon. de potest. Confess. q. 4. num. 31. Lezan. cum Peyrino, cap. 19. num. 9. Bariol. in Aphor. lit. O. vers. Ordinarij locorum suspendere.* Squil. Alphons. de Leon. Lezan. Peyrin. Bariol.

Dub. 10. An obtinens facultatem absoluendi à reseruatis, possit etiam absoluere à censuris.

Respondeo affirmatiuè, si loquamur de casibus Summo Pontifici reseruatis; nam, cum casus Papales semper censuram annexam habeant, consequẽter, concessa facultate ab ijs absoluendi, intelligitur etiam concessa facultas absoluendi à cẽsuris; Si verò loquamur de casibus Episcopo reseruatis, id nequaquam est asserendum, cum respectu Episcopi, reseruatio excommunicationis, & casuum sint quid diuersum; nam sæpè Episcopi reseruant sibi casus absque vlla excõmunicatione; quare concesso vno, non intelligitur concessum, & aliud. *Sanch. in summ. lib. 2. cap. 11. num. 1. Nauar. cit. num. 261. Bonac. de cens. in communi, dis. 1. q. 5. pun. 1. num. 1.* Sanch. Nauar. Bonac.

Dub. 11. An habens facultatem à Papa absoluendi ab omnibus casibus, & censuris, possit absoluere à censuris in Bulla Cœnæ, & à casibus Ordinarijs locorum reseruatis, & ab illis quinque casibus contentis in Decreto Clementis VIII. edito 26. Noue- Clem. 8.

bris 1602 quos infra in Addit. ad Practicam quintam Appendicis Posthumę *dub.16. vers. Respondent secundo*.alij,adducemus.

Respondeo negatiuè,quia in generali concessione non veniunt ea,quę verisimiliter in specie Superior non esset concessurus. *Reg.* 18. *de Reg. iur. in* 6. cuiusmodi sunt præfati casus, & excommunicationes qualificatæ, de quibus scilicet, tot prohibitiones in particulari,Summi Pontifices contra Cõfessarios, nè ab illis quemque absoluant, ediderunt.

Bonac. *Bonac.de pœn.disp.*5.*q.*7.*pun.*5.§.2.*num.*14.

Dub. 12. An habens facultatem absoluendi ab omnibus casibus,& censuris, etiam in Bulla Cœnæ Domini reseruatis,possit absoluere à casibus,& excommunicationibus, quas locorum Ordinarij sibi reseruant,& ab illis etiam quinque casibus,prout in dubio pręcedenti.

Respondeo affirmatiuè, quòad casus Ordinariis locorum reseruatos,nam intelliguntur comprehensi in illa generali concessione sub ly,*omnibus etiam in Bulla Cœnæ,&c.*Nec obstat illa ratio dubij pręcedentis, nimirum quòd in generali concessione non veniunt ea,quæ Superior in specie verisimiliter non concessisset, id enim intelligitur,quando alias nulla adest coniectura in contrarium, vt accidit in casu nostro: nam qui concedit id, quod est plus, intelligitur etiam concedere id, quod est minus. *Cap. ex parte* 3.*de decimis,iuxta Reg.* 35. *Plus semper in se cõtinet quod est minus.De Reg.Iuris,in* 6.ergo,cùm Superior concedat absolutionem ab omnibus excõmunicationibus,etiam in Bulla Cœnæ reseruatis, quod est plus, præsumitur etiam concedere in prædicta

ge-

generali concessione id,quod est minus, scilicet casus,& excommunicationes Ordinarijs locorum reseruatas;& quamuis aliquando id Papa exprimat,fit maioris claritatis gratia. *Faust.de Iubileo, lib. 4. q.* 100. *Viuald. in Candelabro, tit.de absolut. à num.* 26. *vsque ad* 53.*Regin.lib* 8.*num*.55. *&* 56. Quoad illos verò quinque casus;Respondeo negatiuè, isti enim cum excommunicationibus in Bulla Cœnæ pares sunt, & non inferiores in ordine ad reseruantem, vt sunt casus Episcopo reseruati, & consequenter hic non militat illa ratio, seù coniectura quoad casus Episcopo reseruatos,mox adducta, fundata in præfato Cap. *& reg*.35.quod qui concedit plus, censetur etiam concedere,quod est minus. Faust. Viuald. Regin.

Dub.13.Quid dicendum est de Regularibus iter agentibus,vel in communi de habentibus facultatē confitendi cuicunque, an per hoc hi possint à reseruatis absolui.

Respondeo negatiuè ex ratione mox dub.pręcedenti allata; Tum quia facultas eligendi Confessarium,& absoluendi à reseruatis sunt diuersa,& separari possunt,ergo,non hoc ipso, quòd primum conceditur, secundum etiam concessum esse censetur, cum à diuersis non fiat illatio. *L.Papinianus exuli,ff. de minorib.*Tum quia si posteà eos aliquęm casum reseruatum habere contingat, & ad vitandum scandalum,vel infamiam confiteri, communicare, vel celebrare oporteat,vti possunt beneficio absolutionis, modo, quo infra dicemus in Additione ad Practicam tertiam Appendicis Posthumæ de casibus reseruatis dub.32.& si casus, excommunicationem non habebit annexam,faciendum, vt asserit Auctor

dub.

dub. 11. huius practicæ *vers. secunda opinio.* Verum id, quod ibidem asserit. *vers. At si quis,* non est obseruandum cum Regularibus, ratione infra adducenda dub. 15. *Homobonus de casibus reseruatis, par.* 1. *cap.* 6. *Layman. lib.* 5. *tract.* 6. *cap.* 10. *num.* 2. *Tambur. de Iure Abb. tom.* 2. *disp.* 6. *q.* 8. *num.* 4. *Diana* 3. *par. tract.* 2. *resolut.* 119. At vt clariùs hoc explicetur; Dico, in hoc casu, Confessarium, qui prædictorum, tàm scilicet secularium, quàm Regularium Cõfessiones extra territorium suarum Diœcesum, & ditionem suorum Superiorum audit, sequi posse opinionem illorum, quos adducunt Layman, & Squillante infra citandi, qui volunt, quod casus reseruati (si tamen excommunicationem reseruatam non habebunt annexam) in vno loco, in alio loco, vbi non sunt reseruati absolui possint, quod nos etiam fieri posse dicemus infra Pract. 3. Append. Posthum. Dub. 22. sicq; præfatos à reseruatis suis Superioribus absoluere poterit; Quod si ibi ẽt dicta peccata essẽt reseruata, idẽ Cõfessarius, quoad seculares, qui subdũtur Episcopo loci, vbi inueniũtur quoad Cõfessiones ibi faciendas, agere poterit, vt Auctores à prædictis Doctoribus adducti volunt, nimirum petere facultatẽ (si illam à reseruatis absoluendi non habeant) à suo Superiore, cui similia peccata ibi reseruantur, absolutionemquè præfatis pœnitentibus exteris à reseruatis suis Superioribus impendere. Quod quidem Confessarius præstare etiam tenetur, secũdùm Layman mox adducendum, si peccata, quæ exteri confitentur non sint reseruata suis Superioribus, sed solum in loco, vbi Confessiones suorum peccatorum faciunt, sortiuntur enim conditionem Incolarum il-

Homobo.
Layman.
Tambur.
Diana.

lius

lius loci, vbi inueniuntur, atque adeò, si peccata, quæ confitentur, ibi sint reseruata, licet alioqui suis Superioribus reseruata non sint, tanquam habentes peccata reseruata iudicari debent, nec absolui, nisi ab habente ad hoc facultatem; Quoad Regulares verò, quia quoad Confessiones Presbyteris faciendas non subduntur Episcopo loci, nec indigent, vt Presbyteri, sui Episcopi approbationem quoad eos absoluendos habeant, vel procurent, vt præcitato Dub. 15. dicemus, consequenter, etiam si casus reseruati, quibus Religiosi afficiuntur, sint in loco, vbi confitentur reseruati, vel si peccata Regularium nō sint reseruata suis Superioribus, sed tantum in loco, vbi ipsi sua peccata cōfitentur, cum Episcopi reseruatio, nec Regulares, nec Regularium peccata comprehendat, quandoquidem ipsi quoad Confessiones faciendas (vt supra dictum est) Episcopo loci nullo modo subduntur, sed cuicunque Sacerdoti, etiã per ipsum non approbatum confiteri possunt, ipsi nihilominus, non obstante, quod licentia confitendi cuicunque à suis Superioribus Regularibus habita, per se (vt dictum est) non comprehendat concessionem facultatis, vt se à reseruatis absolui faciant, vti non habẽtes casus reseruatos à Presbyteris secularibus illius loci absolui poterunt; in hoc enim Regulares Peregrini habentes casus reseruatos, se habent vti Peregrini seculares accedentes ad locum extra suã Diœcesim cum casibus reseruatis, qui in loco, ad quem accedunt non sunt reseruati, atque adeo, sicut ex dictis, hi à simplicibus Confessarijs expositis, tanquam non habentes casus reseruatos absolui possunt, absque vlla alia facultate obtenta ab Episcopo

loci,nec ab Epiſcopis ipſorummet Peregrinorum ſecularıũ eos abſoluendi à reſeruatis, ita etiã Regulares Peregrini poterunt in eodem loco à Confeſſarijs per ipſos electis, tanquam non habentes caſus reſeruatos, abſq; vlla alia ſimili facultate obtenta, nec ab Epiſcopo loci,nec à Superioribus eorundem Peregrinorũ Regulariũ,abſolui.Nec obſtat id,quod ſupra dictum eſt, nimirum, quod præfati Regulares Peregrini,dum habuerũt à ſuis Superioribus facultatem confitendi cuicunque,non per hoc eis cõceſſum fuit,vt ſe à quocunque Confeſſario,à reſeruatis abſolui facere poſſent, atque adeò videtur eis prohibitum, vt ſe à reſeruatis ſuis Superioribus,à Presbyteris ſecularibus,dum peregrinantur,abſolui facere valeant; nam ad hoc Dico, quod cum Regulares peregrinaturi habuerunt facultatem confitendi cuicunque,non per hoc eis prohibitum fuit, vt non ſe abſolui facerent à reſeruatis, ſed ſolum eorum Superiores,conceſſo primo, reliquerunt ſibi reſeruatam facultatem abſoluendi à peccatis reſeruatis; Qua propter,cum peccatorum reſeruatio de ſe non importet prohibitionem, nè ſubditi Superiori reſeruanti, ſe ab illis abſolui facere queant, ſed ſolum importet,nè Confeſſarij reſeruanti ſubditi,à reſeruatis quemquam abſoluant, fit quod Regulares peregrinaturi, dum eis per conceſſionem confitendi cuicunque , à ſuis Superioribus habitam, prohibitum non fuit,vt ſe à reſeruatis abſolui non facerent,& alioqui per caſuum reſeruationem per Superiores Regulares factam,non intelligitur prohibitũ Presbyteris ſecularibus,nè Regulares à reſeruatis Superioribus Regularibus abſoluant; quandoqui-

dem,

dem, dum Presbyteri seculares non sunt Regularibus subditi, eis hoc, per Superiores Regulares prohiberi non potest, ipsi Regulares poterunt à reseruatis suis Superioribus, dum peregrinatur, in ijs locis, vbi inueniuntur, ex rationibus supra assignatis, à Presbyteris illius loci eo modo, quo supra dictum est, se absolui facere, cum in hoc, vti personæ seculares reputentur, quæ sicut ipsæ ex rationibus supra adductis, dum peregrinantur se à reseruatis suis Episcopis extra propriam Diœcesim absolui facere possunt, ita etiam id possunt Regulares peregrinantes eo modo, quo supra explicatum est, non obstante, quod licentia confitendi cuicunque, quam ipsi à suis Superioribus habent, non includat licentiam, vt se à reseruatis suis Superioribus absolui facere valeant, sufficit enim si eis hoc per suos Superiores non prohibeatur; Nec dicas, quod si hoc verum esset, posset Religiosus vnius Conuentus, habens casus suo Superiori reseruatos, extra illum exire, & à Presbyteris secularibus Diœcesis, in qua ille Conuentus situs est se absolui facere, quod est omninò negandum; nam Respondeo, quod dum in singulis Conuentibus deputantur iuxta dispositionem Decreti fœlicis recordationis Clementis Octaui, quod incipit, *Sanctissimus Dominus noster, qui iampridem*, editi anno 1593. 26. Maij, §. *Superiores in singulis domibus*, duo, vel tres Confessarij pro Monachis sacramentaliter auscultãdis; per hoc Regularibus prohibetur alijs confiteri; quapropter dum Regulares prohibentur confiteri alijs, quam Cõfessarijs in proprio Cõuentu sibi assignatis, consequenter confessio reseruatorum, & non reseruatorum Presbyteris Clem. 8.

ſecularibus per eos extra, vel intra Conuẽtum facta' nulla eſſet, ratione obicis, quem Regulares in ipſa actuali confeſſione validitati Sacramenti pœnitentiæ ponerent, faciendo actum inobedientię in re grauì, confitendo .ſ. ſua peccata Sacerdotibus pro ſuis confeſſionibus audiẽdis minimè deſignatis, ſed excluſis; quem obicem retractare non poſſent, niſi à tali confeſſione ſimilibus Confeſſarijs facienda ſe abſtinendo; quod ſanè non militat in Religioſis peregrinaturis, qui ſupponuntur, dum habent licentiã confitendi cuicunque, exempti ab illa deputatione confitendi ſolum illis tribus Confeſſarijs in Monaſterio pro Regularium confeſſionibus auſcultandis deputatis; Tum quia, & ſi dicta Confeſſariorum deputatio non fieret, adhuc Regulares in Monaſterio exiſtentes, & licentiam extra Ordinem peccata cõfitendi non habentes, nulliter ſine proprij Superioris licentia Presbyteris ſecularibus confiterentur; Quod non militat in Religioſis peregrinaturis, licentiam cõfitendi cuicunq; habentibus; Secus verò dic, ſi Religioſis iter facturis eorũ Superior expreſsè prohibuiſſet, ne dum peregrinarentur, ſe à quoquam à reſeruatis abſolui facerẽt, tunc.n. ab illis ſe abſolui facere nõ poſſent; Quæ prohibitio ab Epiſcopo ſuis ſubditis peregrinaturis, licet id nõ videatur eſſe vſu receptũ, fieri poſſet, quãdoquidẽ guberniũ animarũ ſuorum Parrochianorum eſt eis demandatum, ergo cum huiuſmodi prohibitio pertineat ad tale gubernium, ad hoc ſcilicet, vt Epiſcopus applicare poſſit per Confeſſarios à ſe deputatos remedia opportuna, nè animæ ſibi commiſſæ in grauia peccata (cuiuſmodi ſupponuntur eſſe peccata reſeruata) laban-

tur, eaq; amplius difficulter de cætero cōmittant, fit quod hanc prohibitionem, ne scilicet eius subditi à reseruatis extra Diœcesim se absolui faciant, Episcopus facere queat, quod si postea vrgeret scandalum, nisi extra Diœcesim ipsi, vel Regulares peregrinantes, & præfatam prohibitionem à suis Superioribus habentes communicarent, vel celebrarēt, possent Confessoribus extra Diœcesim confiteri nō reseruata, & reseruata; & à non reseruatis, ipsi à talibus Confessoribus directè absolui, & à reseruatis indirectè, put latiùs dicemus Pract. 3. de reseruatis, Dub. 29. & 31. (vbi multa quoad hoc) mittēdo postea eos ad suum Episcopum, vel ad Confessarios suarū Diœcesum, & Regulares ad suos Superiores, qui sibi casus reseruarunt, vel ad Confessarios Regulares, à casibus reseruatis absoluere valentes, vt habita postea opportunitate, se à reseruatis per prędictos absolui faciant; & si peccatis excommunicatio reseruata esset annexa, & adhuc vrgeret scandalum, nisi peregrini celebrarent, vel communicarent extra propriam Diœcesim, tunc fieri posset, prout præcitato Dub. 32. dicemus. *Layman. lib. 5. tract. 6. cap. 10. de pœnitentia, num. 10. cum Caiet. Henriq. & Suar. Squil. de priuil. Cleric. cap. 1. num. 100. vers. alij verò, & num. 101. cum Barbos. Graff. Regin. & Bon. Idem Tambur. cit. disp. 13. q. 10. per totum, Candidus in suis Disquisit. Disquis. 24. art. 57. dub. 6.*

Layman. Caiet. Henriq. Suar. Squil. Barbos. Graff. Regin. Bonac. Tambur. Candidus.

Dub. 14. An confessio facta bona fide Sacerdoti ignoranti, qui peccata mortalia, venialia esse putat, valida sit.

Respondeo affirmatiuè, nam actus pœnitentis, vt peccata sunt, seu cognita, vt offensa Dei sunt, vt sic

sunt sufficiens absolutionis materia, vt patet in eo, qui certò se peccasse recordatur, sed an mortaliter, vel venialiter, nullo modo percipere potest, quem Doctores communiter apud Sanchez *in sum. lib.* 1. *cap.* 10. *nu.* 66. validè absolui posse asserunt. *Gaspar. Hurtadus de Sacramen. disp.* 10. *de pœnit. difficult.* 15. *Petr. Sot. sect.* 6. *de confess. Dian.* 4. *p. resol.* 201. *Reginal. lib.* 1. *num.* 148. & de prudentia Confessarij *cap.* 22. *num.* 28. *verb. aduerte verò obiter*, *Lugo de pœnit. disp.* 21. *sect.* 3. *num.* 73. & 74. *Suar. tom.* 4. *disp.* 28. *sect.* 2. *num.* 12. Nec obstat, quod Tridentinum *sess.* 14. *cap.* 5. De Confessione post principiũ asserat, Confessarios non posse pœnitentes absoluere absque causæ cognitione, nimirum absque cognitione peccatorum, in specie, & numero, vt postea ipsummet Tridentinum explicat, sed quando in aliqua dispositione asseritur, quod quis aliquid sine hoc, vel illo requisito præstare non possit, si tale requisitum postea non ponatur; & actio fiat, asserunt Doctores apud Meroll. *tom.* 2. *disp.* 4. *cap.* 5. *num.* 275. eiusmodi actionem inualidam esse, quia fit sine potestate, & facultate ad illam faciendam à Superiore habita, nam id sonat ly, *non possit*, in Superioris dispositione appositum; tollit enim potestatem ad operandum; ergo cum Tridentinum *loco cit.* dicat, Confessarios sine causæ cognitione absoluere nõ posse, id est, nisi species, & peccatorum numerum cognoscãt, fit, quod, dum Confessarius decipitur, culparumquè species ignorat, putatquè venialia esse mortalia, & è contra, absolutio, quam pœnitenti impendit nulla sit, tanquam data sine potestate, & facultate, seu delegatione à Superiore ad absoluendum accepta, quã-

Sanch. Hurtad. Sot. Diana. Reginald. Lugo. Suar. Trid. Meroll.

do-

doquidem Tridentinum,per ly,*non posse*, vt dictum est,videtur tollere à Confessario potestatem, & facultatem ad absoluendum, quotiescunque in peccatis dignoscendis decipitur,& iudicat mortalia esse venialia,vel è contra;nam Respondeo ly,*non posse*; dato, & non concesso, quod tollat potestatem ad operandum,reddatquè actum nullum si fiat absque requisitis,in dispositione vbi apponitur ly,*non posse*, præscriptis, tamen si ex eo quod tollat potestatem ad operandum euenit aliquod absurdum, tunc ly, *non posse*,non tollit potestatem ad valide operandũ, sed solum ad licitè operandum, ita vt aliquod non possit licitè fieri sine requisitis in dispositione, vbi apponitur ly,*non posse*, præscriptis, non verò, quod nõ possit validè fieri. Sic accidit in casu nostro,licet enim in Tridentino *loco citato* dicatur, Confessarios non posse pœnitentes absoluere, nisi cognoscant peccatorum species,tamen ly,*nõ posse*, sonat, q Cõfessarius non possit licitè,& absque eo quod mortaliter peccet confessiones fidelium auscultare (extra tamen articulum mortis, si tunc idoneus Confessarius absit) cum tali ignorantia,vt peccatorum differentias percipere nesciat, & distinguere peccata mortalia à venialibus, deficit enim in re graui ab eo,quod scire debet ratione sui muneris, non verò, quod non possit validè,concurrente bona pœnitentis fide de huiusmodi Confessarij ignorantia; alias si ly,*non posse*,in Tridentino appositum hunc sensum haberet,& ex natura rei requireretur, quod ad hoc, vt absolutio,& cõfessio valida esset, deberet Sacerdos necessariò in quocunque casu peccatorũ species,& numerum cognoscere, maximum absurdum

inde sequeretur, nimirum, quod qui non potest, nisi per signa confiteri, vti accidere solet in moribundis ad mortem vulneratis, in quorum cõfessionibus excipiendis, non potest Confessarius cognoscere, & distinguere peccatorum species, sed in genere, & in communi solum per signa à pœnitẽte sibi data percipit, quod Deum offenderit, in tali casu dictus pœnitens inualidè absolueretur, eiusquè confessio nulla esset, quod, quam alienum sit à Praxi piæ Matris Ecclesiæ, & à Doctorũ sensu, vnusquisque iudicare poterit. Verum est tamen, Sacerdotem cum tali ignorantia Sacramentum pœnitentiæ administrando, præcisa extrema pœnitentium necessitate, mortaliter peccare, ipsosquè pœnitentes, id sciẽtes, inualidè absolui, cum peccato Confessarij cooperentur, & per hoc effectui Sacramẽti obicem ponãt, quem tamen tunc tollere, & retractare non possẽt, nisi à Confessione tali Sacerdoti faciẽda se abstinẽdo. Doctores cit. præsertim Regin. *num.* 139. quibus adde Bonac. *de pœnit. disp.* 5. *q.* 5. *pun* 4. §. 2. *num.* 5. 13. & 14. *Lugo de pœnit. disp.* 16. *sect.* 15. *num.* 603. 604. & 605. An autem pœnitẽs comperta Sacerdotis ignorantia, iterum sua peccata confiteri Sacerdoti magis experto teneatur, & qua ratione. Vide infra Dub. 25. cum id Tridentinum apertè supponere videatur.

Reginald. Bonac. Lugo.

Dub. 15. An Regulares validè absolui possint à Presbyteris secularibus, à proprijs Episcopis minimè approbatis.

Respondeo affirmatiuè, si adsit licentia saltem tacita suorum Superiorum confitendi cuicunq; nam Tridentinum *sess.* 23. *cap.* 15. *de reformat.* quod obstare videtur, loquitur de approbatione Confessorum

Conc. Tri.

re-

respectu secularium, & nihil innouauit quoad Regulares, sed eos reliquit dispositioni iuris communis, vi cuius à quocumque Sacerdote, absque vlla approbatione absolui possunt. *Portel. verb. Confessor, nu. 4. Nauar. cap. 4. num. 7. Lezan. cap. 18. num. 27. Eman. Sà verbo Confessor, num. 6. Zac. Pasqualigus, Decis. 96. vers. Ratio. Bonac. de pœnit. disp. 5. q. 7. pun. 4. §. 1. num. 10. vers. dixi in propositione, & num. 25. Victoria de Sacram. num. 150.* An autem si Religiosus vnius Ordinis habens licentiam à suo Superiore confitendi cuicunque, dum ex dictis non requiritur ex parte Confessarij in ordine ad Regulares Sacramentaliter auscultãdos approbatio sui Superioris, possit talis Regularis pœnitens validè confiteri, & absolui à Confessario Regulari alterius Ordinis, cui confitetur, absque eo, quod Confessarius licentiam à suo Superiore Regulari habeat illum sacramẽtaliter audiendi. Ad hoc dico, Confessarium Regularem, sine dicta licentia sui Superioris, Religiosum alterius ordinis validè absoluere neutiquam posse, quippe quia, cum Regularis non habeat velle, & nolle in sua potestate quoad actus externos, mortaliter profectò (supposita grauitate materiæ, vt esset Sacramentorum collatio, quæ communiter res grauis reputatur) peccaret administrando pœnitentiæ Sacramentum alii, sine sui Superioris licentia, cui peccato, cum pœnitens in ipsamet absolutione recipienda cooperaretur, consequenter ratione obicis, quem effectui Sacramẽti poneret, absolutio nulla esset; esset tamen valida, quando pœnitens de Confessarij culpa in bona fide existeret, nimirum inuincibiliter ignorando, huiusmodi licentiam ad

Portel.
Nauar.
Lezan.
Em. Sà.
Pasqual.
Bonac.
Victor.

va-

validitatem absolutionis requiri, vel si illam, Confessarium obtinuisse supponat; tunc enim Confessarij peccato, ipsum cooperari, dici nullatenus posset; ideòq; tunc absolutio valida foret; Et licet quis dicat, Regulares habere à iure, idest à Papa, seu ab Ecclesia, quæ est iuris conditor, vt cum licẽtia suorum Superiorum possint confiteri cuicunque Confessario, etiam nõ approbato à suo Ordinario, seu suo Superiore, tamen adhuc prædicta licentia ex parte Confessariorum Regularium requiritur, ad hoc, vt Regulares pœnitentes validè à Confessarijs Regularibus alterius ordinis absolui valeant, quandoquidem, cum Papa aliquid concedit, non intelligitur illud concedere cum præiudicio tertij, nisi expressè contrarium exprimat, (quod in casu nostro non accidit) prout in simili tenet Barbos. *de clausulis, claus.* 127. *num.* 12. *ex Regul.* 18. *Cancell. ex Marta de clausulis, par. prima, clausula* 139. *nu.* 20. *ex Gonzalez ad Regul.* 8. *Cancell. glos.* 36. *à num.* 54. & alijs; & sic, cum Papa concedit Regularibus, vt possint de licentia suorum Superiorum confiteri cuicunque, non censetur id concedere, vt possint confiteri Confessarijs Regularibus, qui valeant facere actum externum propriæ voluntatis contra votum obedientiæ, cui se astrinxerunt, audiendi scilicet confessiones, sine suorum Superiorum Regularium licentia, quibus prẹiudicium afferretur, nisi Confessarij Regulares hanc licentiam ab eis obtinerent, cum eorum velle, & nolle quoad actus externos, ex cõcessione etiam Summorum Pontificum, qui pro tempore Constitutiones Regularium approbarũt, à suis Superioribus, quibus obedientiam promiserunt, reguletur; Quare

Barbos. Marta. Gonzal.

quo-

quoad Confessarios Regulares semper suorum Superiorum licentia requiritur, vt Regulares alterius ordinis sacramentaliter auscultare possint, non obstante, quod hi supponantur de iure, vt de suorum Superiorum licentia, cuicunque confiteri valeant.

Dub. 16. Quando quis confitetur peccata sua, & explicat numerũ, v.g. fornicatus sum decies, plus, minus, ly, *plus, minus*, ad quot vices se extendit, ita vt, si postea distinctè recordetur, de illis vicibus, cõfiteri minimè teneatur?

Respondet Filiuccius *tract. 7. c. 4. n. 82.* se extendere ad duas vices, quod sanè, respectu numeri denarij, communiter verum est. Gaspar verò Hurtado *de Sacramentis, disp. 9. de pœnit. difficult. 5.* ait, se extendere ad quatuor, sed Fagundez *2. præcep. Ecclesiæ, lib. 3. cap. 4. num. 9.* vniuersaliter docet, quod maior, vel minor excessus illorum verborũ mẽsurari debeat ex multiplicitate, vel paruitate numeri peccatorũ. Idẽ docet *Diana 3. par. tract. 4. resol. 94.* Ego verò assero quoad numerũ denariũ, & supra talem numerũ, sub ly, *in circa*, duas vices solummodo comprehendi; infra verò dictum numerum, sub ly, *in circa*, vnius tantum peccati numerum includi; alias ex opinione Fagundez sequeretur, quod qui confiteretur se cẽties in circa fornicatum esse, si postea distinctè recordaretur, se centum, & decem vicibus id egisse, non teneretur Confessario explicare illa decẽ fornicationis peccata, quæ distinctè se supra centenarium numerũ perpetrasse deinde recordatur, vel ad minus non teneretur confiteri octo fornicationis peccata, exclusis scilicet duabus vicibus, quæ fuerũt comprehenſę sub ly, *in circa*, quandoquidem respe-

Filiuc.
Hurtado.
Fagund.
Diana.

ctu numeri centenarij, numerus denarius, vel octenarius patuus numerus esset, quod sanè prudens Confessarius non admittit. *Regin.to.1.lib.6.nu.126.* Regin.

Dub.17. An cautio iuratoria, quæ exigi solet à constituto in articulo mortis, habente censuras reseruatas de se præsentando suo Superiori cùm primum commodè potest, si conualescat, à puero moribundo, censuris reseruatis irretito, etiam exigi, & præmitti debeat.

Bonac. Respondet Bonacina *de censur. in communi, disp.* 1. *q.*3.*pun.*3.*nu.*11.*vers. dixi à pœnitente*, id quoad pueros non esse in vsu; ego verò id licitè fieri posse puto, cùm Confessor in hoc casu suo iure vtatur, nimirùm infirmum, vt suum Superiorem, postea pro mandato recipiendo iuxtà capituli *eos, qui de sent. excom. in* 6. dispositionem, adeat, obligando; Quod tamen intelligi debet de absolutione censurarum alteri, quàm Summo Pontifici reseruatarum; nam quid faciendum, quoad huiusmodi cautionem, cùm censuræ sunt Papales, & ad forum contentiosum deductę, mox dub. sequenti dicemus.

Dub.18. An Episcopus absoluere possit ab excõmunicatione Papali publica eos, qui legitimo impedimento detinentur, ne Sedē Apostolicā pro absolutione petant; nam de absolutione, quādo excõmunicatio est secreta, dicemus infra in Additione ad Practicam 5. appendicis posthumæ de hæresi mē tali, dub. 16. Et prætereà qui sunt illi, qui legitimo impedimento detineri censentur. Et an ab ijs tunc, & vniuersaliter ab omnibus in articulo mortis à cēsuris reseruatis absolutis, huiusmodi cautio exigi debeat.

Re-

Respondeo ad primum, multos Doctores, id fieri posse asserere, ex cap. *ea noscitur*, *& cap. eos qui*, *& cap. de his, de sent. excomm.* vbi Episcopis, in casu legitimi impedimenti, à censuris Papæ reseruatis absoluere posse conceditur, exhibito tantum pœnitẽti iuramento, quod cessante impedimento, cùm cōmodè potuerit, Sedem Apostolicam pro absolutione adeat; & hoc etiam si Summus Pontifex in excōmunicatione asserat, *à nullo absolui posse, nisi à seipso, præterquam in articulo mortis*; Tum quia non est verisimile velle Summum Pontificem in casu legitimi impedimenti, verè pœnitentibus, absolutionem denegari debere, nisi fortè in aliqua excommunicatione ipse contrarium expresse exprimat, nimirum, quod etiam in casu legitimi impedimenti, ab ea absolui non possit. Quod tamen intelligi volunt, modò legitimè impediti, per epistolam, vel per Procuratorem, vel alio modo per intermediam personam, absolutionẽ à Sūmo Pontifice, vel à suo Legato, vel alio, qui ex concessione id possit, obtinere non valeant, vt decernitur in præfato capitulo *ea noscitur*, quoad aliquos huiusmodi impeditos; Quiq; etiam asserunt, quod cessante impedimento, sic absolutis Summum Pōtificem per Procuratorem adire sufficit. *Sanch. in summ. lib. 2. cap. 13. num. 36. Nau. in summ. cap. 27. num. 46. & 89. Duard. in Bull. Cœn. lib. 3. §. 2. q. 8. num. 9. & seq. Sayr. in Thes. tom. 1. lib. 3. cap. 28. num. 30. Alter. lib. 5. disp. 22. cap. 2. Henriq. de pœnit. lib. 6. cap. 16. num. 1. & cap. 9. num. 7. & cap. 10. num. 1. & 2. Caiet. in sum. verb. excomm. cap. 69.* Verũ in hoc negotio, locorum praxim à Summo Pontifice toleratam, inspiciendam esse puto; prout in simili

Sanch. Nauar. Duard. Sayr. Alter. Henriq. Caiet.

Laym.

tenet Layman *lib.1. tract. 5. de excommunicatione, par.2.cap.6.num.6. vers. contrarium tamen, & vers. his addendum.* Ad secundum Respondeo, à Doctoribus omnes infrascriptos, ex cap. *ea noscitur. cap. de catero, & cap. quāuis de sent. excomm.* legitimè impeditos reputari, nimirum Senes, Aegrotos, Moniales, Pauperes, Filiosfamilias, Religiosos, si à suis Superioribus Papam petere, vel absolutionem procurare impediantur. Item Impuberes, Seruos (qui tamen propter clerici percussionem, si sit grauis, vel enormis, Romam per hoc petere ad aliorum exemplum, etiā cum graui suorum Dominorum incommodo minimè excusantur, ex cap. *Relatum, de sent. ex comm.*) ac prætereà illos, qui ob capitales inimicitias, vel sine graui salutis, vel damni tēporalis propriæ familiæ, seù aliorum, Romam petere non valent, vel aliquo alio iusto impedimento detinētur, quod ex circumstantijs personæ, loci, & temporis, iudicio prudentis mensurandum relinquitur. *Nauar. cit. num.* 88. & 89. *Reginald. lib. 1. num. 135. vers. Aduerte verò. Sanch. cit. Sayr. de censuris, lib. 2. cap. 18. num. 24.* Ad tertium Respondeo, ab omnibus prędictis (quibusdam tamen vt infrà exceptis) sicut etiam ab absolutis à cēsuris Papalibus in articulo mortis, si per tempus liceat, præfatam cautionem exigi debere, cum in cap. *ea noscitur cit.* ab omnibus sic absolutis indifferenter exigi præcipiatur, & alioqui verba generaliter prolata, generaliter etiā intelligēda sunt. *cap. quod si dormierit, 31. q. 1. c. Consuluisti, 2. q. 5. et c. si Romanorum, 12. dist.* Verum ab iis, qui perpetuo impedimēto detinentur, vt sunt Moniales professę, & qui incurabili morbo laborant, huiusmodi iuramentum exi-

Nauar.
Regin.
Sanch.
Sayr.

gi debere minimè iudicarem, cum id textus ab iis exigi requirat, respectu quorū cessare moraliter potest, vt ex verbis ipsis textus liquidò cōstat. Addunt nonnulli, nec tale iuramentum exigi debere à mulieribus. *Cap. mulieres, et Cap. Quamuis, de sent. excom.* Nec à Pueris. *Cap. Pueris, & Cap. Quamuis cit. eod. tit.* vbi id Glossa extendit, etiam si ante absolutionem facti sint Puberes, cum præfata iura, has personas simpliciter, absque vllo onere, ab Episcopo absolui posse concedant. Et licet nonnulla ex dictis iuribus, non de omnibus casibus Papalibus loqui videātur, sed de clerici percussione dumtaxat, hi nihilominus dicunt, eandem esse rationem de alijs etiam casibus Summo Pontifici reseruatis. Adnotāt tamen, quod si huiusmodi personę in articulo mortis ab his censuris à simplici Sacerdote absoluantur, præfatum iuramentum, vt scilicet si conualescant, Episcopum ad quem alias de iure absolutio spectabat, adeant (exceptis tamen monialibus, & fœminis, etiam secularibus, ne vagentur propter honestatem, & perpetuo morbo laborantibus, respectu quorum impedimentum cessare non potest) exigi debeat, iuxtà dispositionē Capituli eos, *qui citati*, ibi, *à quo alias de iure fuerant absoluendi*, sin minus, reincident. *Bonac. de censur. in com. disp.* 1. *q.* 3. *pun.* 3. *nu.* 11. *per tot. Sanch.* & alij cit. *in Resp. ad* 1. *Soar. Presb. secularis in Enchirid. lib.* 6. *verb. Absolutio, vers. supradicti omnes. Laym. lib.* 1. *tract.* 5. *par.* 2. *cap.* 6. *num.* 4. *Bizozarus in summa, de excommunicatione sub titulo, excommunicatio Si quis suadente, vers. Nota primo, quod habentes, & Nota secundo.* Bonac. Sanch. Soar. in Enchirid. Layman. Bizoz.

Dub. 19. An sicut absolutus à censuris reseruatis

in articulo mortis,cũ onere se præsentandi,si postea suo Superiori non se præsentet, in eandem excommunicationem ex cap.*eos,qui de senten. excomm.in 6.* reincidit, ita etiam in eandem reincidat absolutus cum tali onere ab excommunicatione minori reseruata, dato quòd reseruari possit, si postea non se præsentet.

Respondeo affirmatiuè, nam vtrobique eadem ratio militat,cum præfatum cap.*eos,qui,*de sentẽtiis, seu excõmunicationibus, vt sic in communi loquatur. Filiuc.*tract.* 13.*cap.*2.*num.*141.

Filiuc.

Dub.20. An absolutus absque tali onere,in eandem excommunicationem reincidat, si postea non se præsentet.

Respondeo affirmatiuè,si deinde, se ad hoc obligari cognoscat, cum in Cap. *eos, qui cit.* hoc onus minimè exprimatur,sed de absolutis simpliciter, si postea non se præsentent,absolutè loquatur. Nam cum onus se postea Superiori,cui censura reseruata erat præsentandi, quam citius absolutus commodè potuerit,vt pręcipit textus.s. pręfatũ capitulum *eos, qui,* sit ex se de iure, puta vi dicti capituli,receptioni absolutionis à censuris reseruatis annexum, sit quod etiam si tale onus per Confessarium,absoluto à censura reseruata non imponatur, de se ei impositum intelligatur;nam qui vult antecedens,vult etiã tacitè consequens,& qui vult principale, censetur etiam tacitè velle accessorium cum principali annexũ.*l.illud,ff.de acquirend. hæredit.*quod etiam affirmant.Crauett.*consil.*186.*num.*7. *Alexand. cons.* 157. *col.*3.*num.*14.*lib.*2.*& cons.*158.*circa principium, in principio lib.*5.*Castrens.cons.*100.*nu.* 4. *vers. quod au-*

tem,

*tem,lib.*1. ergo cum abſolutus in articulo mortis ab aliqua cenſura reſeruata, intelligatur ei de iure,vi .ſ.ſupradicti capituli *eos,qui*, impoſitũ onus, ſe,quã citius commode potuerit ſi conualeſcat, Superiori, cui cenſura reſeruata erat,pręſentandi,ipſumquè tacitè tale onus, cum abſolutionem à cenſura reſeruata recepit acceptaſſe,ſequitur quod licet à Confeſſario hoc onus ei non imponatur, ex diſpoſitione dicti Cap.in eandem cenſuram reïncidat, ſi dum conualeſcit,& huiuſmodi obligationem ſe præſentandi cognoſcat, & ſe quam citius cõmodè potuerit,præſentare negligat; Imò etiam ſi poſtea ſe præſentet, & non quam citius commodè queit, ſed per notabile tempus ſe pręſentare differat, etiam reincidit,cum textus aſſerat, quod taliter abſoluti reincidant,ſi cum commodè poſtea dum conualeſcunt valeant,& quam citius non ſe præſentẽt; Secus verò ſi abſolutus,poſito quod commodè hic, & nunc ſe præſentare poſſit, per paruum temporis ſpatium ſe præſentare differat; quia tale pręceptum ſe præſentandi, quam citius commodè abſolutus queit, eſt humanũ, nimirum ex diſpoſitione ſacrorum canonum,& conſequenter Summi Pontificis;pręceptum autem humanũ,leuitatem materiæ admittit;atqui differre per aliquod breue tempus poſt terminũ à Superiore aſſignatum ſe præſentare,nulli dubium eſt,quod leuis præcepti tranſgreſſio ſit, ideſt tranſgreſſio in materia leui, non graui, & conſequenter ad peccandum mortaliter, atque adeò ad reincidẽdum in eandem excommunicationem, à qua quis abſolutus fuit,quæ ſi maior ſit,grauem tranſgreſſionem ſupponit,non ſufficit;Ad quem autem finem,

quis

quis absolutus in articulo mortis ab aliqua censura reseruata, teneatur si conualescat, quam citius comodè potuerit se Superiori, cui censura reseruata erat præsentare, dicemus in addit. ad Practicam 3. de reseruatis, dub. 42. fine. *Coriol. de reseruatis, parte prima, sect. 2. ar. 14. num. 2. vers. quæ vt magis, post medium. Coninc. tom. 2. disp. 14. dub. 16. num. 226.*

Coriol.

Coninc.

Dub. 21. An pœnitẽtes, qui doctrinam Christianam, Mysteria Incarnationis, & Trinitatis ignorant, licitè absolui possint.

Respondeo negatiuè, si negligentes in ijs adiscẽdis fuerint, vt quia bis Confessario hæc addiscere promiserint, & postea negligenter id pręstare omiserint, vel ea saltẽ addiscere nõ incœperint, nec aliquo modo prosequutionis addiscendi spem Confessario ingerant, & non adsit periculum scandali, nisi absoluantur (per hoc scilicet, quod cum alijs communicaturi accesserint) vel mortis imminentis, sed remittendi sunt, vt addiscant; sin minus se accusent de negligentia, cum proposito addiscendi in futurum; & quoad ægrotos, si conualuerint, ac huiusmodi addiscendi capacitatem habeant, & instruantur, seù Mysteria Incarnationis, & Trinitatis eis explicite credenda proponantur; Quę in credo, omnia cõtinentur, quæque sic compendioso modo proponi possunt; nempè, dari vnum Deum, eumquè esse Trinum, & Vnum, eiusquè Filium, carnem humanam in terris, assumpsisse, passum, ac mortuum pro nobis fuisse, ascendisse ad Cœlos, venturumquè esse iterũ in terram ad iudicandum viuos, & mortuos, ac Deũ, bonos æterna gloria pręmiari, malos verò æternis pœnis punire; Procurentquè Confessarij, vt pœni-

ten-

tentes actum assensus circa proposita eliciant, alioqui, cum multi velint, hæc omnia esse necessaria necessitate medij, vt explicitè credantur ad gloriā consequendam, & si inuincibiliter semel saltem illis credere omittant, æternam salutem minimè consequentur.

Debet etiam ijs imponi onus addiscēdi præcepta Decalogi, peccata mortalia, Sacramenta, saltem necessitatis, præcepta Ecclesiæ, & Credo; licet hæc omnia (dempto Credo) non sint necessaria necessitate medij, vt credantur, sed necessitate pręcepti, incluso etiam Credo, vt addiscantur quoad substantiam saltem, & meliori quo fieri potest modo, habita tamen vniuscuiusque addiscendi opportunitatis, ac capacitatis ratione, ad hoc vt sciant respondere, saltem dum interrogantur, & quid credere, & obseruare debeant; Ex quo fit, quod si hæc propter impotētiam, vel addiscendi incommoditatem memorię tradi omittantur, nullum peccatum committitur, & salus æterna consequitur, cùm vt diximus non sint necessaria, vt memorię tradantur plusquam necessitate præcepti. Et quidem sub veniali solūmodo obligantis, vt asserit Fagundez *in Decal. tom. 1. lib. 1. cap. 2. numero 69. & 70.* Bonacin. *in Decal. disp. 3. quæst. 2. pun. 2. num. 6.* Quod si quæras an teneatur Confessarius interrogare pœnitentes, num circa dicta omnia instructi sint, ad hoc Respondet non teneri Confessarium hac diligentia vti quoad omnes, quorum confessiones excipit, sed solū quoad eos, de quibus iure, rationabiliterque illa ignorare, seu quoad ea instructos non esse, suspicari potest, huiusmodi de per se supponi non debent (nisi fortè

Fagund.
Bonac.
Fagun

inter confitendum ex circumstantijs contrarium Confessarius eliciat) nobiles benè educatos, præcipuè in studio literarum, quique frequenter confiteri soliti sint, huiusque obligationis ratio ait est, quia Confessarius tenetur interrogare pœnitentes de peccatis, quæ verisimiliter ab ijs iuxta suum statum commissa fuisse coniectat, inter quæ esse potest negligentia non procurãdi passiuam prædictorum omnium ad fidem, & christianam obseruantiã pertinentium, instructionem. *Fagandez loc.cit.nu.68. cum Azorio, Petro Ledesma, & Bannez. Sanch.in sum. lib.1.cap.3.num.23.24. & 28. Filiuc.tract.22. nu.24. & seqq. & cap.2.per tot.* præsertim *num.37. & 42.*

Fagund. Azor. Ledesm. Ban. Sanch. Filiuc.

Dub.22. An Regulares absque approbatione Ordinarij loci, in quo degunt, possint audire confessiones secularium, qui in eorum Monasterijs inseruiũt, suntquè ipsorum continui commensales.

Respondeo affirmatiuè, cum per hoc huiusmodi seruientes, Monachis subiecti, ac de eorum familia efficiantur, idquè procedit etiam cum infirmantur, si intra Monasterium existant, ac etiam si vxores habeant, & nocte extra Monasterium dormiant; quia per hoc non tollitur, quin adhuc veri commensales dici possint. *Diana par.3.tract.2.resolut.31. vers. Notandum est. Barbos.in collect. Doctorum super Trident. sess.23.de reform.cap.15.num.11. Portel.tom.1. verb. Sacramentorum administratio, num.9.* sic etiam refert decisum. *Armendar. apud Barbos. cit.* & ibi idem etiã asserunt *Fernandez, & Homobonus de bonis.* Et præterea sic quoque Sacram Congregationem respondisse, asserit Bariola in Aphoril. *lit. C. vers. Confessarij Regulares ab Episcopo.*

Diana. Barbos. Portell. Arm. Fernan. Homobo. Bariol.

Dub. 23. An pœnitens nolens pœnitentiam acceptare, sed animum satisfaciendi per opera, quæ sibi magis placent, vel per indulgentiã, vel post mortem in Purgatorio habens, absolui licitè possit.

Respondeo affirmatiuè, modo pœnitentia non sit medicinalis, seù præseruatiua, vel restitutoria; nam pœnitentia satisfactoria est inducta in fauorem pœnitentis, nimirum ad hoc, vt pœnæ Purgatorij acerbissimæ per eam minuantur, vel omnino tollantur, iuxta quantitatem doloris, vel dilectionis pœnitentis; vnusquisq; autem suo fauori cedere potest. *Cap. gratum, de offic. deleg. & l. si quis in conscribendo, C. de pact.* & consequenter pœnitens satisfactionẽ à Cõfessario iniunctam non acceptare, sed modo quo supra in titulo, se satisfacere velle; Nec illam pœnitẽtes acceptare tenentur, vt Sacramentum integrum reddant, nam satisfactio actualis non est de necessitate pars integralis Sacramenti, sed illam exigit pro sui parte integrali in fauorem pœnitentium, ergo cum pœnitentes cedunt huic fauori, illam pro parte integrali non exigit, sed sufficit, si animus satisfaciẽdi modo supradicto non deficiat. Nec obstat dicere, quod sicut Confessor pœnitẽtiam imponere tenetur; per hoc scilicet quod satisfactio, seu pœnitẽtia est pars integralis Sacramenti pœnitentiæ, & consequenter ad Sacramenti integritatem, quod quantum est ex se Confessarius integrum ponere tenetur, pertinet, & etiam ad rationem iudicij; quod Confessarius in reo absoluendo formare debet, ad hoc nimirum, vt reo, scilicet pœnitenti, pœna delictis, & culpis confessis debita, & correspondens infligatur, Ita etiam pœnitens ad illam acceptandam

aſtringitur;Nam ad hoc *Reſpondeo*, quod id valeret, ſi abſolutè ad hoc Confeſſor teneretur, & non in fauorem pœnitentis, vt probauimus; nimirum, vt pœnitens mitiori modo diuinæ iuſtitiæ ſatisfaciat; idquè patet exemplo debitoris, qui quantum eſt ex ſe, debitũ ex iuſtitia omninò ſoluere tenetur, vt ſuæ obligationi ſatisfaciat, creditor tamen ad huiuſmodi ſatisfactionem acceptandam, cum de ſuo fauore agatur, nullo modo compellitur, ergo ita etiam in caſu noſtro dicendum. Verum ſi quis huic negotio fiſus, peccata multiplicare, ac peiora committere non vereretur, tunc pœnitentia ſatisfactoria euaderet medicinalis, illamquè pœnitens acceptare teneretur, prout colligitur ex Tridentino *ſeſſ.* 14. *de Pœnitentia, cap.* 8. ibi, *vt occasione accepta, &c. in grauiora labamur,* & ibi, *ſcienter, &c. Spiritum Sanctum contriſtare non formidauerint. Nauar. in manual. cap.* 26. *num.* 20. *Caiet. tom.* 1. *opuſc. tract.* 6. *q.* 2. *ad* 2. *Scotus in* 4. *diſt.* 17. *Faber de pœnitentia, in* 4. *ſent. diſt.* 19. *quæſt. vnica, diſp.* 35. *cap.* 10. *num.* 26. *& ſeq. Pharagonius tract.* 1. *de pœnit. ſeſſ.* 22. *caſu* 10. *Gabriel. diſt.* 16. *quæſt.* 2. *Medin. C. de confeſſione, fol. mihi* 75. *Beia par.* 3. *caſu* 3. *dub.* 2. *Syluest.* 1. *confeſſ. quæſt.* 25.

Conc. Tri.

Nauar. Caiet. Scotus. Faber. Pharag. Gabriel. Med. Beia. Sylu.

Quod ſi quæras, an pœnitens, poſito ꝙ pœnitentiã à Confeſſario acceptarit, illã poſtea non implendo, ſed ſe diſponendo, velle pro pœnis ſuis peccatis debitis, non in hoc mundo ſatisfacere, ſed in Purgatorio pati, mortaliter peccet; Porro, ſi pœnitentia de mortalibus ſaltem data fuerit, & grauis ſecundum quoſdam ſit, ita fatẽdum eſt; enim verò, poſito quod quis actu, aliquod Sacramentum recipiat, & effectui Sacramenti obicem ponat, mortaliter peccat, quia

grauem per hoc Sacramento iniuriam affert (nõ obstante quod Sacramenti effectus in fauorem ipsiusmet suscipientis Sacramentum cedat) illud scilicet suo effectu priuando, quem in subiectis, quibus applicatur, infallibiliter ad ostensionem efficaciæ sanguinis, passionis, & meritorum Christi connaturaliter, & secundum suũ esse, producere requirit; ergo ita etiam in casu nostro dicendum; licet enim recipere effectus Sacramenti pęnitẽtiæ (inter quos est remissio pęnæ, peccatis confessis acriter in Purgatorio luendę, debitæ, quod, Sacramentum mediãte satisfactione, quæ est ipsius pars integralis operatur, in ordine scilicet ad remissionem totius, vel partis pęnæ, si non tota, vel solum illius pars mediãte pęnitentis contritione, seu dispositione, remissa ante satisfactionis acceptationem inueniatur) cedat in fauorem pęnitentis, tamen posito, quod Sacramentum pęnitentiæ, pęnitenti applicatum fuerit, & pęnitens dictam Sacramenti partem, scilicet pęnitentiam, seu satisfactionem, per quam pęnitentiæ Sacramentum præfatam pęnam pro vt supra peccatis debitam remittit, ponere acceptarit, si postea talem pęnitentiam sibi à Confessario impositam non agat, iam Sacramentum suo effectu, remissionis scilicet prædictæ pęnæ priuat, sicquè mortaliter peccat, nimirum grauem pęnitentiæ Sacramento iniuriam inferendo, eius effectum, & participationem passionis Christi (cuius efficacia per productionem effectuum Sacramentorum ostenditur, simulquè subiectis illa recipientibus applicatur) cõtemnendo, paruiquè faciendo; Et ex hoc fit, quod qui consequitur Iubileum, indulgentiasquè lucratur

tur, non tenetur sub mortali pęnitentias non medicinales sibi à Confessario per prius ante Iubileum imposítas adimplere, quãdoquidem effectus remissionis pęnæ peccatorum, qui per pęnitẽtias ex opere operato, & ex efficacia meritorum Christi, pęnitenti præstandus erat, supponitur etiam ex opere operato, & per applicationem meritorum Passionis Christi mediante Iubileo, quod pęnitens lucratur, pęnitenti præstitus; & ideò cum nulla per hoc, quod talis pęnitens pęnitentias sibi à Confessario per prius, vt supra iniunctas non exequitur, Sacramento Pęnitentiæ iniuria irrogetur (etenim per Iubilei cõsequutionem adhuc ostenditur efficacia Passionis Christi, eiusquè merita pęnitenti, qui Iubileum lucratur, applicantur, non secus ac ei dicta efficacia ostenderetur, Christiquè merita per pęnitentiarum exequutionem applicarentur) consequenter pęnitens Iubileum lucrando, prætéritasquè pęnitentias sibi à Cõfessario impositas exequi prætermittẽdo, mortaliter non peccat; quod tamen (vt dictum est) intelligitur de pęnitentijs purè punitiuis, non verò de pęnitentijs medicinalibus, quæ necessario, adhuc Iubileo obtento, exequendæ sunt, quandoquidem tales pœnitentiæ pertinent ad vitanda in futurum peccata, quod per Iubileum non obtinetur, nimirũ quod quis amplius facile peccare non possit, & peccata vitare queat; tum quia obligatio adimplendi pęnitentias à Confessario iniunctas cum pęnitens Iubileum lucratur, cessat; patet ex cap. *cum ex eo*, *de pœnitentia, & remis.* vbi habetur, ꝙ per indulgentiarũ concessiones, pęnitentialis satisfactio eneruatur.

Nec obstat dicere, quod qui facit pęniten-

tiam est certus de remissione pęnæ peccatis debitæ;at verò non potest esse certus de remissione talis pęnæ,qui lucratur indulgentias,cum certus esse nõ possit,an adimpleuerit omnia, quæ ad eas lucrãdas requiruntur cum ijs dispositionibus, quæ realiter ad indulgentiarum acquisitionem desiderantur; & ideò pęnitens adhuc Iubileum lucrando, pęnitentias sibi à Confessario per prius iniunctas facere teneatur; nam Respõdeo,quod hoc argumentum fieri posset de ipsamet Sacramentali pęnitentia;illa enim remittit pęnas peccatis debitas,pro vt est pars integralis Sacramenti; qui autem pęnitentiæ Sacramẽtum recipit,certus esse non potest,infallibili scilicet certitudine, an Confessarius habuerit intentionem illum absoluendi,an ipse posuerit verum suorũ peccatorum dolorem,qui sit sufficiens pro Sacramenti pęnitentiæ confectione, & validitate, & sufficiens etiam illius pars, atque adeò,quod Sacramenta pęnitentiæ per prius recepta valida fuerint, ita vt pęnitentias in talibus confessionibus factis, illi iniunctas faciendo,tanquam veræ præfatorum Sacramẽtorum integrales partes,ei pęnas suorum peccatorum,alioqui in Purgatorio luendas,remittant. Quare præfata instantia nihil vrget,sed sufficit, quod qui Iubileum consequitur, probabiliter Iubileum consequtum fuisse putet, quia sic ab onere adimplendi pęnitentias, sibi per prius à Confessario iniunctas liberatur, sicut liberaretur à tali onere, exequendo ipsasmet pęnitentias,& probabiliter iudicando illas esse partes integrales Sacramentorum pęnitentiæ, quæ per prius recepit,etiam si realiter incertus sit, an ex defectu veri doloris pro pęnitentiæ Sacramẽ-

to valide recipiendo,& veræ intentionis Confessarij absoluentis pro illo validè administrando requisitæ, tales pęnitentiæ sint veræ, & reales Sacramentorũ pęnitẽtiæ per prius receptorũ partes,& consequenter ad remittẽdas peccatorũ pęnas sufficiẽtes.

An autem pro Iubilei consequtione teneatur pęnitens exequi pęnitentiam non medicinalem in ipsamet Iubilei consequtione sibi à Confessario iniunctam; sanè si Bulla dicat, *iniuncta per Confessarium pœnitentia salutari*, ad id sub mortali pęnitens astringitur, quippe quia Bulla tantum valet,quantum sonat, ipsiusquè pęnitentiæ impositio se habet,vt conditio,& pactum tacitè inter pœnitẽtem,& Papam Iubileum concedẽtem initum; quod pactum,cum sit in re graui,vtpotè ad finem participandi de Iubileo,quod magnum bonũ est, fit quod pęnitens, qui tale pactum seruare promisit, scilicet pęnitentiam acceptando,lętali labe inficiatur,illud non seruando, pęnitentiamquè sibi iniunctam non exequendo, præsertim cum pœnitẽtia tempore Iubilei censeatur imposita exequẽda,potius tanquam opus meritorium in ordine ad gloriã,quam vti opus satisfactorium pro pœna peccatis confessis debita, vti censetur imposita extra Iubileum,quandoquidẽ tempore Iubilei tota pęna peccatis correspondens, per ipsum Iubileum, nulla facta peccatorum pęnitentia,expiari supponitur; Si verò in Iubileo dicta verba non adsint,ad pęnitentiam a Confessario in Iubileo impositam exequendam,si medicinalis non sit,pœnitens nõ tenetur, rationibus supra adductis, de pęnitentijs ante Iubileũ impositis, quod scilicet ille,qui Iubileum lucratur, eas adimplere neutiquã

obli-

obligatur. *Nauar. de pœnit. super cap. contrarium, dist. 5. cap. 3. num. 17. Beia citatus dicto vers. hinc colligo, idẽ Nauar. de Iubileo notabili, 31. num. 43. & 44. Faustus de Iubil. lib. 3. quæst. 68. per totum, vsque ad quæst. 69. exclus. & lib. 4. quæst. 43. per totum, Coriolanus de reseruatis, par. prima, sect. 3. art. 6.* Nauar. Beia. Faustus. Coriol.

Dub. 24. Si pęnitęns sit vulneratus, ita tamen vt solus confiteri non possit, nisi ab aliquibus sustentetur, & dubitet, ne peccata Confessario propalando, ab astantibus audiatur, quomodo confiteri debeat.

Respondeo debere nutibus, vel signis confiteri, vel dolorem de peccatis elicere, ac de illis in communi se accusare. Dicendo, v. g. *Pater de omnibus meis peccatis doleo, & de illis me accuso*, vel alio simili modo, pro vt Confessarius pęnitentem instruet vt dicat, si pęnitens sit ignarus, & quamuis ex Concilio Flor. in Decreto Eugenij, materiã Sacramenti pęnitentiæ oris Confessionem esse habeatur, id tamen pertinet ad præceptum positiuum Ecclesiasticum, quòd præcepto naturali de non se infamando minimè præcedit, tum quia non est de necessitate huius Sacramenti, peccata ore confiteri, cùm mutus ex sententia omnium Theologorũ absque tali oris expressione validè confiteatur. *Bonac. de Sacramento pœnitentia, disp. 5. quæst. 5. sect. 2. pun. 2. §. 2. num. 25. Diana 5. par. tract. 3. resol. 56.* Ex quo patet quid dicendum etiam sit in casu verecundiæ de confessione per interpretem facienda. *Diana 3. par. tract. 4. Resol. 129. vers. at plus addit. Molfes. in summa, tom. 1. tract. 7. cap. 11. num. 12.* Conc. Florent. Bonac. Diana. Diana. Molfes.

Dub. 25. Si Cõfessarius dubitet, ne infirmus inter

confitendum, nondum obtenta absolutione, moriatur, quid faciendum?

Respondeo, Confessarium procurare debere, vt pęnitens vnum tantùm peccatum in principio confessionis dicat, & se accuset in communi de alijs, illumquè absoluat, & postea confessionem pergat; nam si interim infirmus moriatur, tutus est in conscientia, cum fuerit iam sufficiēter de omnibus peccatis absolutus; quod si non moriatur, absoluta iam confessione, debet postea nouum dolorem de peccatis elicere, ne forma super eandem materiam cadat, & à Confessario iterum de illis peccatis antea in communi confessis, & indirectè absolutis, ijs postea in specie explicatis, directè absolui, & hoc, vt

Conc. Tri. seruetur præceptum Tridentini *sess.* 14. *cap.* 5. *De Sacramento pœnitentię*, determinantis peccata in specie, & in numero clauibus subijci, ac confiteri

Lugo. debere. *Lugo de Sacramentis, disp. 9. sect. 6. num.* 101. Quare autem Tridentinum talem peccatorum cōfessionem præcipiat, cum necessaria esse minimè videatur (supponimus enim peccata sufficiēter in prima confessione indirectè fuisse remissa, quod sufficit, vt pęnitens saluetur, enim verò si post factam primam confessionem pęnitens moriatur, quis illū damnari fatebitur?) Porrò secundam confessionem Tridentinum præcipit, nō ad hoc, vt peccata ita remittantur, vt prius non fuerint remissa, cum per primam cōfessionem sufficienter quoad Deum deleta supponātur, constitutusq; fuerit pęnitens verus Dei amicus, gloriæquè hæres, sed vt exerceatur actus Religionis, diuiniquè cultus, cuiusmodi est Sacramentorum receptio, & in particulari peccata semel

iu-

indirectè remissa, clauibus in specie, & in numero subijcere, id est illa in specie, & in numero Confessario sacramentaliter propalare, ad hoc, vt directè remittantur, ad quod Ecclesia nos vltro obligare potest; potest enim virtutum exercitia nobis præcipere, & talem actum in tali virtutis materia, & non in alia. *Regin. lib. 7. num. 29. Pitignanus de pœnitentia, dist. 17. quæst. vnica, art. 8. conclus. 5.* Reginald. Pitign.

Dub. 26. An Confessarius sciens peccata pœnitentis, possit pœnitens illi hoc modo confiteri, nimirum, *Pater me accuso de illis peccatis, quæ tu scis, seù me commisisse nosti.*

Respondeo affirmatiuè, quia per hunc confitendi modum adhuc pęnitens æquè benè suum statum Confessori aperit, ac si per explicitam suorum peccatorum confessionem. *Reginald. lib. 6. nu. 102. Medina, C. de confessione, quęst. 8.* Idquè procedit, etiam si huiusmodi peccata fuerint cum ipso Confessario à pœnitente commissa. *Regin. cit. Bariola in Aphorism. lit. C. vers. Confessarius absoluere, cum D. Thom. Sylu. & Nauar.* Reginald. Med. Bariol. D. Thom. Sylu. Nauar.

Dub. 27. Vtrum Confessor absoluens pęnitētem sub forma imperatiua, scilicet, *absoluatur seruus Christi*, vel nomen pęnitentis exprimendo, nimirum *absoluatur Antonius, Michael, &c.* talis absolutio valida sit.

Respondeo affirmatiuè, quia hoc Sacramentum fuit à Christo institutum per modum iudicij, seu sententiæ forensis, sententia autem hoc modo à Iudice prolata valida est, ergo etiam absolutio Sacramentalis; Secus verò si Confessor dicat, *absoluat te Deus*; quia tunc sensus formæ substantialiter variatur; nam

Digitized by Google

pro forma huius Sacraméti Christus instituit actionem ipsius Sacerdotis in ordine ad peccata pęnitétiũ,in illo Matth. 16.& Io. 20. *quorum remiseritis peccata*, &c. ergo quotiescunque in forma non exprimitur actio absolutionis pro vt ab ipso Sacerdote exercita,forma substantialiter variatur,& Sacramẽtum est nullum, vti realiter non significatur, nec exprimitur actio absoluendi pęnitentem, prout à Cõfessario exercita, cum Confessarius, pęnitentem per modum deprecatiui absoluit, vel cum dicit pęnitenti, *iubeo te esse absolutum*, vel *ratum habeo*, seu *placet mihi,te à peccatis absolui*, quia hi omnes absoluendi modi nõ significant actionem remittendi peccata,pro vt à Confessario super pęnitentẽ, sed ab alio ab illo distincto exercitam; Et hoc voluit significare Fernandez *par.* 3. *cap.* 7. §. 8. *num.* 3. quando dixit,quod si Confessor absoluat pęnitentẽ hac forma,*absoluatur Antonius,Petrus,&c.* prout vocabitur pęnitens,absolutio est inualida, ipse enim tunc sumit ly, *absoluatur*, per modum deprecatiui, ita vt faciat hunc sensum, *absoluatur hic pœnitens à Deo*,& non sumit illud per modũ imperatiui, in quo sensu ly,*absoluatur*,verè significat actionem, pro vt à ministro absolutionem proferente positam, quod ad validitatem Sacramenti,pro vt mox diximus sufficit,verè enim cum quis dicit, *tibi remittatur iniuria*,significatur per ipsummet proferentem,& à nullo alio remitti iniuria; ergo à pari idem etiam in casu nostro dicendum cum ly,*absoluatur*,per modum imperatiui, & non deprecatiui sumitur; Tum quia Christus instituit sacramentalem absolutionem per modum iudicij,dicendo Ioannis 20.vers. 23.*quorum*

Matth. 16.

Io. 20. ver. 23.

re-

remiseritis peccata, &c. ergo sicut ad validitatem iudicij, seu sententiæ requiritur, vt proferatur verbis enunciatiuis, nō verò deprecatiuis, ita etiam ad validitatem iudicij, seu sententiæ spiritualis, quæ est peccatorum absolutio, opus est vt illa, verbis enunciatiuis, non verò deprecatiuis proferatur, idq; euidenter ex Tridentino *sess. 14. cap. 3. de Sacramēto pœnitentiæ* probatur; dicit enim quod cum Sacerdos pęnitentem absoluendo præcatur, dicendo v.g. *Misereatur tui omnipotens Deus, & dimissis peccatis tuis, perducat*, &c. talia verba deprecatiua non sint necessaria ad Sacramenti pęnitentiæ administrationem; (puta validam) Nec pertinere ad essentiā formæ dicti Sacramenti, quod idem est, ac dicere, per illa verba non remitti peccata, sed ad essentiam prędictę formæ pertinere solū ea verba, *absoluo te, etc.* & cęnsequenter per illa dumtaxat culpas auferri; ergo quotiescunque peccatorum absolutio profertur per verba deprecatiua, forma Sacramenti pęnitentiæ censetur substantialiter variata, daturq; per verba ad peccatorum remissionem insufficientia, ac proinde per talem absolutionem nullatenus peccata tolluntur. Trid.

• Valida quoque est absolutio, si Sacerdos vtatur uerbis idem significantibus, ac formam substantialiter minimè variantibus, vt si dicat, *condono, parco, indulgeo, remitto*, vel *remittuntur tibi peccata, Sacramentum absolutionis tibi impendo*, &c. *Caietanus 3. parte quæst 85. art. 3. Henriq. lib. 4. cap. 11. n. 4. Filiuc. tract. 6. n. 69. Bonac. de pęnit. disp. 5. q. 4. punct. 2. n. 3. & seqq. Hieron. Pharagon. in suo Promptuario, tract. 1. de pęnit. sess. 16. casu 3. cum Zerola in* Praxi *pœnitentiæ, cap. 24.* Caiet. Henriq. Filiuc. Bonac. Pharagon. Zerol.

vers.

Lugo. *vers. tertio queritur*. Asserit etiam Lugo infra citãdus, validam esse peccatorum absolutionem, si impertiatur his verbis, *Ego tibi remitto, vel tibi condono*, quia licet Confessarius per huiusmodi verba non explicet quid remittat, tamen ratione subiectæ materiæ, super quam proferuntur, ideſt ratione peccatorum sibi à pęnitente Confessorum, quorum absolutionem pęnitens expectat, intelligitur remittere, seu condonare peccata à pęnitente confessa; Iuxta quem sensum valida communiter esse intelligitur illa peccatorũ absolutio, *absoluo te*, & tamen per hæc verba non explicatur quid remittatur, sed id explicatur per dicta verba ratione subiectæ materiæ, puta quod remittantur peccata, quæ Confessario propalata fuere, quorumque absolutio à pęnitente expectatur, vt paulò ante dictum est, quod sanè hoc exemplo clarũ fit; si enim Reus funibus ligatus ante Iudicem existeret, datoquè, quod is, verbis solum Iudicis solui posset, vtique Iudex dicendo, *soluo te*, intelligeretur Reus à funibus solutus, etiam si Iudex ad illa verba, *soluo te*, nõ subiungeret à vinculis, quibus detineris, ita etiam in casu nostro dicendum, nimirum, quod dum pœnitens sistit coram Confessario suo Iudice spirituali, vti Reus, peccatorum laqueis obstrictus, ab eoquè solui petit, poteſtquè à talibus peccatorum vinculis verbis tantum, vi Sacramenti à Confessario liberari, fit quod eo ipso, quod Cõfessarius dicit, *absoluo te*, etiã si nõ subiũgat *à peccatis tuis*, seu *à vinculis peccatorũ, quibus detineris*, adhuc verè ab ijs pœnitens absolutus intelligatur.

An autem mortaliter peccet Confessarius in pęnitentium absolutione, si loco illorum verborum,

absoluo te, prædicta alia, nempè, *absoluatur seruus Christi*, *absoluatur Antonius*, *remitto tibi*, *condono tibi*, *&c.* adhiberet, sanè, si sine contemptu, & scandalo id fiat, puto non esse mortale, quia variatio, seu aberratio à communi forma absolutionis ab Ecclesia instituta nõ esset grauis, scilicet totius absolutionis formæ, vel quasi totius formæ, sed duorum verborum tantum, ideòq; esset aberrare in re leui, essetquè proinde solum veniale id agere (quod idem eadem ratione dicendum, si quis loco, *absoluo te*, diceret, *absoluo dominationem vestram*, cum vir nobilis absoluendus esset, alias si esset persona plebea, absolutio esset nulla, quippe q̃a variaretur substantialiter sensus formæ absolutionis, peccaretquè mortaliter Confessarius tali modo absoluendo, reddendo. s. per hoc Sacramentum nullum, cum dicta verba personam plebeã significare, nullatenus possent; verum si Confessarius, non solum variaret dicta absolutionis verba, v.g. dicendo, *remitto tibi*, sed etiam omitteret verba subsequentia absolutionis, nimirum non subiungẽdo *peccata tua*, vel si diceret, *absoluatur seruus Christi*, & non subiungeret, *à peccatis suis*; vel si relinqueret, seu variaret ex subsequẽtibus, vel antecedentibus ad ly, *absoluo te, &c.* plurima formæ verba, tunc mortaliter peccaret, quandoquidẽ aberraret à communi forma absolutionis ab Ecclesia instituta in re graui, ideſt per commissionẽ, & per omissionem plurium verborum, quæ simul vnita, materiam grauem, & considerabilem constituerent. *Lugo de pænit. d. 13. sect. 1. n. 18. & 19. Coninc. tom. 2. disp. 4. dub. 3. n. 29. Sotus in 4. disp. 14. q. 1. ar. 3.* Lugo. Coninc. Sot.

Dub. 28. An qui cõfitetur alicui Sacerdoti, quẽ

putet esse legitimum Confessarium, sed re vera absoluendi facultatem non habeat, talis confessio valida sit. Et an pęnitens postea, comperta veritate, iterum confiteri teneatur.

Respondeo ad primum affirmatiuè, si concurrat communis error cum titulo colorato (*communis error*) id est, si omnes ex errore inuincibili huiusmodi Sacerdotem pro vero Confessario habeant (*cum titulo colorato*) id est, si talis Sacerdos à legitimo Superiore absoluendi facultatem validè obtinuerit, sed iam expirauerit; quia tunc pia Mater Ecclesia ob bonum commune animarum, ac conscientiarum tranquillitatem supplet iurisdictionem, quę deficit Confessario. *L. Barbarius, ff. de officio Prętoris.* Licet in hoc casu nonnulli, ad supplendam huiusmodi iurisdictionem, communem tantum errorem absque titulo colorato, vt dub. sequenti dicemus, sufficere velint. *Rosel. confess. Sacram.* 3. *num.* 41. *Henriq. lib.* 6. *de pœnit. cap.* 7. *num.* 2. *Sanch. de matrim. lib.* 3. *disp.* 22. *num.* 8. & 13.

Rosel. Henriq. Sanch.

Respondeo ad secundum, non teneri pœnitentē, comperta Confessarij inhabilitate, confessionem iterare; cum iam Ecclesiā talem inhabilitatem suppleuisse supponamus; & sic ex parte Cōfessarij, vera absoluendi facultas intercessit, ex cuius solummodo defectu, confessionem irritam fuisse dici potuisset. *Sanch. cit. num.* 13. Idquè procedit etiam si pœnitens in tali confessione peccata alii reseruata confessus fuerit, vel à censuris alii reseruatis absolutus itidem fuerit, nam Sancta Mater Ecclesia in eo, in quo adest communis error, iurisdictionem supplet, & consequenter, dum communis fidelium

error

error adfuit,tum respectu iurisdictionis Confessarij ad simpliciter absoluendum, tum respectu iurisdictionis eiusdem ad absoluendum casus reseruatos, seu censuras reseruatas, Ecclesia quoad hæc omnia iurisdictionẽ ex dicta l. Barbarius in illo suppleuit; idquè,tum ob bonum commune animarum, ne scilicet fideles interim cum confessionibus inualidis moriendo,damnarentur,si sine contritione, quæ de se eis peccata mortalia remittere poterat, etiam si confessio nulla fuisset,confessi fuerint;tum etiam ob conscientiarum tranquillitatem, idest ne pœnitentes,cum Confessarij inhabilitatem ad absoluendum postea nouerint, cogantur tot confessiones inualidas repetere,tot casus alij reseruatos iam confessos,iterum reseruanti,vel ab ipso delegato confiteri,tot censurarum alij reseruatarum absolutiones iam receptas, iterum à reseruante procurare, &c. quod non nisi maximis cum scrupulis, & propè intolerabili cum labore fieri posset, essetquè magna conscientiarum perturbatio, & inquietitudo hanc obligationem admittere; ergo cum ad præfata omnia legitimè præstanda, seu ad validè absoluendum Sancta Mater Ecclesia in confessario, veram,& directam iurisdictionẽ suppleuerit,consequenter validè, & directè fuerunt dicta omnia à tali Confessario,tãquam ab habente super ea veram, & absolutam iurisdictionem illa legitimè præstandi,præstita;ergo cum postea pœnitens de Confessarij inhabilitate, cum qua ad prædicta, quantum fuit ex se, agenda se exposuit,notitiam habet, nec confessionem, seu confessiones illi factas reiterare,nec reseruanti, vel habenti facultatem absoluendi à reseruatis, pecca-

ta reſeruata, vel cenſuras reſeruatas patefacere, eorumquè abſolutionem procurare tenetur, quãdoquidem ſupponitur ſemel iam ab ijs fuiſſe legitimè abſolutus, ab eo ſcilicet, qui veram facultatem hæc omnia abſoluendi, à Sancta Matre Eccleſia in ipſo ſuppletam, ex cauſis ſupra aſſertis. ſ. ob bonum cõmune animarum, &c. habuit.

Quod ſi quæras, an Eccleſia cũ cõcurrit cõmunis error de Cõfeſſarij inhabilitate, & defectu ad abſoluendũ, iuriſdictionẽ ſuppleat, ſeu suppleuiſſe intelligatur reſpectu illius pœnitẽtis, reſpectu cuius ceſſat finis, vnde Eccleſia ad iuriſdictionem, ſtante tali communi errore, in Confeſſario ſupplendam mouetur, ideſt reſpectu illius, cui nõ erit difficile, comperto Confeſſarij defectu, confeſſiones, & non reſeruatorum, & reſeruatorum huiuſmodi Confeſſario iuriſdictione ad peccata, & cenſuras reſeruatas abſoluendum carenti factas, coram habili Confeſſario reiterare, iterumq; ab eo, qui illas, ſeu peccata reſeruata abſoluere queit, horum omnium abſolutionem procurare, per hoc ſcilicet, quod non ſæpè Confeſſario communiter legitimo ad abſoluendum iudicato confeſſus ſit, ſed bis, vel ter, & poſtea Confeſſarij inhabilitas, & defectus detectus fuerit, & per conſequens non ſit ei difficile, cũ Cõfeſſarij defectus detegitur, cenſurarum reſeruatarũ, ſuorumquè peccatorum, tàm reſeruatorum, quàm non reſeruatorum memoriam habere, illaquè iterũ, vt ſupra dictum eſt, coram habili Confeſſario confiteri, ac eorundem abſolutionem ab eo, qui hæc abſoluere valeat, iterum procurare, ratio dubitandi eſt, quia ceſſante cauſa, ceſſat effectus. *l. adigere*, §.

quam-

quamuis, ff. de iurepatron. cap. cum cessante, 60. de appellat. l. generaliter. C. de Episcopis, & Cler. ergo cum causa, vnde mouetur Ecclesia ad supplendam præfatam iurisdictionem in Confessario communiter ad absoluendum habili iudicato, sint præfatæ causę supra adductæ, & hæ in hoc casu, vt mox dictum est, cessent, consequenter effectus etiam cessare necesse est, idest quod Ecclesia dictam iurisdictionem in tali Confessario in simili casu suppleat; Sanè ad hoc dico; Ecclesiam in simili quoque casu in eiusmodi Confessario respectu dicti pœnitentis iurisdictionē supplere, seu suppleuisse intelligi; quippe quia, nec in hoc casu finis, seu causæ, vnde Sancta Mater Ecclesia ad supplendam iurisdictionem in Confessario in ordine ad absoluendum pœnitentem mouetur, cessant, subindequè, nec asserendum est, quod cessat effectus, scilicet quod Ecclesia præfatam iurisdictionem in ordine ad absoluendum pœnitentem in tali Confessario non suppleat; quia, quando Ecclesia hanc iurisdictionem supplet, respicit tēpus futurum, eamquè supplet propter periculum, quod pœnitens subit eo ipso, quod confitetur in illo statu communis erroris inhabilitatis, & defectus Confessarij ad absoluendum, idest quod cum in futurum Confessarij inhabilitas detegetur, maximam pœnitenti perturbationem, & cōscientiæ inquietitudinem afferre potest, vel poterit, confessiones tali Confessario factas, vel si quas fecisset, coram Confessario habili repetere; sed hæc ratio militat etiam respectu illius, qui semel Confessario inhabili confessus fuerit, & postea Confessarii inhabilitas detegatur, nam respectu illius, verè præfatum pe-

riculum militauit,ideſt reſpectu illius verum eſt dicere, quod confeſsus fuit in dicto ſtatu communis erroris inhabilitatis, & defectus Confeſsarii ad abſoluendum, in quo, ſi pœnitens ei pluries cõfeſsus fuiſset, graue illi fuiſset, magnamquè conſcientiæ perturbationem illi attuliſset, confeſſiones præfato Confeſsario factas, eius comperto ad abſoluendũ defectu, coram habili Confeſsario repetere, & cenſurarum reſeruatarum, & peccatorum itidem reſeruatorum abſolutiones ab eo obtentas, iterum ab eo, qui hęc abſoluere potuiſset procurare; ergo reſpectu dicti pœnitentis, verè Sancta Mater Eccleſia in Confeſsario per communem errorem idoneo ad abſoluendum iudicato, cui ipſe confitetur iuriſdictionem ſupplet, nec amplius detecto huiuſmodi Confeſsarii defectu, talis pœnitens confeſſiones illi factas, tàm reſeruatorum, quàm non reſeruatorum corã idoneo Confeſsario repetere, nec cenſurarum reſeruatarum abſolutiones ab eodem receptas, eb eo, qui illas abſoluere poteſt, obtinere aſtringitur, non obſtante quod totum hoc præſtare ei poſtea facile eſset.

Dub. 29. Quid ſi in huiuſmodi caſu non concurrat titulus coloratus, modo dubio præcedẽti explicatus, ideſt ſi Sacerdos nunquam abſoluendi facultatem habuiſset, vel ſi Parochus cum Bullis falſis ſe pro vero Parocho gerat, & Sacramenta miniſtret.

*R*eſpondent nonnulli, ſufficere communem errorem, & conſequenter adhuc abſolutionem validam eſse, quia ſine titulo colorato, concurrit etiam ex parte Matris Eccleſiæ ſupplẽtis iuriſdictionem, ea-

dem prorsus ratio dub. præcedenti assignata, ac si titulus coloratus adesset. *Basilius Pontius de matrim. lib. 5. cap. 20. num. 2 Sancius in selectis, disp. 44. n. 3.* Basil. Pon. Sancius.

Dub. 30. Quid si stante communi errore, vnus tãtum Sacerdotis inhabilitatem sciat, & illi confiteatur, an tunc huiusmodi confessio valida sit.

Respondeo negatiuè, etiam si talis Sacerdos sit proprius pœnitentis Parochus, & ad confessiones excipiẽdas sit expositus, nam posito quòd Ecclesia tunc respectu talis pœnitentis, qui Confessarij inhabilitatem sciret, iurisdictionem suppleat, adhuc Cõfessarius mortaliter peccat, ex eo quia, quantum est ex se, alterius iurisdictionem sibi vsurpat, quod peccatum per contritionem tunc retractari non potest, quia ad hoc, vt Confessarius illud retractet, ab huiusmodi vsurpatione abstinere debet, & fidelium confessiones nõ excipere, ac proindè absolutionem tunc fidelibus impendendo, necessariò mortaliter peccat; à Sacerdõte autem necessariò, & ineuitabiliter in Sacramentorũ administratione peccante, & si sit proprius Parochus, vel ad id paratus, nullus citra mortale Sacramenta recipere potest, cum peccato ipsius cooperetur, & consequenter in ipsamet Sacramenti receptione, effectui eiusdem, scilicet gratiæ, obicem ponat, quem cum pro tunc retractare non possit, nisi Sacramentum non recipiendo, si cum illo ad Sacramentũm accedat, ipsum nullum prorsus, & inualidum erit. *Coninch. q. 64. art. 6. dub. 2. num.* 54. An autem dari possit aliquis casus, in quo absque vllo peccato huiusmodi Sacerdos, pœnitẽtem, ipsius inhabilitatem cognoscentem validè absoluere possit, vide infra in Addit. ad pract. 3. ap- Coninc.

pen-

pendicis posthumæ, de casibus reseruatis, dub. 13.

Dub. 31. An Confessor, qui per alium, quam per Nuncium, pro prorogatione facultatis audiendi confessiones ad Episcopum specialiter missum, scit, licentiam sibi fuisse prorogatam, tali licentia vti, ac fidelium confessiones validè excipere possit.

Respondeo negatiuè, quia huiusmodi concessio est quodam priuilegium, seù donatio; donatio autem cum sit quidam contractus, nisi contrahētium voluntates efficaciter vniantur (quod inter absentes non accidit, nisi per Nuncium specialiter missū) nulla est, & inualida, *l. 1. ff. de pact. & l. 4. t. 4. p. 5.* Idq; hoc exemplo clarè patet, si enim quis clàm diceret, *Ego dono Antonio decimam meorum bonorum partem*, & aliqua persona priuata id audiens, totum hoc nunciaret Antonio, quidquid postea Antonius virtute talis donationis ageret, etiam in foro consciētiæ irritum esset, & cassum, nō alia ratione, nisi quia, qui donat nunquam supponitur velle à se rei donatæ dominium abdicare, nisi postquam suam voluntatem donatario per aliquem consultò missum notā fecerit; ergo idem etiam est dicendum in casu nostro. Verùm si Nuncius pro prorogatione licentiæ missus illam obtinuisset, & acceptasset, tunc Cōfessor, & si aliunde id sciat, pœnitentiæ Sacramentum validè administrare poterit, quia cum Nuncius, mittentis vicem gerat, prorogatio ipsi mittenti notificata censetur. Nec obstat id, quod Doctores asserūt *ex l. 2. §. 1. de iudicijs*, nimirum, quod iurisdictio non prohibetur accrescere ignorāti. Ex quo videtur dici posse, quod sicut realiter iurisdictionis delegatio confertur ei, qui sibi realiter collatam esse ignorat,

ita

ita etiam à fortiori videtur dici posse, quod conferatur ei, qui eam sibi conferri scit, etiam si non per Nunciũ à se propter hoc specialiter missum; nam ad hoc dico, id intelligi in casu, quo concurrit communis error, & titulus coloratus, vt supra dub. 28. & 29. dictum fuit; tunc enim iurisdictio accrescit ignoranti, scilicet Confessario ignoranti se iurisdictionẽ, seu facultatem ad absoluendum à peccatis habere, nam putat se iurisdictione ad absoluendum carere, & Ecclesia illam in eo (stante communi errore) supplet, sicquè iurisdictio, se ignorante, ei accrescit, vel dictum assertum in alio sensu intelligi debet; quare paritas hæc in casu nostro nullam prorsus vim habet. *Mol. t. 2. de iust. tract. 2. disp. 264. in princ. §. dubium est si quis absenti, Sanch. de matrim. lib. 1. disp. 6. num. 3. & 20. & lib. 3. disp. 36. num. 8. Barbos. de potestate Parochi, cap. 21. num. 73. & 74. & seq. Filiuc. Hurtado*, & alii apud ipsum Bonac. *de legibus, disp. 1. quæst. 3. puncto 3. num. 7. & 8.* Molin. Sanch. Barbos. Filiuc. Hurtado. Bonac.

Dub. 32. An Confessor sciens licentiæ reuocationem, sed per alium, quàm per consultò ab Episcopo missum, possit validè confessiones audire.

Respondeo affirmatiuè; eadem ratione, quàm pro Superiori casu attulimus, nam res per easdem caussas nascitur, & dissoluitur *cap. 1. de regul. iuris*; Si ergo Confessor non potest vti licentia audiendi confessiones, nisi habeatur per Nuncium, ad hoc specialiter missum, neque illa validè reuocata dicetur, nisi per Nuncium etiam specialiter missum, vel nisi per edictum publico loco affixum, reuocetur. *Reginald. lib. 1. n. 105. Rebuff. in praxi benef. tit. de forma Vicariatus, n. 212. Boer. decis. 347. à n. 14. vsq; ad 18.* Regin. Rebuff. Boer.

Dub.

Dub. 33. An infirmus retinens domi concubinã, poſſit abſolui.

Reſpondeo vniuerſaliter, tàm de infirmis, quàm de ſanis, q̃ ſi in Vicinia, magna ſuſpicio habeatur, fœminam domi retentam, eſſe concubinam, cum quocunque incommodo, & iactura è domo expelli debet; nam euitare ſcandalum eſt de iure diuino, quod ſanè cuicunque incommodo præferendum eſt, niſi forte diuulgetur, iam non eſſe concubinam; Si verò id minimè ſciatur, & occaſio proxima peccandi non adſit, puta quia quis eſt infirmus, vel ſanus, ſed raro cum illa peccare ſolet, vt ter, vel quater in anno, & alioqui ex expulſione magnum ſcandalum, vel infamia ſequeretur, ſufficit pœnitentem habere propoſitum non amplius peccandi, & tollēdi omnes occaſiones, quæ ad id inducere poſſunt, puta non ſe aſſociandi ſolus cum ſola, vel ſi ſit infirmus, & dubitet de tentationibus mentalibus indè pro tunc occurrendis, procuret, nè concubina ante eum accedat, & proponant ſimul, quòd ſi interim fortè ſeſe offeret aliqua honeſta occaſio, illam citra ſcandalum, & infamiæ ſuſpicionem ex vtraq; parte, expellendi, expellent, & ſic tuto abſolui poſſunt; ſi verò ex expulſione nullum ſcandalum, vel ſuſpicio ſequatur, ſanus abſolui non debet, niſi concubinæ expulſione præmiſſa; Filiofamilias ſufficit habere prædictum propoſitum non amplius peccandi, ſi abſque infamię nota, occaſionem recedendi a patria domo arripere non poſſit; Infirmus verò poteſt, propoſito tamen, eam expellendi quàmprimũ commodè poteſt, ſi conualuerit elicito, ſi alioqui in ipſamet infirmitate abſque ſuſpicione infamiæ, vel ſcan-

dalo

dalo id exequi nequeat, quod communiter loquẽdo sine huiusmodi absurdis accidere posse non puto. *Graff. lib. 1. dec. cap. 28. num. 13. Lopez 1. p. cap. 78. Bonac. de matr. q. 4. pun. 14. num. 11. 12. & 13. Filiuc. tract. 30. cap. 2. num. 56.* Graff. Lopez. Bonac. Filiuc.

Dub. 34. *Si quis in actu, in quo à suis inimicis occiditur, confessionem petat, & Sacerdos prę occisorum timore accedere non valens, illum à longè absoluat, an talis absolutio valida sit.*

Respondeo negatiuè, si distantia sit notabilis, & Confessor submissè loquendo illum absoluat, quia tunc absolutio censetur facta in absentia; absolutio autem facta in absentia, à Clemente VIII. in suo decreto edito 20. mensis Iunij 1602. apud Faustũ *de pœnit. lib. 4. quaest. 206. vers. tandem est conclusio*, inualida declaratur; Si verò distantia non sit nimis notabilis, & Confessor vocem extollat, ita vt secundum communem loquendi modum vox illa habeatur pro locutione inter præsentes, absolutio est valida. Sustineri etiam posset, quod Sacerdos adhuc vocem non extollendo, sed simpliciter audiendo pęnitentẽ (quem videt ab inimicis occidi) cõfessionẽ clamantẽ, illum absoluere posset, quippe quia pœnitens vocẽ extollendo, fieret præsens Sacerdoti illũ confessionem clamantem audienti, proindeq; cum Sacerdos absoluendo, vti præsentem absoluere diceretur, & alioqui, id quod in præfato decreto per Clementem Octauum prohibetur est, nè absoluatur pœnitens, qui per literas, & non per vocem suorum peccatorum absolutionem à Confessario petit.

Nec dici posset, hęc absolutio nulla ex eo, q̃a de

pęnitēte absēte nō verificarētur verba abſolutionis, præſertim illud, (te) & ſic, dū tale abſolutionis verbum de pœnitente abſente verificari, illum ſcilicet ſignificando, non poſset, nec in illo abſolutio gratiam cauſare, eiquè peccata dimittere quiret, quandoquidem abſolutionis verba, ſignificando cauſant, cum verba Sacramentorum ſint ſigna practica gratiæ, quam producunt, ideſt ſignificando illam cauſant, nō inquam hoc dici poſſet; verè enim illud verbum (te) ſupra illum, qui cōfeſsionem clamaret, caderet, cuiuſq; vox confeſsionem clamantis, ad Sacerdotem perueniret, etiam si alias de eodem abſente, & confeſsionem clamante, cuius vox à Sacerdote minimè perciperetur, verificari non poſset; quare huiuſmodi abſolutio verificaretur de pœnitente, non vt abſente simpliciter, ſed de eo abſente, & clamante, pro vt clamante formaliter.

Nec item dici poſſet eiuſmodi abſolutionem eſse inualidam per hoc, quod eſſet impenſa pęnitenti abſenti, & alioqui in prædicto decreto, abſolutio pęnitenti abſenti data, nulla declaratur; nam adhoc dico, in dicto decreto declarari abſolutionem nullam, quia datur pęnitēti abſenti, cuius bona diſpoſitio pro abſolutione recipienda hic, & nunc, dum Sacerdos pęnitentem abſoluit, nullo modo, dum alias poſset, nota eſse poteſt, & hoc, nè Confeſſarius tali modo pęnitentem abſoluendo, pęnitentiæ Sacramento iniuriam irroget, abſoluēdo ſcilicet illum, qui interim, dum literæ ad Confeſsarium perueniunt, diſpoſitionem, quam dum literas miſit habuit, mutare potuit, mortaliter nempe peccando, & conſequenter abſolutionis inca-

pa-

pacem se constituendo, in quo casu Confessarius eum absoluens, vel huic periculo absoluendi absentem absolutionis incapacẽ,& eum, qui effectui Sacramẽti obicẽ ponere potuit,se exponens,mortaliter peccaret,quod periculum moraliter loquẽdo non imminet in pęnitente,quem Confessarius confessionem clamare audit, & consequenter pro absolutione suorum peccatorum dignè recipiẽda, dum cõfessionem clamat, dispositum esse supponere certò moraliter potest, quem si dum clamat,absoluat,verè pęnitentẽ dispositum absoluere dicitur, quiq; pro tunc dum absoluitur, suam bonam dispositionẽ mutare moraliter supponi nõ põt, sicut hoc moraliter supponi potest de eo, qui literas suorum peccatorum confessionẽ continentes ad Confessarium mittens,ab eo,vt supra dictum est,absoluitur, quod precauere Clemẽs VIII.in dicto suo decreto intendit; quare dum finis Clem. Octaui in illo decreto absoluendi pęnitẽtem absentẽ, cessat in casu, quo absoluitur pęnitens è longinquo cõfessionem clamans, quem Confessarius audiat,occidi videat, & absoluat;non verò in casu, quo quis absens per literas Confessario confitetur,vt probatum est,quẽ tamen,nec Confessarius videat, nec confessionem petere audiat,fit quod in primo casu pœnitens absolui,absque scrupulo possit, non verò in secundo, nisi inualidè,& cum dicta decreti transgressione, cum peccatorum absolutio sit à Christo instituta per modum iudicij, seu sententiæ; ergo,sicut sententia est nulla, nisi fiat cum illis requisitis à Principe ad eius validitatem appositis, ita etiam peccatorum absolutio à Sacerdote prolata,quæ est iu-

dicium,& sententia spiritualis, dum nõ profertur, (vt accideret in hoc casu) cum illis requisitis ad eius validitatem pertinentibus,à Principe Reipublicæ Ecclesiast.qui est Sum. Pótifex appositis,puta,vt non conferatur absenti, qui confitetur per literas,sed tantũ pęnitenti corporaliter (vel per vocem, vt supra dictum est) præsenti, erit etiã nulla.

Nec præterea dici posset dictam absolutionem datam ei, quem Confessarius confessionem clamare audit esse nullam ex eo, quia pœnitẽs nescit,an dum confessionem clamat, ab aliquo Confessario absoluatur; nam hæc pęnitentis scientia ad absolutionis validitatem non requiritur, nimirum vt pœnitens aduertat se absolui, cum actu absoluitur,quia absolutio fuit à Christo instituta per modum iudicij,vt dictum est; ergo sicut ad validitatẽ iudicij,seu sententiæ non requiritur, vt Reus sciat se absolui, cum in sui fauorem sententia profertur, (si enim id ipse ignoret, adhuc validè absolui dicitur) ita etiam absolutio erit valida, etiam si pœnitens,post quam confessus fuerit, vel signa pœnitẽtiæ dederit, confessionem scilicet clamando, vel se esse peccatorem signis demonstrando,absolutionẽ non percipiat, nec se à Confessario absolui aduertat;tum quia fatetur Diuus Thomas in opusculis, *opusc.65.tit.de Sacramento Vnctionis,num.30.fine*, & habetur etiam ex multis Concilijs, moribundum, qui confessionem petijt, & postea loquelam amisit, ita vt,nec alia signa pœnitentiæ, adueniẽte Sacerdote dare valeat, sed sit omnino sensibus destitutus,adhuc tamen viuus, si astãtes Sacerdoti accurrenti fidem faciant,moribundum per prius confes-

D. Thom.

ſionem petijſſe, tunc validè à Sacerdote illic præſente abſolui poſſe, & tamen talis moribundus, cum ſupponatur ſenſibus deſtitutus, aduertere non poteſt, ſe tunc à Sacerdote abſolui, & nihilominus validè abſoluitur; ergo ita etiam in caſu noſtro dicendum, nempe, quod etiam ſi qui cõfeſſionem clamat ignoret, an ab aliquo Sacerdote pro tunc abſoluatur, adhuc validè abſolui dicatur; quare dicta inſtantia nullo ſolido fundamento fulcitur, ideòq; nullam vim habet.

Dub. 35. Si quis dum confitetur, bona fide nullũ dolorem de peccatis habeat, ſed antequam abſolutionem recipiat, actum doloris interius eliciat, quẽ tamen nullo aliquo ſenſibili ſigno exterius manifeſtet, an talis confeſſio valida ſit.

Reſpondeo negatiuè, ex defectu materiæ, nam materia proxima huius Sacramenti, non ſolum ſunt peccata narrata, ſed etiam sẽſibiliter attrita, ſeu retractata, cum autem talis dolor ſit intrinſecus, ſeù occultus, & exterius non manifeſtatus, abſolutio eſt inualida; Si verò pęnitens talem dolorem manifeſtet, dicendo v. g. *Pater doleo de meis peccatis*, vel aliquem actum ex ſe doloris manifeſtatiuum, qui à Confeſſario percipiatur, faciat, abſolutio valida eſt.

Nec obſtat, quod cum dolor ſit quid intrinſecũ, puta, quædam cordis compunctio, ſeù partis ſenſitiuæ affectio, & triſtitia, exterius percipi non poſſit, ac proinde ad confeſſionis validitatem ſufficere videatur, quod pęnitens à parte rei dolorem de peccatis interius habeat, etſi illum exterius non manifeſtet; Nam reſpõdeo, quod quamuis dolor ſit quid intrinſecum, & de ſe primo inſenſibile, tamen exte-

rius demonſtrari, ac ſenſibilis fieri poteſt per accidens, ſeu per aliud, nimirum per peccatorum confeßionem;eo enim ipſo, quod pęnitens de peccatis ſe accuſat,de illis, quantum eſt ex ſe dolorem habere oſtendit, de quo, quamuis Confeſſarius certus eſſe non poſſit,ſufficit tamen ſi quo ad Deum, & in rei veritate tunc tẽporis,cùm pęnitens de ſuis peccatis dolere oſtendit, verus de illis dolor interius correſpondeat, ad hoc, vt verum ſit dicere, quod abſque nulla fictione dolor internus, exterius manifeſtetur,& ſenſibilis fiat; Quod totum ſanè abſoluta neceßitate ad confeßionis validitatem neceſſarium eſt;Nam cum ex D.Thom. *3.p.q.60.art.2.*& 3. & Scolaſticis omnibus habeatur, Sacramentum debere eſſe ſignum sẽſibile rei ſacræ,ſcilicet gratiæ, quam cauſat, & ex alia parte ex Concilio Tridentino *in decretis de Sacramentis*, & Florentino *de instit.armen.*& ex D.Thom.*cit.art.4.& ſeqq.*ad Sacramentorum validitatem tria requirãtur,nimirum intẽtio miniſtri,materia,& forma,ſequitur quod omnia tria hæc ſuo modo ſenſibilia eſſe debeant, ac proinde cum materia proxima Sacramenti pęnitẽtiæ ſint peccata cum attritionè, ſeù dolore coniuncta,de neceßitate etiam requiritur, quod tàm peccata,quàm dolor,exterius manifeſtari debeãt, aliàs confeßio nulla prorſus erit, & inualida, cum in tali caſu nunquam conſtituatur Sacramentum ſenſibile ſignum;Ex quo euidentißimè conſtat,quod in caſu noſtro,ſi dolor,quem pęnitens in vltimo confeßionis interius habet, per peccatorum accuſationem iterum in communi ſaltem repetitam, vt exemplificauimus,vel per pectoris tunſionem, vel per ſuſpi-

D. Thom.

Conc. Tri.
Conc.Florent.
D. Thom.

rium,

rium, vel per aliquod aliud signum externum doloris ostensiuum non manifestetur, confessio semper inualida erit, vt expressè tenet Bonacina *de Sacram. pœnit. disp. 5. q. 3. pun. 2. num. 18. in resp. ad secundum*, Diana *p. 3. tract. 4. resol.* 134. Paulus Layman *lib. 5. tract. 6. cap. 4. num. 4.* cuius verba sunt hæc. *Omnino necessarium est, vt dolor animi, post peccatorum narrationem habitus, externo aliquo signo declaretur.* Bonac. Diana. Laym.

Nec præterea obstat, quòd quamuis dolor in vltimo cõfessionis elicitus, per aliquem actum externum physicè nõ manifestetur, adhuc ꝑ ipsamet peccata antecedenter confessa moraliter manifestari censeatur, & sic etiam in tali casu confessio valida sit; Nam respondeo, quod cùm dolor, seù attritio sit pars Sacramenti pęnitentiæ, eo modo sensibilis fieri debet, quo reliquæ eiusdem Sacramenti partes sensibiles fiunt, seù sensibiles fieri petunt, cùm non sit maior ratio de vno essentiali, seù de vna Sacramenti parte, quàm de alia; ergo sicut intentio ministri per aliquem actum externum, ex se physicè illius manifestatiuum, manifestari petit, & sic etiam forma eiusdem Sacramenti, & etiam materia remota, scilicet peccata, ità etiam physicè, & nõ moraliter sensibilis fieri debet dolor ille internus, in vltimo confessionis elicitus, qui est etiam pars Sacramenti pœnitentiæ proxima; Externa autem peccatorum detestatio, seù accusatio, licet dolorem internum, seu internam peccatorum detestationem, physicè, & ex propria natura significet, seu significare apta sit, eo prorsus modo, quo gemitus externus, internum animi mærorem, tamen id valet, cùm peccatorum detestatio internum subsequitur dolorem, non verò

cum

cum illum antecedit, vt accidit in casu nostro, nam signum semper rem significatam supponere debet, vt illam significare queat, cùm id quod non est, significari non possit, aliàs significatio non erit realis, & certa, sed moralis, & conficta, quòd ad Sacramēti valorem non sufficit, cùm Sacramentum debeat esse signum sensibile, non moraliter, idest, quòd per hominum tantùm existimationem sensibile iudicetur (hoc enim significat ly, *moraliter*,) sed quòd re vera, præcisa quacunque hominum existimatione,
Coninc. sensibile fiat. *Coninc. tom. 2. disp. 4. dub. 5. n. 40. & dub. 6. num. 44. & 45.*

Dub. 36. Si constitutus in articulo mortis nō habeat copiam Confessarij, nec ad contritionem de mortalibus se excitare possit, nisi in particulari de illis coram multis se accusando, an hoc sub mortali præstare teneatur.

Respōdeo affirmatiuè, cum damnationis periculum, iacturæ famæ vltro, citroque præponderet, bona enim temporalia, inter quæ fama reputatur, semper postponi debent bonis animæ, præsertim alicuius momenti, quæ vtpotè spiritualia, sunt Superioris
Nugn. Vasq. ordinis, & pluris facienda. *Nugnus in Addit. ad 3. p. D. Thom. q. 9. art. 3. difficult. 1. Vasq. q. 91. art. 3. dub. 3. num. 6.*

Dub. 37. Si quis sua peccata scribat, eaq; in scriptis Confessario tradat, dicendo, *Pater de istis omnibus peccatis me accuso*, an talis absolutio valida sit.

Respondeo affirmatiuè, si pœnitens maxima verecundia, ac resistentia de confessione peccatorum per extensum explicitè facienda præmatur, quia distincta peccatorum confessio, idest propria voce fa-

cien-

cienda, sic declarãte irrefragabili Ecclesię vsu quoad eos, qui tali modo confiteri possunt, est de iure positiuo Ecclesiastico, nimirum ex præcepto Tridentini *sess.14.cap.5.de Sacramento pœnit.* iura autem positiua non obligant cum graui incommodo; sin minus, absolutio nulla est ratione obicis, quem pœnitens ponit, ex eo, quia accedit cum actuali transgressione talis præcepti, quæ vtpote in materia graui, est mortaliter peccaminosa, quamque dum pro tunc pœnitens retractare non potest, nisi à confessione tali modo, nempe in scriptis facienda abstinẽdo, fit quod si sic confessio fiat, illa (vt dictum est) inualida sit, quandoquidem huiusmodi obicis peccatum, dum per pœnitentem pro tunc non retractatur, absolui nullatenus potest, nec proinde absolui cætera pęnitentis peccata queunt, cum vnum mortale sine alio tolli neutiquam possit, prout probabitur infra Practica 3. de reseruatis, dub. 29. quare tũc tota confessio dicto modo facta nulla est. An autem in hoc negotio leuitas materiæ dari posſit, ideſt vt pœnitens sine peccato in vna peccatorum mortalum confessione, vnum dumtaxat mortale sine causa in scriptis coram Confessario, ipsomet pęnitente scripturam porrigente, explicare, seu confiteri valeat, id fatetur Baucius mox adducendus. *Suar. tom. 4. de pęnitentia, disp. 21. sect. 3. num. 6. Fagundez de pręceptis Ecclesię, præcep. 2. lib. 3. cap. 11. num. 8. & 9. cum Soto, Coninc. Toleto,* & alijs apud ipsum, *Laurentius Suar. in Epitome Sacram. sub tit. de confess. in communi, §. 1. num. 6. Baucius in praxi Confessariorum, petitione 94. pag. 539. Paulus Layman lib. 5. tract. 6. cap. 6. num. 31. Molfes. in sum. tom. 1. tract. 7. cap. 11. nu. 9.*

Trid.
Suar.
Fagund.
Sot.
Coninc.
Tolet.
Suar.
Baucius.
Layman.
Molfes.

Fernan. *Medulla Casuum Fernandez par.3.cap.7.§.6.num.29. prope finem cum Suarez.*

Dub.38.Si quis peccatum mollitiei cum tertia persona consumatum committat, an circumstantiã tertiæ personæ fateri teneatur.

Respondet negatiuè Reginaldus,cum talis circũstantia, distinctam speciem à peccato mollitiei non constituat,nisi fortè illam tertiam personam ad hoc minimè paratam induxerit, quia tunc ruinam spiritualem proximi in tali specie peccati,cuius ipse causa fuit,fateri tenetur. Reginald. *Reginald.lib.22.num.49. vers. memorata igitur*. Verum quia hoc peccatum mollitiei cum tertia persona,ac cum contactu eiusdem consumatur,ideò hanc circumstantiam, speciem mutare puto,ac proinde in confessione vti peccatũ carnis cum puero,vel cum alijs,cũ quibus tale peccatum committi contingerit, extra vas consumatũ explicari debere;ratione distinctius infra pract.3.de reseruatis,dub.9.adducenda. Filiuc. *Filiuc.tract.30. cap.8. num.139.& seqq.*

Dub. 39. An Regulares extra articulum mortis virtute suorum Priuilegiorum, à casibus Sũmo Põtifici reseruatis absoluere possint.

Respondeo huius rei solutionem constare ex infra dicendis in additione ad quintam Practicã Partis Posthumæ,de hæresi mentali,dub.16. vbi de hoc negotio,tam inter Doctores controuerso,distinctissimè agitur.

Dub.40.An Regulares absoluentes aliquem in articulo mortis constitutum à casibus Summo Põtifici reseruatis,à quibus alias non possent, propter Priuilegiorum ipsorũ reuocationẽ, teneatur poste a

ab-

absolutus,si conualuerit,Superiori, scilicet Papæ se præsentare,ita vt si non se præsentet,in eandem excommunicationem reincidat,vt habetur in cap.*eos, qui de sententia excommunicationis,in 6.*

Respõdeo negatiuè;nam pro articulo mortis huiusmodi priuilegia Regularibus minimè reuocãtur, vt patet ex decreto reuocatorio Clementis VIII. apud Faustum de Indulgentijs,*lib.4.q.94.*ibi,*nisi in articulo mortis*, & præfatum capitulũ *eos, qui* habet locum,quando quis absoluitur ab eo, qui nullum absoluendi Priuilegium habet,nec absoluit vti specialiter à Summo Pontifice delegatus, vt sunt Regulares in huiusmodi casu. *Peregrinus in comm. Priuileg.Cler.Regular.tit. absolutio quoad seculares, §.1.in fin.scolij,Henriq.lib.6.de pœnit.cap. 9. in comment.lit. N.& lib.13.de excommun.cap.29.num.3.Merol.tom. 1.disp.1.cap.2.num.531.* Faust. Peregr. Henriq. Meroll.

Dub.41.An excommunicato vitando, irregulari, vel degradato, præciso tamen articulo mortis, validè quis confiteri possit. Vel,an saltem ab excõmunicato non vitando,absolui validè queat.

Respondeo ad primum negatiuè, & hoc etiam si Confessor sit proprius pœnitentis Parochus, vel ad id omninò expositus, eadem prorsus ratione, qua supra dub.30.assignata, cùm isti omni prorsus iurisdictione careant, & sic ineuitabiliter sine mortali fidelium confessiones excipere minimè possunt; à Sacerdote autem ineuitabiliter in Sacramentorum administratione peccante, Sacramenta vllo modo validè recipi queunt.Vide dub.30.mox citato.*Hẽriquez lib.13.cap.10.num.2.Vasq.de excomm.dub.4. Alterius lib. 1. disp. 8. cap. 7. col. 3. Epitome Sacram.* Henriq. Vasq. Alter.

Suar. *Laur. Suar. sub tit. de Sacram. quoad subiect.* §. 11. *n.* 4. Ad secundum verò respondeo affirmatiuè, etiam si quis ex deuotione confiteri velit, quia cum excommunicato non vitando, licitè, tàm in humanis, quàm in diuinis, participare possumus ex Extrauaganti *ad euitanda*, consequenter illi etiam nobiscum absque vllo peccato, cùm id nobis necessarium est, & ipsi à nobis exiguntur, participare queunt, nam concesso vno, intelligitur concessum omne id, sine quo illud fieri, seu exequi non potest. *l.* 2. *ff. de iurisdict. omni. Iudic. l. ad rem mobilem, §. qui Procuratorem, ff. de Procuratoribus, l.* 1. §. 1. *ff. si vsufruct. petatur, & l.* 1. §. *fin. ff. de off. eius, cui mand. est iurisd.* Bonac. *Bonac. de censur. disp.* 2. *quæst.* 2. *puncto* 2. §. 3. *num.* 1. Sanch. *Sanchez de matrim. lib.* 7. *disp.* 9. *n.* 8. D. Thom. *S. Thom.* 3. *p. q.* 64. *ar.* 6. *ad secundum.*

An autẽ possint fideles absq; vllius peccati scrupulo, etiam cum ex deuotione Sacramẽta recipere volunt, puta pœnitentiæ, Eucharistiæ, &c. ea ab illis ministris, & si eis ex officio illa ministrare non spectet, petere, & recipere, quos paulò ante mortaliter peccare viderint, vel eos in mortali existere supponatur, certe ita dicendum, quia Sacramenta ab ijs petendo, eorum peccato, si illa in mortali ministrẽt, minimè cooperãtur, cum tales ministri ante Sacramentorum administrationem actum cõtritionis elicere, & sic absque peccato illa administrare queãt, et si experientur se contritionem habere non posse, facile pro tunc aliquam licitam excusationem adinuenire poterunt, se scilicet esse impeditos, nec pro tunc eis morẽ gerere posse, excipit tamen Laurentius Suar. mox citandus casum, in quo minister, à quo Sacramẽti administratio petitur, esset in diu-

turna,

turna, & proxima peccandi occasione, retinendo scilicet domi concubinam, vel qui ex habitu, & cõtinuo aliquod lętale patraret, tunc enim asserit ipse, ab huiusmodi ministro absque lætalis culpæ reatu, & Sacramenti administrati inualiditate (per cooperationem enim suscipientis Sacramentum peccato, quod committit minister illud in lætali administrãdo, Sacramenti susceptor ipse etiam, sicut & minister lætaliter peccat, sicquè effectui Sacramenti puta gratiæ obicem ponit, & consequenter Sacramentum ei administratum, nullum, & inualidum est) Sacramenti administrationem peti non posse, cum supponi neutiquam queat, talem ministrum, stante eius diuturna, & proxima peccandi occasione, verum contritionis actum elicere posse, idest nõ peccandi amplius de cætero, & expellendi è domo concubinam, & sic Sacramenta sine peccato administrare posse, propter experientiam, quæ de illo in contrarium habetur, pluries scilicet celebrando, & Sacramenta pœnitentiæ recipiendo, actumq; cõtritionis eliciendo, & non expellendo postea è domo concubinam, vel ab habituali peccato cessando, in quo casu Sacramenta ab illo petens, ipsius peccato cooperaretur, sicq; mortaliter peccaret. At ego cõtrarium adhuc puto in hoc casu tenendum; Quia quod talis Sacerdos, Sacramẽta in mortali administraret, atque adeò grauiter peccaret, proueniret ex sua malitia, quandoquidem si vellet, illa sine peccato administrare, Dei auxilio posset, scilicet actũ cõtritionis, seu doloris suorum peccatorum eliciẽdo, & proponendo è domo eijcere concubinam, seu à malo statu surgere, illumquè non amplius conti-

nuare, alias si admittatur huiusmodi Sacerdotem hos actus elicere non posse, profecto daretur casus, quod saluari non posset, cum pro tunc sine his actibus saluari nequeat, quod admitti non debet, cũ Deus semper nostræ cõuersioni paratus sit, nec Paradisi aditum quantumuis per prius obstinato præcludat, consequenter dum talis Sacerdos à suo malo statu surgere, si vellet, posset, & Sacramenta sine peccato administrare, causa sui peccati in mortali Sacramenta administrando, non esset is, qui illa ab eo sibi administrari peteret, sed esset ipsemet, qui pura conscientia si vellet, Sacramenta administrare posset, sed ex sua malitia nollet; & sic, dum illius peccati causa non esset is, qui ab illo Sacramenta peteret, is ab illo Sacramenta recipiẽdo, mortaliter non peccaret, ex eo quia illius peccato per hoc, quod ille ei Sacramenta conferret, nullatenus cooperaretur; quod verum est etiam si Sacramentorum susceptor alios ꝓbos ministros facile inuenire posset, qui ei Sacramenta sine peccato administrare valerent; quia ex dicendis dub. sequẽti, nos non tenemur ex charitate vitare peccatũ proximi cum facile possumus, nisi quando proximus ex se illud vitare non potest, ratione qua ibi, quod non accidit in hoc casu, quandoquidẽ Sacerdos in malo statu existens, si vellet, sine peccato, vt probatum est Sacramẽta administrare posset, vel iustè prout sup. se excusando haud Sacramenta conferre. *Suar. sup. cit. num.* 5.

Suar.

Dub. 42. An quis petens Sacramẽtum ab aliquo Sacerdote veram facultatem illud administrandi habente, sed quem certò scit, illud in mortali administraturum, mortaliter peccet, ac proinde

inde Sacramenti receptio nulla sit, & inualida.

Respondeo negatiuè, etiam si ex deuotione Sacramentum recipere velit, siue Sacerdos, seu minister sit proprius suscipientis Parochus, siue nõ, quia cùm minister absque vllo peccato contritioné v. g. eliciendo Sacramentum administrare possit, vel si contritionem habere non possit, illius administrationem, se honestè excusando, omittere queat, si illud posteà cum peccato administret, volũtariè omnino peccat, ac proinde sibi tale peccatum, imputare debet, & non petenti, qui hic, & nunc exercet actionem licitam, petendi scilicet Sacramentum à vero, ac proprio illius ministro per potestatem ordinariam, vel delegatam ad hoc instituto, & quamuis petens, in hoc occasionem peccandi ministranti Sacramentum exhibere videatur, tamen huiusmodi occasio est occasio peccandi materialis, idest volũtariè accepta, ex eo quia vitabilis ex parte ministri (vt probauimus) nõ verò formalis, & peccaminosa. *S. Thom. 3. par. quæst. 64. art. 6. ad 2. Sayr. lib. 2. de Sacramentis in genere, cap. 8. q. 1. art. 2. 3. & 5. Naldus verbo Sacramentum, nu. 5. Suarez tom. 3. disp. 18. quæst. 2. & disp. 72. sect. 4. Coninc. q. 64. art. 6. conclus. 1.* S. Thom. Sayr. Nald. Suar. Coninc.

Quod aliqui intelligi volunt etiam si Sacramenti susceptor alium ministrum, qui Sacramentum sine peccato administraret, facilè, seù commodè inuenire posset, ratio fortè potest esse, quia quamuis nos proximi peccatum cum aliquo nostro incõmodo ex charitate euitare teneamur, id tamen intelligitur de illis peccatis, in quibus vitandis proximus nostro adiutorio aliqualiter indigere videtur, quòd

in casu nostro non accidit, cùm minister Sacramẽti, ex se si velit, à peccato quod tunc committit, surgere, & Sacramentum sine peccato administrare queat, alioquin si sententia in cõtrarium locum habere posset, omnes actiones licitæ, illicitæ redderẽtur, quòd nullo modo admitti debet, nam scandalũ passiuum, & voluntarium, est peccatum proximi, puta iudicia temeraria, suspiciones, & his similia, ex nostra licita actione desumpta, ad quod vitandum (cũ .s. scandalũ acceptũ, est ex malitia, & nõ ex fragilitate) nullus vnquã dicet, nos etiã cũ aliquali nostro incõmodo teneri ab actione hic, & nunc nobis licita cessare debere. *Suar. to. 3. disp. 18. sect. 2. Valẽt. tom. 4. disp. 3. quæst. 5. pun. 3. apud Bonac. de Sacram. in gener. disp. 1. quæst. 6. pun. 5. num. 3. Caiet. 2. 2. q. 154. art. 4. fine, quæst. 169. ar. 2. ad 5. dub. Sanch. in sum. lib. 1. cap. 6. num. 17.*

Suar. Valent. Bonac. Caiet. Sanch.

Dub. 43. An Sacerdos Parochus teneatur sub mortali toties suis Parochianis pœnitentiæ Sacramentum administrare, siue eos sacramẽtaliter auscultare, quoties, vt id præstet, ab eis requiritur.

Respondeo primo affirmatiuè, si loquamur de tempore periculosę infirmitatis, vel articuli, seu periculi mortis, & tempore satisfactionis præcepti de confitendo semel in anno, quod est absolutè verum ratione in simili adducenda Pract. 8. dub. 5. Si verò loquamur extra hos casus, si qui confessionem petit est persona deuota, assueta sępius confiteri, per vnum, vel per duos dies illum sacramentaliter audire differre, & vitato scandalo, iustã scilicet id agendi occasionem adinueniendo, & simul equiuocando ad vitandum mendacium, puto non esse morta-

le,

le, præsertim si talis pœnitens, pœnitentiæ Sacramenti administrationem non instanter petat, ita vt illum in mortali esse, rationabiliter suspicari possit, nam persona, quæ est optimæ conscientię, non ita tali Sacramento, vt in dies illius effectus recipiat, indiget, vt illud non sępè recipiendo, per hoc æternæ damnationis periculo se exponat, & Parochus huic periculo irreparabilis, & grauis mali, per talis Sacramenti denegationem, seu dilationem cooperando, mortaliter peccet; Si verò per plures dies, quàm per duos, personæ etiam deuotæ, & non instanter pœnitentiæ Sacramentum petenti, illud Parochus administrare differat, posito quod congruo, illud administrandi tempore, Parocho benè viso, nisi aliud circumstantiæ prudēter consideratæ suadeant, id petat, Parochus mortaliter adhuc peccat, cum in re graui à suo munere deficiat, vt præcitato Dub. 5. dicemus; quippe quia in morali existimatione magnæ imprudentiæ, & graui defectui, seu omissioni in suo munere, & consequenter graui culpæ Parocho ascribitur per plures dies, quam per duos, suum Parochianum, cum ipse confiteri petit, auscultare differre; & ideo in hoc, Parochū mortaliter peccare negari non posse videtur, etiam si fortè supponat suum Parochianū in alijs Ecclesijs sua peccata fore confessurum, absolutionemquè recepturum, quandoquidem quantum est ex se, adhuc in re graui in suo munere deficit, & patet à pari; debitor enim tenetur sub mortali restituere id, quod debet, puta centum florenos suo creditori, & tamen videmus, quod si alius, non nomine debitoris, sed ex se donet præfatam nummorum quantitatem tali

creditori, & per hoc creditor quoad ſubſtantiã non ſubeat amplius damnum centum florenorum, non ideo debitor mortaliter non peccauit, non ſoluendo centum florenos ſuo creditori, non alia ratione, niſi quia obligabatur debitor de iure ex ſe, & ſuo nomine vitare damnum centum florenorum in ſuo creditore, & non vitauit, ita etiã Parochus, quia obligatur de iure, & ratione muneris per ſe, vel per alios ſuo nomine vitare damnum ſpirituale ſuorum Parochianorum, quod per Sacramentorum adminiſtrationis denegationem, ſeu dilationem, patiuntur; ſit quod etiam ſi per alios non nomine Parochi, ideſt per Parochum ſubſtitutos huiuſmodi damna vitentur, adhuc ipſe peccet, illa per ſe, vel per alios ſuo nomine non vitando, ſuiſquè Parochianis Sacramenta adminiſtrare denegando, vel differendo.

Reſpondeo ſecundo, adhuc affirmatiuè, ſi perſona, quæ ſacramentaliter à Parocho auſcultari petit rarò confiteri ſoleat, & periculum ſit, quod ſi eius confeſſionem Parochus non audiat, per aliud longum tempus pœnitens confiteri differat, ratione ſupra allata, cooperationis ſcilicet periculo grauis, & irreparabilis mali pœnitentis, quare ad ſummum per vnum diem (niſi fortè, qui pœnitentiæ Sacramentum petit, ſit bannitus; talis enim ſtatim ac cõfiteri petit, auſcultari debet, quippe quia reputatur inter conſtitutos in articulo mortis, quorum cõfeſſiones, & abſolutiones, ſi alioqui diſpoſiti ſint, differri nequidem per aliquod conſiderabile tempus poſſunt) ei pœnitentiæ Sacramenti collationẽ differre poterit, illi firmiter aſſerendo, ꝙ cum redierit, certò ſe ei ad hunc effectũ paratum exhibebit, ete-

nim

nim differre per hoc breue tempus quoad sanum confessionis auscultationem secūdum communem existimationē non imprudentiæ, & culpabili, saltē grauiter, omissioni imputatur; & ideò etiam si pœnitens repentina interim morte moriatur, eius damnatio Parocho non imputabitur, cum videatur causa per accidens damnationis pœnitentis, nam sufficit, quod differendo per diem, illum sacramētaliter auscultare, hoc imprudens, & culpabilis actio moraliter non reputetur, nec à suo per hoc Parochus munere, & obligatione deficiet; esset enim maximum, & ferè importabile onus, si illamet hora, & eodemmet die semper, etiam quoad sanos, Parochianos sacramentaliter audire Parochus deberet, quando illum ipsi, vt eorum confessionem excipiat, requirunt, cum quo sanè onere, Parochum, cum ad munus Parochi assumptus fuit, nequaquam quoad huius Sacramenti pœnitentiæ administrationem, quæ ferè ab omnibus, & continuò à fidelibus petitur, se obligasse, nec Ecclesia tale onus illi imposuisse, cum onera Ecclesiæ suauia, & tolerabilia sint, censetur. Verum tamen est, quod quoad recidiuos, non peccat Parochus, si per plures dies, quàm per duos eorum absolutionē differat, puta per quinque, sex, vel octo dies, etiam si illi instanter absolui petant, dummodo recidiui sani sint, & proximum periculum interim moriendi non subeant, quia talis absolutionis dilatio, prudentiæ, & non culpæ ascribitur; cedit enim in remedium animarum ipsorummet recidiuorum, nè scilicet Deum facile, & habitualiter offendant, ideòq; id Parochus agens, suo fungitur munere, & non peccat, atque adeo, nec pœ-

nitentis damnationi, si interim recidiuus moriatur, cooperari censebitur, ita vt illius damnatio Parocho ascribatur, quia non dicitur causa proxima, & per se, sed per accidens, & remota huiuscemodi damnationis, quæ causa remota, & per accidens, cum in damnationem pęnitentis non influat, consequenter talis causa nullius in hoc peccati reatum subibit, præsertim quia pęnitens recidiuus, dum ab absolutione recipienda, repellitur, solet (& ita per Confessarium fieri debet) ad actum contritionis, & doloris suorum peccatorum excitari, qui si interim moriatur, ei contritio sufficiet ad salutem. Plura quoad obligationem ministrorum Ecclesiæ administrandi fidelibus Sacramenta cum illa petunt, videri possunt. Dub. 5. supra citato, & apud Auctores ibidem cumulandos.

P. D. Laurentius Cutillus.

De Testamento ab Infirmo faciendo.

PRACTICA V.

PEracta Sacramentorum confessione, infirmum puto de bonis suis disponere debere: dixit Isaias 38. enim Isaias Profeta Regi Ezechieli: *dispone domui tuæ, quia morieris tu, & non viues.*

Hoc autem testamentum in principio ægritudinis fieri debere censeo; Sensus enim, ac mens ipsa infirmitate, nondum pressi, negotia salutis rectius

di-

discernere valent: quod secus est ingrauescente ægritudine; Vnde fit, vt multa incommoda nascantur; aliquãdo enim, & solutionis æris alieni, ac aliarum restitutionum, in graue detrimentum animæ, obliuiscuntur, lites inter consanguineos ipsos oboriuntur: Testamenti nullitates, non recto sensu dispositionem factam allegantes; ac propterea dum præter testamentum, & ab intestato successionem capiunt, nec legatis pijs, nec restitutionibus satisfaciunt.

Sacerdos verò, seipsum in hac re testamentaria ingerere nequaquam debet; prout laudabiliter puto eum facturum, si circa mutationem testamenti, vel legatorum, nullo modo cum infirmo pertractet: Et hoc, nè de eo conquerantur illi, quibus (cum maiora à testatore sperassent) nihil, vel parum relictum fuerit: Vel si aliquid suæ Ecclesiæ legatum sit, rem suam, non hæredum egisse, videatur.

Si autem à consanguineis ipsis rogatus fuerit, vt præsens sit, tunc nec pro se, nec pro sua ipsa Ecclesia agere ostẽdat: Dicat verò quid in Domino sentiat, totum autem libertati testatoris relinquat.

Cæterum, falluntur ij, qui timore mortis perterriti, testamentum condere recusant, imò horrent; Deum Optimum Maximum mutabilem putantes; (vt sunt homines) Sciant tamen, Deum ipsum terminos constituisse vitæ ipsorum, qui præteriri non poterunt; & ideò mors non est secutura, quia testamentum facient, quasi ex eo malè opinentur, sed quia sic fuit per diuinum decretum constitutum. Et ob id monendos censeo, vt dispositionem bonorum faciant, putãtes potius ex ea infirmitate morituros,

& sic tutiorem partem eligant, nè fortè, morte præoccupati, quærant spatium temporis, & inuenire nõ valeant. Si verò de infirmitate conualuerint, humilitatis actum, ac plenæ in Deum ipsum resignationis putauerint fecisse: Quibus bonis actibus præuisis in eorum remunerationem (forsan) Deus Benedictus, ab æterno statuerat, salutem sui corporis eis restituere, qui alioquin mortem erant oppetituri. Erit autem hoc opus, tanquam boni Christiani, ac Catholici, omnibus exemplo, vt videant opera eorum bona. Sollicitos igitur esse nos conuenit, cum Christus ipse apud Lucam 12. dicat: *Estote parati, quia nescitis diem, neque horam*; nè subitò pręoccupati, excusatione etiam careamus. Subnectam autem aliquos casus, circa materiam testamẽtorum, quos necessarios duxi.

Luc. 12. & Matth. 25. vers. 13.

Dubia aliqua circa materiam Testamentorum.

DVb. 1. An testator existens in peccato mortali, si relinquat legata pia, vel suffragia; prosint animæ suæ, si postea in gratiam redeat.

Respondeo, quòd licet Scot. *in* 4. *sent. dist.* 15. *q.* 1. cum Gabriele, & Maiore citatis à Nauarro teneat, in gratiam redeunti, prodesse.

Scot. Gabriel. Maior. Nauar.

Tamen verior, & communior sententia est contraria. Et ratio est, quia illa fuerunt opera mortua, & per charitatem sequentem, non viuificantur, nec sunt satisfactoria. Ita *D. Thom. in sup. quæst.* 14. *art.* 7. Idem affirmat Nauar. *cap.* 26. *num.* 36. citans Bona-

D. Thom. Nauar.

uenturam,& Riccardum: dicitque esse communem opinionem. Ita *Tolet. lib. 4. cap. 8. num. 3. vers. Primũ. ad finem, &c.* Tolet.

Qua propter (vt inquit Nauarrus) *consulendum est testatori, vt quum probabilius ex stimat se esse in statu gratiæ (vt est post Confessionem, & Communionem) testamentum ante factum, cum omnibus in eo contentis, ratificet, & offerat Deo ad gloriam eius, pro remissione peccatorum promerenda; iuxtà mentem omnium*. Hæc Nauar. citatus. Nauar.

Ideò securius, & tutius erit antea confiteri, & Communionem accipere, & postea testamentum condere, dicente Apostolo 1. Corint. 13. *Si distribuero omnes facultates meas in cibos pauperum, charitatem autem non habuero, nihil mihi prodest.* 1. Cor. 13 vers. 3.

Non tamen idem dicendum erit de missis pro se relictis; nam sibi in gratiam redeunti, prosunt pro satisfactione pœnæ Purgatorij. Et hoc verum est, etiam si celebrentur à Sacerdote existẽti extra gratiam. Et ratio est, tum quia Sacerdos celebrat, & orat in persona Ecclesiæ, quæ semper est in gratia; tum etiam, quia sacrificium habet effectum ex opere operato, licet hic, & nunc, non ex opere operantis. Ita *D. Thom. 3. p. q. 82. art. 6. & in Supplemen. q. 71. art. 3.* & est communis. D. Thom.

Dub. 2. An impediens testari volentem, vt ipse ab intestato succedat, peccet mortaliter, & restituere teneatur.

Respondetur affirmatiuè, immo in lege adest pœna amittendi hæreditatẽ. *leg. 1. C. si quis aliq. testar. probib. Nauar. cap. 26. num. 36. in princip. D. Antonin. 3. p. tit. 10. cap. 1. §. 2.* Nauar. D. Ant.

Hoc

Hoc autem intelligendum est, quando impedit per modos iustitiæ contrarios, scilicet per vim, metum, dolum, cum mendacijs, &c. Non autem si hoc faciat sine dolo, sed tantum rogando testatorem, vt sibi potius, quam alijs (quibus non competit ex iustitia hæreditas) relinquat. Ita *Nauar. citatus, & cap. 17. num. 72. vers. Dixi, nisi impediat, &c. Tolet. lib. 5. cap. 19. num. 5.* & alij communiter. Dixi: *Quibus non competit ex iustitia hæreditas;* Nam si illis competeret de iustitia, etiam si impediret sine vi, dolo, mendacijs, &c. teneretur adhuc restituere; Et ratio est, quia ille habebat ius in re. *Nauar. cap. 17. num. 73. vers. Dixi, &c.* Ille verò dicitur habere ius in re, cui de iustitia competit.

Nauar.
Tolet.
Nauar.

Quid dicendum de impediente testatorem, nè faciat legata in fauorem Petri, sed potius in fauorē Ioannis, vel sui ipsius.

Respondetur; Si hoc faciat sine vi, fraude, dolo, &c. sed ex odio, peccat mortaliter, non tamen tenetur restituere: Si verò hoc faciat bona fide, rectaquè intentione, quia Ioannes est pauper, Petrus verò diues: vel potius sibi pauperi, quam alii diuiti, sine vi, dolo, fraude, &c. nihil mali gessit.

Si legatum factum iam, mutare faciat, vel impediat faciendum in fauorem illius, qui habebat ius ad rem, scilicet per promissionem, vel per determinatam testatoris voluntatem, vel per emptionem, vel electionem, &c. & hoc faciat ex dolo, vi, metu, &c. peccat mortaliter, & restituere tenetur. Ita *Nauar. loc. cit. sup.*

Si autem mutare faciat in damnum habentis ius in re; scilicet, quia illi competebat aliquo iusto titu-

lo,

lo, v.g. Ex donatione inter viuos, ex recognitione meritorum, seu seruitiorum in vtilitatem testatoris factorum, vel ratione salarij famulorum, vel ex obligatione debitorum non habentium scripturas, vel ex similibus causis; tunc impediēs, quamuis faciat, sine vi, metu, dolo, &c. adhuc peccat, & restituere tenetur. *Nauar. cap. 26. num. 36. Tolet. lib. 5. cap. 19. num. 5.* Eman. Sà *verbo restitutio, num.* 3. qui dicit: *Impediens habentem ius in re, etiam si nulla sit vsus fraude, restituere tenetur. Petr. Nauar. lib. 3. cap. 5. nu. 2. Couar. p. 2. §. 7. in fin. Salycet. in prędicta leg. 1. C. si quis aliquem Testar. probib. Sot. lib. 4. q. 6. art. 3. Sylu. restitutio. 3. D. Thom. 2. 2. q. 62. art. 7. Caiet. in D. Tho. citatum. D. Anton. 3. p. tit. 10. cap. 1. §. 2. in fin.* & omnes communiter. Nauar. Tolet. Em. Sà. Pet. Nau. Couar. Salycet. Sot. Sylu. D. Thom. Caiet. D. Ant.

Dub. 3. An Sacerdos, siue secularis, siue Regularis possit inducere infirmum ad eligendam sepulturam in propria Ecclesia.

Respondetur, quod si hoc sibi promittere faciat cum iuramēto, vel voto, vel aliqua ciuili obligatione, tunc peccabit mortaliter, & incurret excōmunicationem Papæ reseruatam, vt in Clementina *Cupientes de pœnis*, & refert Nauar. *cap. 27. num. 103. Tolet. lib. 1. cap. 36. num. 3. vers. quarta habetur, &c.* & alij. *Nauar.* Tolet.

Imò nec possunt infirmum tali obligatione ligare, vt electam in propria illorum Ecclesia sepulturā non mutet: & hoc sub eisdem pœnis, & cēsuris; Doctores citati.

Hoc verò limitatur .s. quando hanc electionem procurarent absq; iuramento, seu voto; sed tantum exhortando illum, vt in eorum Ecclesia sepeliatur.

Dixi *in propria Ecclesia*; nam si illum inducerent ad sepeliēdum apud alienam Ecclesiam, etiam medio iuramēto, seù voto, nullum esset peccatum, nullaq; censura; sicut nec ille, qui non est Religiosus, nec Clericus secularis, quamuis de hoc inducat ad iurandum, & vouendum. *Tolet. lib.* 1. *cap.* 36. *num.* 3.

Tolet.

Dub. 4. Corolariè dicendum erit in hoc loco, qui teneantur quartam funeralem soluere, & quæ sit ista quarta.

Respondeo, quod stando iuri communi, olim omnes Religiosi tenebantur quartam funeralem Episcopo, seù Parocho soluere, vt patet per Clementinam *Dudum, de sepult.* Priuilegijs omnibus seclusis.

Attamen post dictam Clemētinam per Summorum Pontificum priuilegia nequaquam soluere tenentur, nec ad hoc coarctari possunt. Ita Eugen. IV. Bulla 12. pro Benedictinis, Sixtus IV. Bulla 14. pro Minoribus, & Bulla 37. pro Carmelitis.

Euge. IV. Sixt. IV.

Et nouissimè à Clem. VIII. in Bulla 26. pro Carmelitis discalceatis, qui post contradictorium iudicium, & ventilata causa, à solutione quartæ funeralis liberati fuerunt, vt inquit Ioannes Cruz *lib.* 2. *cap.* 9. *dub.* 5. *concl.* 2. in Epitome Priuileg. Regularium.

Clem. 8. Io. Cruz.

Nec ad hoc obstat Conciliū Tridentinū *sess.* 15. *cap.* 13. *de reformatione*; nam Concilium loquitur, quod teneantur soluere illa tantum monasteria, quę ante annos 40. (à die determinationis Concilij) sunt fundata; dummodo prius fuerint solita dictam quartam soluere; non autem illa fundata postea ab illo tempore vsque adhuc. Ita declarauit Pius V. (qui fuit post Concilium Tridentinum) Bulla 7. Quod priuilegiū non fuit reuocatū per Greg. XIII.

Conc. Tri. Pius V.

vt declarauit Sacra Congregatio Cardinalium, cuius declarationis tenorem refert Rodriquez in suis quæst. regul. *tom.* 1. *quæst.* 39. *art.* 2. in fine. Quæ priuilegia sunt authentica, & omnibus Regularibus communicantur, & præcisè nostræ Religioni. Rodriq.

Quarta verò funeralis dicitur; quarta pars de intortijs, seù cereis tantum, delatis circa cadauer defuncti, cum ad Ecclesiam defertur, non de alijs rebus peruenientibus ad manus Religiosorum ratione funeris, siuè pro Missis, siuè pro candelis, siuè pro eleemosynis, siuè quocunque modo; Ità declarauit *Sixtus IV. pro minoribus Bulla* 14. *& Pius V. Bulla* 7. & ità habet vsus communis, apud illos, qui prædictam quartam soluere tenētur ex antiquo vsu, scilicet quadraginta annorum ante Concilium, vt diximus, vt notat Cardinalis in Clementina *Dudum*, *de sepult.* §. *verum*, *Couar. cap. vlt. de testam. num.* 6. *&* 7. *Eman. Sà verbo sepultura, num.* 10. *Molin. de iustitia, tract.* 2. *disp.* 215. & alij. Hęc omnia habētur apud Rodriquez *tom.* 1. *q.* 39. *art.* 2. per totum, & in eius Compendiolo, verbo *Canonica* in principio. Sorbus in Compendio Priuileg. verbo Canonica portio, & signanter, vbi in margine habetur dictio: *Quarta*, & alij communiter. Sixt. IV. Pius V. Card. in Clem. Couar. Em. Sà. Molin. Rodriq. Sorbo.

Dub. 5. Vtrū filius familias, aut mulier testari possint.

Respōdeo, & dico primo. Quod filius familias de re aliqua testari nequit. Imò nec cum licētia Patris (stando iuri communi) *l. qui in potestate, ff. de testam.* Tamen si cum patris licentia testatus est, poterit legatarius tuta conscientia sibi retinere legatum, sed non poterit illud in iudicio petere; est communis:

Couar. Sylu. vide Couarruuiam *3.p.rubr.de testam.num.*8.*&* 28. *Sylu.test.* 1 *.num.*3.*&* 4.

Dico secũdò: filius familias sine consensu patris, non poterit de peculio aduentitio testari, scilicet de bonis ex donatione, aut successione acquisitis: Dum enim Pater viuit, illius sũt fructus; proprietas autem filij est. Quamuis de iure communi peculium ad filium pertineat. *glo.in d.l.qui in potest. ff. de testam.* Si verò fuerit clericus, etiam primæ tonsuræ, poterit sine patris licentia de aduentitio testari; nam in eo, aduentitium est quasi Castrense. Ita *Eman. Sà verbo testam.num.*1.& alij. (Em. Sà.)

Dico 3. Filiusfamilias cum licentia patris, poterit relinquere per viã donationis inter viuos, quia à lege hoc prohibitum non est, dummodo non sit cum prȩiudicio aliorum filiorum. Ita Doctores infra citandi.

Dico 4. Si filius erit emancipatus, poterit de medietate rei aduentitiæ testari. Ita *Eman Sà verbo peculium, num.*3.*Nauar.cap.*17.*nu.* 141. *Sylu. verbo peculium, num.*2.& alij. (Eman. Sà. Nauar. Syluest.)

Dico 5. Filiusfamilias de rebus aduentitijs, & profectitijs, etiam sine consensu Patris, ad pias causas testari potest, dũmodo filius sit in periculo mortis. Ita probat Ioannes Baptista de Thoro in summa Priuileg. piarum causarum, in Priuilegio 233. vbi citat multos. (Thorus.)

Dico 6. Filiusfamilias testari poterit de peculio castrensi, scilicet de bonis acquisitis in Bello, & etiã de bonis, seu de peculio quasi Castrensi, scilicet de bonis, seu lucris peruentis ex sua industria per aliquod officium publicum, puta officium Iudicis, Ad-

uo-

uocati, Scribę, Medici, aut Magistri in aliqua septem artium liberalium; aut quouis alio publico officio propter stipendium publicum; & ratio est, quia de tali peculio castrensi, vel quasi, pater nullum ius habet, sed solius filij est, tàm quoad vsumfructum, quã quoad dominium. *Nauar. cap. 17. num. 141. Tolet. lib. 8. de 7. peccatis mortalibus, cap. 30. loquendo de eleemosyna, num. 1. Syluest. locis citatis.* Nauar. Tolet. Sylu.

Dico 7. Filia familias in potestate patris, de sua dote, etiam aduentitia, scilicet sibi peruenta ex donatione, successione, &c. testari non poterit, & hoc de iure communi. Ita *Alex. in leg. Senium, C. de testamento*. Alex. At de iure consuetudinario Neapolitano, si erit iam nupta (licet sit filia familias) poterit de prædicta dote aduentitia testari; nam eo ipso, quod mulier nubit, efficitur sui iuris, vt in consuetudine Neapolitana, *Sed, & mulier, &c.*

Dico 8. Si testatrix non habuit dotem aduentitiam, sed paternam, scilicet ex paternis bonis, tunc de iure communi de tota dote testari poterit, relicta tamen filijs legitima, quæ illis competit. *l. Quoniam in prioribus, C. de inoff. test.* at de iure particulari consuetudinario Neapolitano, quando mulier habet filios, non poterit, nisi de decima parte dotis testari; Si verò ei filij non erunt, tunc de medietate testari valebit, vt in cõsuetudine Neapolitana, *Si qua moriens, &c.*

Dico 9. Si nupta habebit paraphernalia, idest pecunias, vel bona extra dotem acquisita, scilicet via donationis tempore nuptiarum, vel post nuptias, vel ex successione, & similia; de illis, aut pro eleemosynis, aut per donationem, aut per testamentum,

aut quomodolibet pro suo libito, disponere poterit. Ita *Tolet. de 7. peccatis mortalibus, cap. 29. num. 1. vers. Septimo, &c. per totum. Eman. Sà, Eleemosyna, nu. 11.* & alij.

Toler.
Em. Sà.

Dico 10. Mulier de eo, quod ex licito lucro acquisiuit ex sua industria, aut labore (ad quod nõ tenebatur ratione sufficientis dotis viro assignatæ,) pro suo libito quoque disponere poterit, sicut de paraphernalibus diximus. *Molin. disp. 275. Armil. verbo Eleemosyna, num. 6. Nauar. cap. 17. num. 153.* & communis.

Molin.
Armill.
Nauar.

Dub. 6. Quæ, & quanta sit legitima, seu portio, quæ filijs debetur.

Respondeo, quòd solutis debitis defuncti, & impensis funeralibus, de reliquo hæreditatis, desumitur legitima diuidenda inter legitimos filios, & filias, hoc modo videlicet: Si filij erunt plures, quàm quatuor, legitima erit dimidium bonorũ, idest medietas hæreditatis, diuidenda pro rata inter filios: si verò erunt à quatuor infra, legitima erit tertia pars bonorum diuidenda inter illos. Ita in *Authen. nouiss. C. de inoff. testam. Michael. Grass. tom. 1. de success. §. legitima, quæst. 7. num. 1. Consta. de portione ratæ, quæst. 181. num. 4. Merlin. in tract. de legitima, lib. 1. tit. 3. q. 1. num. 2. 3. &* 4. Vnde, versus.

Grass.
Consta.
Merlin.

Quatuor, aut infra dant natis iura trientem.
Semissem verò dant natis quinque, vel vltra.

Bertacchinus in verbo legitima.

Bertacch.

Si denique filius erit vnicus, tunc legitima erit tertia pars bonorum, aut medietas totius hæreditatis. *Paris. cons. 25. vol.* 2. quod confirmat Grass. loco supra citato. Ita etiam Eman. Sà *verbo legitima,*

Paris.
Grass.
Em. Sà.

nu. 1.

num. 1.qui affirmat legitimam, etiam à matre deberi filiis.

Filius priuatur legitima;Primò, ob delictum hæresis.Probat Merlin.*in tract.de legitima, lib.* 4. *tit.* 1. *quæst.*3. Merl.

Secundò,ob delictum commissum in Rempublicam.*Merlin.ibidem q.*4.

Tertiò, quando filia in corpus suum peccauit. *Idem loc.cit.q.*5.

Dub.7.An cœcus testari possit.

Respondetur affirmatiuè, dummodo adsint octo testes,& hic numerus est de essentia huius testamēti.Ita *Eman.Sà verbo testam.nu.*1. *in fin.* De hac materia testamentorum multa apud Couar. *tom.* 1. *à num.*1.*& Molin.à dist.*124. Eman.Sà Couar. Molin.

Dub.8.An testamētum scriptum à Parocho, vel à Confessario,& subscriptum à testatore tantùm, (deficientibus Notario,& testibus) validum sit.

Respondet Nauarrus esse inualidum in foro exteriori,etiam in statu Ecclesiastico; tamen legatarius potest sibi tuta conscientia retinere legatum. Et ratio est,quia licet testamētum sit minus solemne;tamen constat de voluntate testatoris. *Nauar. tom.*1.*consiliorum,de testam.lib.* 3. *conf.* 1. per totum; Nauar. Vnde vidua potest sibi retinere quicquid à viro suo relictum fuit,ne dum per testamētum minus solemne, verùm etiam, si oretenus sibi aliquid reliquit: Immò sufficit sibi constare de voluntate testatoris, vt licitè possit sibi retinere. *Sylu. hæreditas*, *num.*7. Sylu. *Salon.de dominio,q.*5.*art.*4.& alii.Licet in foro exteriori possint omnia ei tolli ab hæredibus per Iudicis sententiam.Ita *Nauar.loc.cit.n.*2.*in fine.* Salon.

do, illam esse vltimam suam voluntatem. *Couar. in cap. Relatum, de testam. num.* 1. *& l. Hac consultissima, & l. Iubemus, C. de testam. Armill. verbo testam. nu.* 5. & alii. Couar. Armil.

Et hoc modo dissentiones, rixæquè vitantur, quę inter consanguineos accidere solent quando testamentum publicè conditum est, in quo sufficiunt quinque testes. *Couar. loc. cit.* & hoc est de iure Regio. Eman. Sà *verbo testam. num.* 9. vbi affirmat sufficere etiam tres testes cum Notario, quando alij nō reperiuntur. Couar. Em. Sà.

In testamento nuncupatiuo, scilicet quando non fit scripto, sed sola voce nominantur hæredes, est faciendum coram septem testibus rogatis. Ita *Couar. cap. Cum esses, loc. cit. Molin. dis.* 126. *Armil. verbo Testam. num.* 4. *Sylu. eodem verbo, num.* 1. *Em. Sà ibid. num.* 6. vbi etiam affirmat, quod cùm difficile est habere in testamento septem testes, sufficere quinque. Item si fiat ab habitante rure. *l. fin. C. de testam. Sylu. testam. num.* 5. Verùm standum est consuetudini locorum, & Ciuitatum, quæ omnia ad peritos Notarios spectant. Couar. Molin. Armill. Sylu. Eman. Sà.

In codicillo verò sufficiunt quinque testes, etiam non rogati, etiam si sint fœminæ : at inter liberos, vel inter milites in bello, sufficiunt duo testes; si verò codicillans erit cęcus, necessariò requirūtur septem testes cum Notario, sicut de testamentis clausis dictum est. *l. vlt. C. de codicillis, Sylu. testam. num.* 2. *vers. Sexto, &c. Em. Sà verb. testam. num.* 17. & alij. Sylu. Eman. Sà.

Dub. 11. Quis poterit esse executor testamenti.

Respondeo, quòd executor non poterit esse, qui decimumseptimū annū nō excedit. Doctores citati.

Nec ſurdus, aut mutus, aut prodigus, nec Religioſi Franciſcani, quibus in ſpecie eſt prohibitum, vt in Clementina *Exiui, de verbor. significat. Sylu. ibidem, num.* 1.

Sylu.

Nec cæteri Religioſi abſque licẽtia ſuorum Superiorum, & non aliter. *Couarru. in cap. Cum tua, de teſtam. num.* 1.

Couar.

Mulier poteſt eſſe executrix teſtamenti, quamuis tranſeat ad ſecundas nuptias. Ita *Sanch. de matrim. lib. 7. diſp.* 88. *num.* 14. *&* 15. *Couarr. in cap. Tua, de teſtam.* & alii.

Sanch. Couar.

Dub. 12. Quis poterit eſſe tutor, & quid ſit tutela.

Reſpondeo, & dico primo, quod tribus modis accipitur tutela.

Prima dicitur *legitima*, quæ datur à lege, mortuo patre ab inteſtato.

Secunda dicitur *teſtamentaria*, ideſt quando à patre nominatur tutor in teſtamento.

Tertia dicitur *datiua*, quæ datur à Iudice, quia in teſtamento non fuit aſſignatus tutor, vel ex obliuione, vel ex negligentia, vel ex alia cauſa.

Pupilli autem (qui tutore indigent) dicuntur vſque ad annum duodecimum completum in fœminis; in maribus verò vſque ad annum 14. completũ. At ab iſto anno vſque ad 25. completum, dicuntur minores, & illis, non tutores, ſed curatores aſſignãtur. Doctores infra citandi.

Dico ſecundò, quòd tàm Epiſcopi, quàm Sacerdotes ſeculares, aut Regulares non poſſunt cogi ad ſuſcipiendam aliquam tutelam ex illis tribus.

Dico tertiò, ſi præfati velint, poſſunt acceptare

primam tutelam tantùm; Regulares verò, nonnisi de licentia suorum superiorum.

• Dico quartò, dixi, *primam tutelam tantùm*; nam testamentariam, aut datiuam, nec Episcopi, nec clerici seculares, aut Regulares, nullo modo acceptare possunt.

Dico quintò, tutelam pauperum, aut miserabilium personarum, tùm Episcopi, tùm etiam clerici seculares acceptare tenentur: Regulares verò non, nisi de licẽtia suorum Superiorum, vt patet ibi. *q.* 1. *cap. Monachi.*

Dico sextò, mater potest esse tutrix pupillorum, non autem si transierit ad secunda vota; tunc enim desinit esse tutrix, & similiter si turpiter vixerit.

At quia tutores, secundùm omnes, tenẽtur gerere rem vtilem pupillorum; ideò mortuo patre, statim cum Notario, inuentarium omnium bonorum facere tenentur; quorum bona negotiationi licitæ exponere debent; & si neglexerint hoc agere, poterunt pupilli ad rationem quinque pro centum à tutoribus petere (etiam in iudicio:) Ac deinde rationem de fideli administratione omnium bonorum reddere tenentur. Quę omnia potius ad seculares de proprio possidentes, pertinent, quàm ad eos, qui paupertatem vouerunt, ideò Prælati Regularium, prudenter agerent, si sibi subditis talem facultatem negarent. Hæc omnia apud Zab. *verbo tutela à num.* 1. *Nauar. cap.* 25. *à num.* 65. *vsque ad* 68. *Sylu. tutor, num.* 10. *Eman. Sà Curator, num.* 3. *Armill. tutor.* 1. & alij Summistę communiter. Zab. *Nauar.* Sylu. Eman. Sà. Armill.

Quæ omnia sic enarrata, peritiorẽ faciũt Sacerdotem, vt in tali occasione, rectũ dare posiit consiliũ.

ADDITIO.

DVb. 1. An Religiosus professus moribundus testamentum reuocare, vel illud ante professionem factum alterare possit.

Respondeo negatiuè, absque licentia Sũmi Pontificis; nam ille potest testamentum reuocare, qui potest illud facere, sed Religiosus professus etiam sanus hoc præstare non potest, ex Authent. *ingressi, C. de Sacrosanct. Eccles. & cap. quia ingredientibus,* 19. *quæst. 3. & cap. 2. de testament.* (& hoc etiam quoad causas pias, cum hi textus indistinctè loquantur, & cum licentia Superioris, quia inferior legem Superioris abrogare non potest) ergo neque potest testamentum reuocare, seu alterare; bene tamen potest illud declarare, si interpretatione indigeat, vel donationẽ causa mortis facere, etiam si sit Capuccinus, cùm id accedente suorum immediatorũ Superiorũ licẽtia, fieri nullo iure Religiosis prohibeatur; Quod intelligitur de re donanda, quæ sit parui momẽti, nã si fuerit grauis, donatio necessariò fieri debet cum illis requisitis à Clem. VIII. in sua Bulla, incipit *Religiosæ Congregationes*, edita Anno 1594. 13. Kal. Iulij, præscriptis, & ab Vrbano VIII. per specialem Bullam, incipit, *Nuper à Congregatione*, editã die 16. Octobris 1640. declarata. *Rodriq. in qq. regul. tom. 3. quæst. 69. art. 3. Sanchez de matrim. lib. 6. disp. 17. num. 11. & in sum. lib. 7. cap. 8. num. 2. 3. & 4. Barthol. de Vecchis in praxi nouitiorum, disp. 18. dub. 12. nu. 2. Gozadin. cons. 41. n. 15. 16. & 17. Laym. lib. 3. de iustitia, tract. 5. cap. 3. num. 4. vers. Dico secundo.*

Clem. 8.
Vrb. 8.
Rodriq.
Sanch.
Bartho. de Vecchis.
Gozad.
Layman.

Dub.

Dub.2. An licentia testandi superueniens Religioso faciat, vt testamentum antea absque illa factum, sit validum.

Respondeo affirmatiuè, quia cum testamentum sit actus successiuus, & deambulatorius vsque ad mortem, non censetur perfectè factum, nisi tale tēpus adueniat, quare sufficit ad eius valorem, si habilitas testandi adsit tempore mortis, in quo testamētum robur sumit, ac vltimo perficitur. *Carol. Tapia in authen. ingressi, C. de Sacros. Eccles. Nauar. comment. 2. num. 57. de Regular. Molin. tom. 1. de iust. disp.* 141. *fin. Bart. in l. si quis filio, §. irritum fin. Hieron. Rodriq. in comp. resol.* 136. Tapia. Nauar. Molin. Bart. Hier. Rodriq.

Dub.3. An Nouitij ante, & post ingressum in Religionem testari possint; Et an post ingressum, iuris solemnitates in testando seruare teneantur.

Respōdeo Ad primum affirmatiuè, cum nullo iure contrarium cautum sit, & quidem tunc Nouitios etiam testamentum reuocare, & aliud condere posse, idquè quocunque temporè velint. Nec obstat Tridentinū *sess. 25. cap. 16. de regularibus*, ibi, *intra duos menses proximos ante professionem*; nam non loquitur de testamento, quod non nisi post mortem testatoris firmitatem habet, sed de renunciatione, donatione, &c. *Carolus Antonius Thesaurus de pœnis, par. 2. verbo Simonia super Religionis ingress. cap. 10. vers. adde quod.* Conc. Tri. Thesaurus

Ad secundum verò quoad iuris solemnitates, respondeo, quoad causas pias nequaquam seruari debere, ratione qua infra dub. 12. sed tantùm quoad profanas, cùm personæ Ecclesiasticæ in contractibus faciendis, iuris solemnitatibus subdantur, si sa-

cris

Nauar.
Carol.
Tap.
Barthol.
Faust.
Sanch.
Meroll.

cris Canonibus non repugnent. Ex *Can.* 1. *& Can. si in adiutorium, dist.* 18. *Nauar. in comment.* 2. *de regul. num.* 50. *Carolus Tapia in Authent. ingressi, C. de Sacros. Eccles. verb. ideoque nec de his, à num.* 46. *Barthol. à S. Fausto de tribus votis, lib.* 5. *quæst.* 175. *Sanch. in summ. lib.* 7. *cap.* 3. *num.* 20. *Merol. tom.* 2. *disp.* 4. *cap.* 3. *num.* 602. *vers. confirmari etiam.*

Dub. 4. An possit quis in testamento tuta conscientia instituere extraneum hæredem, ac suos cõsanguineos, vel affines prætermittere.

Respondeo affirmatiuè, deficiente patre respectu filij, & filijs respectu patris, quia isti se ad inuicem de iure hæredes instituere debent. *l. inter, ff. de liber. & posthum. & l.* 2. *C. de emendat. propinq. & l.* 5. *ff. de obsequijs à liber. præstand.* vel saltem non se exhæreditare sine iusta causa, alias testamentum erit nullũ, nam hæc est conditio essentialis testamenti, nimirum, quod si non instituatur hæres is, qui de iure institui debet, testamentum est inualidum. ex *l. quoties, ff. de hæredibus instituendis,* excepto tamen milite, qui hæredem, etiam personam incapacem instituere potest. *l. neque, ff. de milit. testamento,* non verò cõcubinam. *l. miles, ff. de militar. testam.* Quod tamen non procedit de fratribus in linea transuersali ad inuicem consideratis, nisi fortè instituta fuerit hæres aliqua turpis persona, puta concubina, &c. *l. fratres, C. de inofficioso testam.* vel contrarium, quoad aliquam bonorum partem inter ipsos hæreditandam alicubi sit vsu receptum. Quare respectu aliorum consanguineorum, si in extrema necessitate nõ existant, nulla adest lex obligans, quod aliquid eis testamento relinquatur, & alioqui quæcunque perso-

na priuata, communitates, Monasteria, &c. validè, ac licitè in prædictorum defectu hæredes institui possunt. *l.* 1. *C. de Sacrosf. Eccles.* & *l. omnibus, ff. ad Senatusconf. Trebellianum, Eman. Sà verb. hereditas, n.* 1. & *verbo testam. num.* 25. *Filiuc. tract.* 34. *num.* 161. *Bonac. de contract. disp.* 3. *quæst.* 17. *puncto* 5. *num.* 1. *vers. prima est;* & *vers. secunda conditio,* & *seqq. Diana* 1. *par. tract.* 8. *resol.* 85. *Sylu. verbo hareditas, nu.* 2. *Reginald. lib.* 25. *num.* 625. Eman. Sà. Filiuc. Bonac. Diana. Sylu. Regin.

Dub. 5. An infirmi, beneficia resignare possint.

Respondeo affirmatiuè, cum id de iure communi minimè prohibeatur. *cap. quamuis,* 7. *q.* 1. Verum est tamen ex regula Cancellariæ (de infirmis resignantibus) huiusmodi beneficiorum collationem inualidam esse, si infirmus infra 20. dies, à die præstiti cõsensus computandos, moriatur. *Barbos. de iure Eccl. lib.* 3. *cap.* 15. *num.* 127. & 128. Barbos.

Dub. 6. An valeat testamentum, vel codicillum factum ab excommunicato vitando, vel si hæredem excommunicatum vitandum instituat.

Respondeo affirmatiuè, ex capitulo *veritatis, de dolo,* & *contum.* & *ex cap. decernimus, de sententia excomm. in* 6. Tum quia alias nulla lex id validè fieri prohibet, tum etiam quia hi actus nõ sunt actus iurisdictionis, à quibus excommunicatus suspẽdatur. Hoc tamen intelligitur modo testator non sit excõmunicatus propter hæresim, vel propter fauorem ad illam præstitum, & per annum in excommunicatione insorduerit. *cap. excommunicamus,* 1. *§. credẽtes, de hæreticis,* vel nisi sit excõmunicatus propter percussionem, vel hostilem Cardinalium insectionem. *cap. Felicis, de pœnis, lib.* 6. vel item nisi sit vsu-

Digitized by Google

tionis absolutionem facilè impetrare potuit) qui sunt excommunicati, venialiter solum peccāt communicando cum alijs absque vlla prorsus necessitate, qui sanè mortaliter peccarent, si materia grauis esset, idest si aliquem actum iurisdictionis exercerent. *Filiuc. tract. 12. num. 209. Bonac. cit. dub. praced. puncto 6. §. 1. vers. dixi per se, Adrianus in 4. de clauibus, quaest. 3. in 8. except. Ledesm. 2. p. quaest. 21. art. 1. Reginald. lib. 32. sect. 5. num. 126. Auila 2. p. cap. 6. disp. 8. dub. 1. vers. prima opinio, & dub. 2. in resp. ad primū. & disp. 6. dub. 6. vers. petis vtrum.* Filiuc. Bonac. Adrian. Ledesm. Reginald. Auila.

Dub. 8. An beneficiarij de fructibus superfluis, idest à proprio victu, vestitu, &c. subtractis suorum beneficiorum validè testari queant.

Respondeo affirmatiuè, ex capitulo *quia nos, de testamentis*, & capitulo *relatum, 2. eod. tit.* quia hi fructus reputantur inter acquisita ex industria, nec illi amplius ad Ecclesiam spectare dicuntur; beneficiarij autem, de acquisitis ex industria, pro suo libito ex præfatis iuribus, sicut de bonis patrimonialibus, etiam quoad causas profanas (quidquid sit, an licitè id agant) disponere possunt, cum sint veri illorū Domini. *Garsias de beneficijs, p. 2. cap. 1. num. 9. Lelius Zecchius de rep. tit. de benef. num. 10. Nauar. de reddit. Eccles. q. 1. monit. 33. num. 2. & 4. vers. quae ratio, Soto de iust. lib. 10. q. 4. art. 4. col. 4. vers. cum ergo.* Garsias. Lel. Zecc. Nauar. Sot.

Dub. 9. An idem etiam dicēdum sit de tota portione pro victu beneficiarij assignata, quam in dies sibi subtraxit, ex eo quia aliundè, vnde viuere habuit, an inquam de hac etiam beneficiarius testari valeat.

Respondeo affirmatiuè, eadem prorsus ratione

D. Thom. dubio præcedenti assignata. *S. Tho.2.2.quæst.185.*
Filiuc. *art.7.in corp.Filiuc.de beneficijs,tract.43.cap. 3. nu.6.* qui refert etiam, sic fuisse decisum in vna Vsselensi
Ludouis. coram Ludouisio *num*.10.

Dub.10.An præterea idem quoque dicendum sit de fructibus, qui congruę beneficiariorum substentationi supersunt, nimirum, quod de illis etiam beneficiarij testari valeant.

Respondeo affirmatiuè,etiam quoad causas profanas,si alicubi adsit consuetudo quoad hoc legitimè introducta, cùm consuetudo etiam contra Canones introduci possit. *capit.final. de consuetudine*,eaquè legitimè introducta, vim legis habet. *cap. consuetudo,dist.*1.*& cap.in his,dist.*11. & consequenter tuta conscientia obseruari potest, vt asserunt
Megal. cõmuniter Doctores.*Megal.tom.2.var.resolut.*147.
Bonac. *num.*3.*Bonac.de leg.disp.*1.*quęst.*1.*puncto vlt.* §. 3. *nu.*
Suar. 28.*in resp. cũ Suar.& de oblig. beneficiariorum,disp.*4.
Sot. Azor. *puncto* 3.*num.*2.*Soto lib.*1.*de iust.quæst.*7.*Azor.*1.*par.*
Couar. *lib.*5.*cap.*17.*Couar.in cap.cum in officijs,num.*23.con-
Elis. Dáza. tra Elis. Danza in pugna Doctorum *tom.*2.*cap.*5.*de præcedentia,num.*6.asserentem,consuetudinem contra Canones introduci non posse. Item *Filiucius*
Filiuc. *tractatu* 34.*num.*159.Quod tamen non procedit, si fructus,qui supersunt,pro reparatione Ecclesiæ necessarij sint,cùm huiusmodi reparatio ex iustitia fieri debeat,ex eo quia semper tãquam certissima hęc supponitur testatoris voluntas,qui sua bona Ecclesiæ reliquit,nimirum,quòd ministri indè alantur,& necessitatibus Ecclesiæ occuratur: cui obligationi per consuetudinem in contrarium derogari non potest,quia materia consuetudinis debet esse talis,vt

Do-

Doctores communiter asserunt, quę posit esse materia legis, cùm ipsa consuetudo lex postea euadat; cùm autem materia legis non posit esse materia iniqua, & iniusta contra ius diuinum, vel naturale, cuiusmodi est talibus fructibus, qui supersunt, necessitatibus Ecclesiæ, contra testatoris voluntatem non occurrere, cum hoc sit contra ius naturæ de fidelitate testatori seruanda, ergo nec hoc idem potest esse materia cõsuetudinis; Neque præfatæ obligationi derogari potest per præscriptionem; nam ad legitimam præscriptionem requiritur bona præscribentis fides *Reg. 2. de reg. iuris, in 6.* quæ in beneficiarijs deficit, cùm nemo sit, qui suæ Ecclesiæ necessitates non agnoscat, & se ad illas, fructibus Ecclesiæ reparandas obligari ignoret; colligitur ex Azorio citato, *quæsito 4. Salas disp. 29. sect. 2. nu. 12. uers. ratio est, & sect. 6. num. 65. Regin. lib. 13. n. 243. & num. 253. & Bonac. de restit. disp. 1. quæst. ultima, pun. 2. §. 2. n. 14.* Quod supra dictum est, nimirũ, quod beneficiarii de huiusmodi fructibus vi consuetudinis ad causas profanas testari non possunt, cum reparationi Ecclesiæ necessarij sunt, eadem prorsus ratione dicendum quoque est, si ad succurrẽdum alicui, vel aliquibus grauibus, & præsentaneis pauperum illius loci, vbi adest beneficium necessitatibus, necessarij esset, quia hæc etiam supponitur esse mens illorum, qui bona Ecclesiæ dederunt, vt non solum ex illorum fructibus vna pars cedat in substentationem ministri, & secunda in reparationem Ecclesiæ, vt paulò ante dictum fuit, sed etiam, vt tertia in subleuandis pauperum loci beneficij necessitatibus insumatur, vt probat Pesantius multis adductis in

Azor. Salas. Regin. Bonac.

Pesantius.

S.Thom. 2.2.*D.Thomæ,quæst.62.art.2.disp.4.num.3.*contra quam testatorum, seu donantium intentionē consuetudo, ratione vt supra adducta, introduci nullatenus potest, & consequenter, nec vi cōsuetudinis, contra talem intentionem in testamentis condendis, beneficiarijs ire fas est. *Pesantius sup.cit.* Pesantius.

Dub.11. An Canonici de suis etiam distributionibus validè testari possint.

Respondeo affirmatiuè, cùm hæ non dentur, etiā pro reparatione Ecclesiæ, & intuitu pauperum, sed absolutè pro interessentia, ac eorum seruitio, & labore, & consequenter de illis, sicut de bonis patrimonialibus disponere queunt, ita tamen, quod nec spolio quidem subsunt. *Iulius Clarus q.27.de test. Azor.lib.7.cap.9.q.10.p.2.Bonac.de contract.lib.disp.3.q.17.punct.2.num.4 fin.* Iul. Clar. Azor. Bonac.

Dub.12. An in testamento cœci, vtroque oculo carentis, octo testium numerus necessariò requiratur.

Respondeo in ordine ad causas profanas, cum Notario, vel Tabellione, vel alio, loco ipsius, septē sufficere testes. *l.vlt.C.de codicillis*, sed sine Notario, requiri octo, *l.hac consultissima, C. qui testam. facere possunt*, in ordine verò ad causas pias, sufficere duo. *cap.relatum primo, de testam.* in quo casu solemnitates iuris ciuilis locum non habent, ex eodem capitulo *relatum. Iulius Clarus §. testamentum, quæst. 6. num.1.Couar.de testam.cap.11.nu.9.Filiuc.tract. 34. num.153.& 154.* quod idem de duobus testibus ex probabiliori sententia dicendum etiam de testamēto facto inter liberos, idest in fauorē illius, qui aliàs succederet ab intestato, cùm in hoc casu cesset su- Iul. Clar. Couar. Filiuc.

spi-

ſpicio fraudis. *Molfeſ. in ſum. part. 2. tract. 13. cap. 2. num. 94. Oinot. inſtit. quibus non eſt permiſ. facere teſtamentum.* Molfeſ. Oinot.

Dub. 13. Dictum fuit dubio præcedenti, quòd in cauſis pijs pro validitate teſtamenti duo teſtes ſufficiunt; Quæritur, an hoc numero teſtium deficiẽte; Vel quoad cauſas profanas, deficiente teſtium numero, vel alijs ſolemnitatibus de iure ciuili requiſitis, teſtamentum validum ſit.

Reſpondeo quoad primum, in ordine ad validitatem pro foro externo, vide Auctorem hic dub. 8. in ordine verò ad forum conſcientiæ, ſecundũ probabiliorem ſententiam, adhuc tale teſtamẽtum validum eſſe, cùm lex non irritet aliter factum, in quo caſu, ſola voluntas teſtatoris ad dominium transferendum ſufficit.

Ad ſecundum verò idem reſpõdeo in iis caſibus, in quibus lex non irritat aliter factum; nam ſi illud irritet, huiuſmodi ſolemnitates, & teſtium numerus cenſetur appoſitus tãquam forma in ordine ad dominium transferendum, ac proinde nec teſtamentum, nec alius contractus, iis deficientibus, validus erit. *Filiuc. tract. 34. nu. 154. 155. & 156. cum Couar. in cap. quamuis pactum, p. 2. §. 4. n. 4.* Filiuc. Couar.

Dub. 14. An dentur caſus, in quibus minor teſtiũ numerus, quàm ſeptem, qui de iure ciuili, *§. fin. inſtitut.* in teſtamento requiruntur, ad illius, vel alterius diſpoſitionis vltimæ volũtatis validitatem, ſufficiat.

Reſpondeo affirmatiuè, & quidem; Primò in teſtamento ad pias cauſas, & facto inter liberos, vt dictum eſt ſupra dub. 12. *Em. Sà verb. teſtam. n. 15.* Se- Em. Sà.

cundò

cundò in testamento militis, facto in tētoriis, in quo duo testes sufficiunt; & in conflictu hostium, sufficit si ipse solus sanguine, vel atramēto illud in clypeo, vagina, &c. scribat, manusquè probetur, *l. miles, C. de testam. milit. Tuscus verbo testam. milit. concl.* 119.

Tuscus.

Tertiò in eo loco, vbi, quod minor testium numerus requiratur, est vsu receptum. Quartò in testamento facto rùri, vel in alio loco, vbi plures testes haberi nequeunt, quàm quinque, *l. fin. C. de testam.* quod idem de testamento facto tempore pestis est asserendum. *Molses. in sum. 2. p. cap. 2. n.* 136. *& seqq.*

Molses.

Quintò in testamento facto coram Principe, vel Iudice, vel Parocho, vel alio Sacerdote eius munere supplente, in quo duo, vel tres testes sufficiunt, *l. omnium, C. de testam. Eman. Sà cit. n.* 13. *Bonac. de cōtract. disp. 3. q. 17. puncto 5. num.* 4. Sextò in testamēto parentum, etiam cœcorum, inter filios, & eorum descendentes, in quo sufficit, si pater illud scribat, vel subscribat, etiam si nullus testis adsit, vel si coram duobus testibus suam voluntatem exprimat, *l. hac consultiss. C. qui testam. face. poss. §. ex imperf. Syluest. verb. testam. 1. num. 3. vers. 8. Eman. Sà cit. num.* 8. *&* 11. Septimò, in codicillo, in quo quinque tantùm testes requiruntur, nisi sit codicillus militum cœcorum, vel factum inter liberos, tunc enim tot testes in eo requiruntur, quot in eorundém testamento. *l. vlt. C. familiar. Bonac. cit. punct. 1. n.* 4.

Em. Sà.
Bonac.

Sylu.
Em. Sà.

Bonac.

Dub. 15. Cuius qualitatis debeant esse testes, de iure ciuili ad validitatem testamenti requisiti.

Respondeo debere esse; Primò puberes, prout infra dub. 20. sed in testamento militis, inter liberos, & ad causas pias, sufficit, si sint pubertati proximi,

qui

qui pro talibus communiter habētur masculi, si decimum annum cum dimidio excedant; fœminæ verò nouem cum dimidio, quod sanè Iudicis arbitrio determinandum relinquitur. *Sanchez de matr. lib. 1. disp. 51. num. 24. Molin. tract. 2. de iust. et iur. disp. 125. initio, Bonac. dub. praeced. cit. puncto 5. n. 3. vers. sed redeamus, Eman. Sà verb. testam. n. 4.* Secundo non debent esse serui, vel saltem haberi pro seruis. *Regin. lib. 25. n. 622. vers. addit porro, Filiuc. tract. 34. n. 147.* Tertiò non debent esse fœminæ, quæ tamen in testamento ad causas pias admittuntur; item in testamento militis, & inter liberos, in codicillis, & in testamento, vbi apponitur clausula codicillaris, in testamento facto ruri, & tempore pestis, cùm plures quinque testibus haberi nequeunt, vel quando non ad testatoris voluntatem probandam, sed ad illam declarandam assumuntur. *Eman. Sà verb. testam. nu. 4. 8. & 22. Bonac. cit. vers. sextus significat.* Sanch. Molin. Bonac. Em. Sà. Reginald Filiuc. Em. Sà. Bonac.

Dub. 16. An clerici de aliquibus bonis validè testari possint.

Respōdeo affirmatiuè, & quidem mortuo patre, de bonis patrimonialibus, vel quasi patrimonialibus; ipso verò viuēte, de bonis castrēsibus, vel quasi castrensibus, & de aduentitijs etiam post clericatum acquisitis, cum hæc, respectu clerici quasi castrensia reputentur. *Authen.* Presbyteros, *1. C. de Episc. & cler. Mantica de coniecturis vltimarum voluntatum lib. 2. tit. 9. num. 4. Iulius Clarus, §. testamentum, q. 27.* de acquisitis verò ante clericatum, nonnisi ad causas pias, & cum licentia patris, vt vult idem Clarus §. *cit. q. 5. num. 7.* quæ si deficiat, legatum erit inualidum, cùm testentur id, quod absolutè ipsorum non Mant. Iul. Clar.

est,

est,nempè etiam vsũfructum, qui respectu taliũ bonorum,est patris, nisi fortè cum hoc onere vsusfructus de huiusmodi bonis disponant; Quænam verò dicantur bona castrensia, de quibus filiusfamilias, etiam laicus absque licẽtia patris disponere potest, *l.Castren.ff.de pecul. Castr.l.cũ multa, C.de bon.quę lib. acquir.*quænã verò aduẽtitia, de quibus nonnisi cũ ipsius licentia nequit, vide Auctorem hic dub. 5. vers.dico secundo, & dico sexto.

Dub. 17. An testator suum testamentum validè reuocare possit.

Respondeo affirmatiuè;nam testamentum ex sua natura semper est reuocabile ex cap.*vlt.volunt.* 13. *q.*2.*cap.cùm Martha,de celebrat.miss.& l.si quis, in princ.testam.ff.de legat.*3.& hoc,etiam si testator pęnam ibi sibi adiecerit in casu, quo illud reuocaret, vel illud non reuocare iurasset, quia per hoc non tollitur,quin testamentum adhuc reuocabile sit, licet tunc testator cum iurat,testamentum postea reuocando,peccet,nisi fortè fuerit iniquum. *Vasquez in opusculis,*§.*testamentum,cap.*2.*&* 8.§.1.*dub.*5. *Couarr.de testam.p.*2.*num.*15.*Filiuc.tract.*34.*num.*172. 173.*&* 174.*Victorel. apud Eman. Sà verb. testam. num.*34.

Vasq. Couar. Filiuc. Victorel. Eman.Sà.

Dub.18.An testamentum inualidum,iuramento firmetur.

Respondeo affirmatiuè, quia iuramentum additum contractui,firmat contractum, & hoc siuè fiat ante,siuè post contractum, & etiam si cõtractus initus fuerit ante pubertatem, & contrahens post pubertatem,se contractui antea facto non controuersurum iuret. Quod tamen intelligitur de contractu

inualido iure ciuili, vel canonico, ex defectu. s. cōditionum, & alicuius requisiti ex ijsdē iuribus, pro vt patet ex Auth. *Sacram. puberū, C. si aduers. vendit.* & colligitur ex capitulo *quamuis pactum*, iuncta glos. *vers. seruare, de pactis, in 6. & c. 2. de iureiurand. eodē tit.* non verò de contractu inualido de iure naturæ, vtpotè materiam illicitam, & intrinsecè malam cōtinente; talis enim contractus iuramēto firmari nullatenus potest. *Layman. lib. 4. tract. 3. cap. 8. de iuramento, num. 1. & ante illum, vers. loquimur, Sanchez in sum. lib. 3. cap. 12. num. 28. & 29. Bonac. de contract. disp. 3. q. 17. pun. 5. num. 7. Seraphinus de priuileg. iuramenti, priuil. 61. num. 8.* Layman. Sanch. Bonac. Seraphin.

Dub. 19. An filiusfamilias testari possit de peculio profectitio, vel mixto *profectitio*, idest de bonis, quæ à patre proficiscuntur, vel occasione patris illi relinquntur, *mixto*, scilicet ex profectitio, & aduētitio, & sunt bona, quę acquirit filius sua industria ex bonis paternis, puta colendo agros, negotiando, &c.

Respōdeo negatiuè de bonis primi generis, quia sunt absolutè patris; de alijs verò idem etiam asserunt nonnulli eadem ratione; alij verò dicunt de medietate talium bonorum, iudicandum sicut de bonis aduentitijs, vt in dub. 16. fine dictum est. Vide *Nauar. cap. 17. num. 144. Molin. de iust. & iur. disp. 234. & seq. Syluest. pecul. 1. q. 12. Filiuc. tract. 31. n. 95. 96. & seqq.* Nauar. Molin. Sylu. Filiuc.

Dub. 20. An impuberes, nempè masculus ante decimumquartum, & fœmina ante duodecimum annum expletum testari valeant.

Respondeo negatiuè, quoad causas profanas, cū

nondum perfectum rationis vsum habere supponatur, *l. vlt. C. de testam. mil.* & hoc etiam si malitia suppleat ætatem, quæ sanè in casu, quo lex certam præscribit ætatē, illam supplere non potest; Quoad causas verò pias, si re vera vsum rationis attinxerint, possunt, ratione qua supra dub. 12. Verum est tamen, quod in casu, quo puberes testari queunt, sufficit si vltimum decimi quarti, vel duodecimi anni diem inchoauerint, quia dies cœptus, in fauorabilibus habetur pro completo. *l. qua ætate, ff. de testam.*
Molf. *Molfesius in sum. p. 2. tract. 13. cap. 2. num. 74.*
Bonac. *Bonac. de contract. disp. 3. q. 17. punct. 2. num. 3. vers. quarto impubes, & seqq.*

Dub. 21. An pupilli cum consensu tutoris, vel si malitia suppleat ætatem, testari validè possint.

Respondeo negatiuè, quia cùm testamentum fiat in ordine ad mortem, tutor hanc licentiam dare nō potest, cùm ipse constitutus sit, vt consulat viuenti, & non morienti, nec alioqui malitia supplere potest
Molfes. ætatem, ratione qua supra dub. præcedenti. *Molfes. in sum. p. 2. tract. 13. cap. 2. num. 75.*

Dub. 22. An dentur alij casus, præter assignatos ab Auctore hic in numeris dubij 5. in quibus filijfamilias existentes sub potestate patris, absque ipsius licentia testari valeant.

Respondeo affirmatiuè, & sunt; Primò si pater sit hæreticus, vel professionem in approbata Religione emittat; Secundò si sit ab hostibus captus, quia tunc præsumitur mortuus, qui tamen, si ante mortē filij liberetur, rumpitur testamentum interim à filio
Simeon. de Præt. factum. *Simeon de Prætis, de interpret. vlt. volunt. lib. 2.*
Iul. Clar. *interpr. 1. sol. 4. num. 78. Iulius Clarus §. testam. q. 18.*

Can-

Cantera in suis qq. crim. in qq. tangen. punitionem delictorum, cap. 1. num. 35. Sanchez in sum. lib. 2. cap. 16. num. 18. Cantera Sanch.

Dub. 23. Quinam de iure testari prohibeantur.

Respondeo esse; Primò hæreticos, eorumquè receptatores, fautores, & defensores; Cardinales hostiliter insequentes, vel percutientes, ac vsurarios manifestos, vt dictum est supra dub. 6. quod intelligitur post sententiam criminis declaratoriam, nam ante, suorum bonorum dominium habent, ac proinde validè testari queunt; cùm pœnæ priuatiuæ, puta inhabilitatis, priuationis, &c. nonnisi post talem Iudicis sententiam contrahantur, exceptis tamen cẽsuris, quæ ferunt secum executionem, si sint ipso iure latæ, & irregularitatibus, nonnullisquè alijs pœnis, quæ ex consuetudine absque tali declaratione incurruntur; & hoc secundùm aliquos, etiã si quoad huiusmodi pœnas priuatiuas, lex dicat, *ipso iure, ipso facto incurrantur, testamentum irritum sit, &c.* vt habetur de vsurariis manifestis in capitulo *quamquã, §. vltimo, de vsuris*, & etiam si lex dicat, *absque alia declaratione, ipso facto, &c. Couar. 4. decretal. 2. p. cap. 6. §. 8. num. 10. vers. tertio hinc deducitur, Sanch. in sum. lib. 2. cap. 22. n. 20.* & alij apud ipsum; Secus verò si dicat, *ipso facto incurrantur in conscientia; beneficium vacet in conscientia, &c. Merol. tom. 2. disp. 4. cap. 5. n. 98. Regin. lib. 13. num. 295.* licet Sà *verb. pœna, n. 1.* in hoc etiam casu, contrarium teneat. Secũdò damnatos ob libellum famosum, *l. is cui, §. si quis ob carnem, qui testam. facere possunt*, secus de damnatis ob aliud crimen. *Molin. tom. 1. de iust. & iur. disp. 137.* Tertiò damnatos ad mortem, nisi fortè à sententia

Couar. Sanch. Merol. Regin. Eman. Sà. Molin.

appellauerint, vel alicubi contrarium ſit vſu receptum, quando bona non publicantur, *l. is cui*, §. 1. *ff. qui teſtam. facere poſſunt*, *Vincen. de Franchis dec.* 501. Secus dic de damnato ad perpetuos carceres; de damnato verò ad exilium, & de bannito, ſeruanda locorum conſuetudo. *Filiuc. tract.* 34. *n.* 157. Quartò Religioſos profeſſos, ſi id agant abſque licentia Papæ, vt dictum eſt ſupra dubio primo. Quintò ſeruos, qui vere, & propriè ſerui ſunt, ſi id præſtent ſine dominorum ſuorum conſenſu. *l. de ſtatu, ff. de teſtam. Megal.* 2. 2. *lib.* 2. *cap.* 5. *inſtit. Confeſſ.* licet iſti capaces ſint, vt ex teſtamento, &c. inſtituātur. Sextò pro captiuis, vel pro pace componenda, abſque Principis licentia in obſides datos, ſi ignorent, an ad priſtinum ſtatum redituri ſint. *l. obſides, ff. de teſtament. Molſeſ.* 2. *p. ſum. tract.* 13. *cap.* 2. *n.* 10. Septimò vſu rationis carentes, nec lucida interualla habentes. *l. furioſum, C. qui teſtam. fac. non poſſunt*, qui ſanè nequidē ad cauſas pias teſtari queunt; quare, qui teſtari incipit, & antequam teſtamentum abſoluat, in amentiā labitur, illius teſtamentum erit nullum; quòd ſi de amētiæ ceſſatione dubitetur, vſque dum per teſtes, vel probabiles coniecturas hoc probetur, ſemper tales ſupponi debent, cùm conſtet de amentia, non verò de liberatione. *Molin. cit. diſp.* 136. *verſ. à primò*; Quod ſi nō ſit clarum, ꝙ quis ſit amēs, qui nunquā talis antea fuerit, ſed de hoc dubitetur, & ſigna non ſint certa, tenendū, ſui voti cōpotem eſſe, teſtariquè valide poſſe, cum poſſeſſio ſtet pro ipſo; ſupponitur enim naturam feciſſe id quod melius eſt, ideſt hominem perfectum, ſanè mentis, & non fatuū. *Fagundez de contract. lib.* 1. *c.* 11. *ſub tit. amētes, n.* 5.

Octa-

Octauò, surdos, & mutos à natiuitate, *l. discretis, C. qui testamentū f..c. possunt*; qui tamen si signis propriā volun atem explicare possint, ad pias causas testari queunt, & ad profanas etiam, cum priuilegio Principis, quod de iure militibus surdis, & mutis conceditur, *§. quinimmo instit. de militari testamento, Tuscus verbo testari, concl. 120. n. 9. & 13.* Secus verò dic de surdastro, & de surdo, sed non muto. *l. discretis, §. sin autem, C. qui testam. fac. possunt*, & de muto ex accidenti, qui scribere prius didicerit, suamquè voluntatem scripto exprimat. Nonò eos, qui articulatè loqui non possunt, ita vt hæredem exprimere nequeant. *l. iubemus, C. de testam.* sed hoc limitandum iuxtà dicta numero præcedenti. 8. de surdis, & mutis. Decimò, prodigos post quam tamen bonorum administratio eis interdicta fuerit, ante verò, etiam quoad causas profanas validè testari possunt. *Regin. lib. 25. n. 624.* Tuscus. Reginald.

Dub. 24. Quinam constitui nequeant tutores.

Respondeo esse; Primò impuberes, & minores, *l. si hæreditas, §. si furiosus, ff. de testam. tutela. & l. fin. C. de legit. tutela.* Secundò furiosos, mētecaptos, prodigos, perpetuo etiam morbo laborantes, vt vult Filiucius *tract. 39. n. 55.* mutos, vel surdos; secus si balbutiant, vel si sint surdastri. *l. fin. ff. de legit. tutorib. Bonac. de contract. disp. 3. q. 19. pun. 3. num. 1. vers. secundo furiosum.* Tertio seruos, *l. in seruili, C. qui dari tut. possunt.* Quartò fœminas, *l. 1. C. quando mul. tut. off. fung. pot.* exceptis tamen matre, & auia, quæ si postea ad secundas nuptias transeunt, vel secūdùm Sà *verb. curator, n. 3.* si incontinentem vitam ducant, statim tutelam amittunt *l. 2. C. eodem tit.* Quintò Re- Filiuc. Bonac. Eman. Sà.

ligiosos, *cap. fin. dist.* 86. *& Authen. de Sanctis Episc.* §. *Deo autem amabiles, collat.* 9. idquè intelligitur de omni specie tutelæ, & etiam si id agant de suorum Superiorum licentia, cùm hi in iuris prohibitione, vti inferiores dispensare nequeant. *cap. cùm inferior, de maioritate, & obed. & Clement. ne Romani, de elect.* & prætereà etiam respectu miserabilium personarũ, nisi fortè extrema vrgeat necessitas, cùm tunc concurrat lex charitatis, quæ vtpotè diuina, iuri positiuo de tutela non acceptanda præcedit. *Sanchez in sum. lib. 6. cap.* 14. *n.* 22. *& seqq. Barbos. de iure Eccles. lib.* 1. *cap.* 43. *n.* 57. *Molin. tom.* 1. *de iust. disp.* 221. *col.* 3. *verb. Religiosus*; Nonnulli tamen volunt, hanc prohibitionem intelligi de tutela tantùm testamentaria, vel datiua, non verò de legitima. *Azor. tom.* 1. *instit. moral. lib.* 12. *cap.* 11. *q.* 3. *ex Syluestro verb. tutela, q.* 3. Sextò creditorem, vel debitorem pupilli. *Auth. minoris, C. qui dari tut. pos.* excepta tamen matre, *Auth. ad hæc, C. quando mulieres*, & tutore testamentario. *Nicas.* §. *si inter tutorem. n.* 1.

Dub. 25. Quinam testamenti executor esse possit, & an Religiosus hoc munus suscipere valeat.

Respondeo, quoad Primum, consulendum esse Auctorem hic dub. 11. quoad Secundum verò dico, Religiosum testamenti executorem validè cõstitui posse, sed cum licentia sui Superioris. *cap.* 2. *de testam.* quam sanè immediatus Monasterij Superior, tàm pro se accipere, quàm suis subditis dare potest, nisi aliud ferat Religionis cõsuetudo, vel statutum, quia cùm textus de legitimo Superiore loquatur, posita in contrarium Religionis consuetudine, vel statuto, quod immediatus Monasterij Superior illã

Sanch. Barbos. Molin. Azor. Sylu. Nicas.

dare

dare non possit, sed solùm Generalis, verbi gratia Prouincialis,&c. (vt in nostra Congregatione consuetudine introductum est,& ex peculiari etiam statuto nostratum Constitutionum super cap. 62. *n.* 1. & super cap. 21. *num.* 1. *Regulæ*, à Clem. VIII. confirmatarum, habetur, quod Abbas Generalis tãtùm, & in eius absentia à Regno Neapolitano, eius Vicarius Generalis literas dimissoriales pro ordinibus sacris recipiendis, Monachis expediat) tunc immediatus Monasterij Prælatus, ad hanc licentiam concedendam, legitimus Superior nequaquam iudicabitur. Hanc autem licentiam, tenent Syluester, & Fagundez infra citandi sufficere quoad validitatem actus, exercitij scilicet officij tutoris, si sit tacita, puta si Superior Regularis videat hoc officium à suo subdito exerceri, & non contradicat cum possit, quia aiunt, taciti,& expressi, idẽ est iudicium. *l. cũ quid, ff. si certum petatur, l. si filiusfamilias, ff. eod. tit. l. vltima, ff. de legat. 2. l. item quia, ff. de pactis, & l. vlt. C. qui bonis ced. poss.* atque adeo, dum licentia est tacita, perinde se habet, ac si sit expressa, petita scilicet,& obtenta. *Syluest. verb. testam. 2. q. 2. Fagundez tom. 4. de iustitia, & iure, lib. 6. cap. 11. num 4. Molin. tom. 1. de iust. disp. 247. col. penult. Rosel. verb. Religio 1. num. 10. Rodriq. in qq. Regul. tom. 3. q. 70. nu. 1. Sanchez in sum. lib. 6. cap. 11. num. 5. Elis. Danza in pugna DD. tom. 1. sub tit. Monachus quando agat. cap. 1. n. 18. fine.* Sylu. Fagund. Molin. Rosel. Rodriq. Danza.

Dub. 26. An Religiosi, quibus specialibus suæ regulæ constitutionibus officium executoris exerceri prohibetur, tale munus suscipere possint.

Respondeo negatiuè, nam, vel huiusmodi con-

stitutiones sunt à Summo Pontifice approbatæ, seu confirmatæ; & sic per hanc confirmationem derogatur prefato capitulo 2. *de testament.* dub. præcedẽti adducto, vbi generaliter Religiosis conceditur, vt hoc munus de suorum Superiorum licentia acceptare, & exercere valeant, aliàs Summus Pontifex sibimet ipsi contradiceret, quod supponi non debet; vel sũt factæ capitulariter à Regularibus pro bono communi Religionis, & communiter acceptatę, & sic ratione acceptationis, & promissionis obseruantiæ earundem, nec subditi hoc munus acceptare, nec Superiores acceptandi facultatem concedere possunt, cùm iam per hoc, proprio fauori per prædictum capitulum sibi à Pontifice facto, cessisse censeantur, & alioqui vnusquisque suo fauori cedere potest. *cap. gratum, de offic. deleg. & l. si quis in conscribendo, C. de pactis, Nauar. lib. 3. de restit. cap. 1. p. 3. in nouis dub. 1. num. 167. Sà verb. testam. num. 44. Sanchez in sum. lib. 2. cap. 11. num. 7.*

Nauar. Eman. Sà. Sanch.

Dub. 27. An fratres, & sorores testatoris, ipsius testamenti executores constitui possint.

Respondeo affirmatiuè, cùm id in iure minimè prohibeatur, immò fœminis hoc munus cõceditur. *l. à filio, in princ. ff. de aliment. legat.* Quare si testator dicat, *constituo meos fratres*, intelliguntur masculi, & non fœminæ; fœminæ verò, si ipse vnus tantùm fratrem masculum habeat, reliquæ autem sint fœminę. *Molin. tom. 1. disp. 247. col. vlt. vers. fœmina*; cæterum ætas ad hoc munus executoris requisita, erit ætas annorum supra decem, & septem, ex capitulo *qui generaliter, §. vlt. de procur. Bonac. de contract. disp. 3. q. 18. puncto 3. n. 1. vers. quarto adolescentem.*

Molin.

Bonac.

Dub.

Dub.28. An officium executoris, Religioso relictum, transeat in Monasterium.

Respondeo negatiuè, cùm sit officium personale, ac proinde cẽsetur electa industria personę, quæ nullo modo variari potest, quod idem dicendum, si hoc officium relictum sit alicui personæ seculari, eaque moriatur, illud enim ratione mox allata ad suos non transit hæredes. *Sanch. in sum. lib. 6. cap. 11. num. 21. cum Bald. in l. id quod pauperibus, 24. n. 10. C. de Episcopis, & cler. & Iasone l. cùm quis, num. finali, ff. de verbor. obligat.* vbi hi fatentur in tali officij deputatione industriam eligi personæ, atque adeò ea defuncta, ad alios, qui in illius iure succedunt, transire neutiquam posse. Sanch. Bald. Iason.

Dub.29. Si infirmus, cũ omnibus de iure requisitis testari incipiat, & inter testandum moriatur, an testamentum validum sit.

Respondeo, quod si id, quod incipit testari erat completè dispositum quo ad legata pia, nimirum si infirmus post dispositionem, exprimere incęperat conditiones, quibus legatum adimplendum erat, easquè completè expresserat, tale testamentũ, quoad legata pia valet, etiam si illud non principaliter, sed incidenter, seu minus principaliter quoad legata pia testator facere intẽdisset, quia in legatis pijs, sola testatoris voluntas, verbo, vel scripto coram duobus saltem testibus (vt esset in hoc casu) ostensa attenditur; & cum testamẽtum, in quo disponitur de causis pijs, & non pijs, non valet ob aliquem defectum quoad dispositionem causarum non piarũ, valet tamen quoad dispositionem causarum piarũ, si solemnitas pro illa requisita, in testamento cõcur-

rat; secus verò si testator, conditiones exprimere inceperit, & moriatur, quia tunc infirmus non censetur legare, nisi dependenter ab illis conditionibus, cum quibus disponere cęperat; ergo cum eas exprimere non possit, simpliciter legasse non censetur; si verò erat perfectè dispositum quoad nonnulla legata non pia, & testator alia etiam legare, & vlterius procedere volebat, testamentum nullum est; nam in legatis non pijs non attenditur solum voluntas testatoris exterius significata, prout in testamento ad causas pias, sed validitas testamẽti dependet à conditionibus, à iure ad eius validitatem præscriptis, inter quas vna est, vt testamentum sit quoad omnia substantialia, scilicet quoad omnia, de quibus in eo per testatorem disponendum est, completum, quod non accidit in hoc casu; si verò dubitetur, an testator vlterius procedere, & alia etiã disponere voluisset, testamentum validum est, prout habetur ex lege *si is, qui, ff. de testam.* cum in dubio tenendum sit, vt actus valeat. *l. quoties, ff. de rebus dubijs*, ac proinde, vt testator alia disponere noluisset, quia sic actus, idest infirmi dispositio valet; Et ex his omnibus patet quomodo intelligi debeat id quod dictum fuit supra dubio 23. vers. *Septimo vsu rationis carentes*, nimirum, quod qui testari incipit, & antequam testamentum absoluat, in amentiam labitur, illius testamentum erit nullum.

An autem si testator iusserit vocari Notarium, & testes ad finem dispónendi hoc, vel illud pro causis pijs, ita vt multi fide digni id audiant, ac de ipsius voluntate fidem faciant, et interim, antequam vocati perueniant, infirmus moriatur, eius dispositio

quoad

quoad causas pias valida sit, certe nulla est, si dixerit, se velle legare; aliud enim est velle legare, aliud verò de facto disponere; primus actus non est executioni positus, & non valet; secundus verò est positus, & valet; si verò dixerit, *ego actu dispono hoc, illud, &c. pro causis pijs*, puta ad hunc, vel illum effectũ piũ, & his dictis, ante aduẽtũ Notarij, ipsius iussu vocati moriatur, eius dispositio valet, ratione qua supra, quia scilicet volũtas testatoris, etiam verbo expressa coram duobus saltem testibus (quos Sanchez infra citandus asserit, etiam si sint fœminæ, vel infames de iure inhabiles ad testificandum, quoad dispositionem huiusmodi causarum piarum habiles esse) subsistit. *Gomez l. 3. Tauri, num. 18. & 19. Sanchez in consilijs, tom. 2. lib. 4. cap. 1. dub. 9. & dub. 7. & Couar. apud ipsum, cũ Layman.* & alijs. Gomez. Sanch. Couar.

Dub. 30. An vbi est consuetudo, vt Episcopi per se, vel per alium faciant testamentum ad pias causas de bonis decedentium in eorum Diœcesi ab intestato, talis consuetudo seruanda sit.

Respondeo affirmatiuè, quia cum hæc consuetudo bona sit, & fauorem animæ ab intestato mortui respiciat, vim legis habet. *l. de quibus, ff. de legibus, §. ex non scripto, Instit. de iure naturali gentium, cap. fin. de consuetud. cap. consuetudo, 1. dist. l. 2. C. quæ sit longa consuetudo*, & quod consuetudine fit, iure fieri dicitur, prout tenet Tiraquellus *in tract. le mort. in præfat. declar. 7. n. 5.* ergo cum lex seruari debeat, etiam talis consuetudo seruanda est, vt realiter seruatur in nostra Diœcesi, & iurisdictione Sacri Monasterii Montis Virginis de Monte, oppida, & vasallos habentis; De quanta autem portione bonorum mor-

tui ab intestato Episcopus disponere queat, praxim suæ Diœcesis inspicere debet; caueat tamen, nè in hoc, se nimis pecuniæ amatorem ostendat, sed omnia prudenter agat, & zelo animæ mortui dumtaxat id facere demonstret; ita tamen, vt habita prius ratione qualitatis, & facultatum mortui, & suorum consanguineorum pauperum, si quos habeat, secũdum eorum conditionẽ, in ea postea quantitate sibi prudẽter benè visa de bonis mortui disponat; & hoc nè det anzam scandalis, & consanguineorum mortui murmurationibus. An autem Episcopus hoc testamentum facere valeat de bonis illorum decedẽtium ab intestato, qui de iure testari prohibentur, certè id affirmat Riccius infra citandus, exceptis solum iis, qui de iure naturę testari nequeunt, vt sũt fatui vsu rationis carentes, &c. dicens præterea, quod licet ii, qui de iure testari prohibentur, vt sunt muti, surdi, filii familias, &c. si de facto testentur, eorum testamentum nullum sit, tamen si ad fauorem causæ piæ id agant, testamentum validum erit, & quoad filios familias, de peculio aduentitio, & de castrensi, & quasi castrensi dicit id esse certum. *Riccius 4. par. sua Praxis, Resol. 77. 78. & 79.*

Riccius.

P. D. Laurentius Cutillus.

ADDITIO.

Ad dub. 3. eiusdem Practicæ de electione sepulturæ.

DVb. 1. An qui aliquem ad promittendum simpliciter de sepultura in propria Ecclesia eligenda,

genda, vel de illa iam ibi electa non mutanda inducit, absque eo quod procuret, vt is, id facere iuret, vel vt votum de hoc præstando agat, excommunicationem Clementinę *Cupientes de pœnis, et cap. animarum periculis, de sepulturis, in 6.* incurrat. Clem.

Respondeo affirmatiuè, cùm textus etiam de simplici promissione loquatur, ibi, *vel aliàs promittendum. Bonac. tom. 3. de censur. in part. disp. 2. quæst. 5. puncto 4. num. 2. vers. secundo eum*; idquè procedit, etiam si post promissionem non sequatur effectus, idest ipsa actualis sepulturæ electio, adhuc enim verificatur, quod illum ad sepulturæ electionem promittendam, vel electam non mutandam contra textum induxerit, secus verò dic de inductione ad vouendum, vel iurandum, nisi postea votum, seù iuramentum de facto sequatur, contraria ratione. *Filiuc. tract. 15. nu. 171. Suarez de censur. disp. 22. sect. 4. n. 25.* Bonac. Filiuc. Suar.

Dub. 2. An qui aliquem ad faciendum propositũ inefficax de sepultura eligenda, vel de illa electa nõ mutanda inducit, vt si suasus dicat, *forsi lo farò*, vel, *basta Padre, &c.* excommunicationem incurrat.

Respondeo negatiuè, quia textus loquitur de promissione, quæ obligationem inducat, talè autẽ propositum, nullam prorsus obligationem parit. *Palud. apud Sayr. de censur. lib. 5. cap. 12. n. 9.* Palud. Sayr.

Dub. 3. Quid dicendum de ijs, qui sanos, & non infirmos ad præfata inducunt.

Respõdeo, adhuc hanc excõmunicationẽ incurrere, cũ textus de sanis, infirmisq; indistinctè loquatur, ibi, *ne aliquos, &c.* & hoc, secũdũ Pasqualig. etiã si sepultura ꝑ alio eligatur, q̃ non affirmo, nã textus videtur loqui de inducente ad eligendum sepulturã

pro

Pasqual. pro ſe ipſo. *Paſqualig. deciſ. 373. num. 6.* & ſecundum præfatum Auctorem, *deciſ. 375. nu. 3.* etiam si inductus, apud illam Ecclesiam debuiſſet de iure ſepeliri, in qua ad ſepulturam eligendam, vel in ea electã non mutandam inducitur, vt quia ibi adeſſet ſepultura ſuorum maiorum, &c.

Dub. 4. An Parochus inducens ſuum Parochianum, vt ſepulturam in propria Eccleſia electam mutet, hac cenſura irretiatur.

Reſpondeo negatiuè, quia hæc prohibitio eſt inducta in fauorem Religioſorum, Parochorum, Rectorum, &c. Quod autem in fauorem alicuius inductum eſt, in ipſius damnum retorqueri non debet. *l. nulla iuris ratio, ff. de legibus, l. quod fauore, C. eodem tit. & cap. quod ob gratiam, de reg. iuris, in 6.* tum quia vnuſquiſque ſuo fauori cedere poteſt. *cap. tuis quæſtionib. de teſtib. & atteſtat. C. de fideicõmiſſis, l. vlt.* Secus verò dic, ſi Parochus inducat ſuum Parochianum, vel alium ad promittendum de eligẽda ſepultura in propria Eccleſia, quia hoc eſt, quod prohibet textus, ibi, *vt apud eorum Eccleſias ſepulturam eligant*; ex quo, ſi aliquem ad ſepulturæ electionem in aliena Eccleſia promittendam inducat, non incurrit, cùm textus de inductione reſpectu propriæ Eccleſiæ ſolummodo loquatur. Tolet. *Tolet. lib. 1. cap. 36. n. 3.* Lezana. *Lezana cap. 9. num. 25.* Quod totum etiam de Religioſis in ordine ad ſuas Eccleſias aſſerendum; nam illi etiam ſub hac prohibitione comprehenduntur, ibi, *vniuerſis* Religioſis, *& ſecularibus clericis.*

Dub. 5. An qui ad ſepulturam tantùm eligendã, vel electam non mutandam aliquem inducit, ſed non ad hoc promittendum, vel de hoc præſtando,

iu-

iurandum, seù vouendum, excommunicationem incurrat.

Respondet Filiucius *loc. sup. dub.* 1. *cit.* negatiuè, quia prohibitio non est de inductione absolutè ad actum, scilicet ad sepulturæ electionem, sed de inductione ad obligationem præstandi talem actũ, puta ad iurandum, vel de sepulturæ electione faciẽda, vouendum, &c.

Dub. 6. An si id agant moniales professæ in approbata Religione, vel Nouitij, seu Nouitiæ, hanc censuram incurrant.

Respondeo affirmatiuè, quoad moniales professas, nam ly, *vniuersis Religiosis*, prout in textu, tàm masculinum, quàm fœmininũ comprehẽdit. *Menoc. consf.* 20.*n.* 17. *& consf.* 156.*n.* 23. *& consf.* 282.*n.* 12. *& consf.* 585.*nu.* 17. cùm moniales sint verè, ac propriè Religiosæ; de Nouitijs verò, id non procedit; ipsi .n. in materia penali, Religiosorum nomine minimè veniunt. *Filiuc. dub.* 1. *cit. Bonac. ibidem cit. num.* 4. *Barbos. de iure Eccles. lib.* 1. *cap.* 39. *n.* 1. *vsque ad* 10. Menoch. Filiuc. Bonac. Barbos.

Dub. 7. An qui ex ignorantia huius prohibitionis hoc præstat, excommunicationem incurrat.

Respondeo negatiuè, etiam si talis ignorantia sit crassa, vel affectata, & secundum aliquos, etiam si sit cum ingenti temeritate coniuncta, idest cum vehementi suspicione facti in contrarium, & absque vllo rationabili fundamento deposita, ex textu, ibi, *temerarios violatores*, quæ verba dolum, ac scientiam important; scientia autem, omnem ignorantiam, quæcunque illa sit, excludit; Quod idem etiam dicendum est, cùm aliqua constitutio, seù lex dicit, *qui temerè, dolosè, scienter, ausu temerario id egerit, age-*

re

re præsumpserit, &c. hæc enim verba scientiam important,& quamuis ignorantia crassa, vel affectata, quando est cum ingenti temeritate coniuncta, sciētiæ æquiparetur. *cap. eos, qui de tempor. ordin. lib.6.* tamen vere,& propriè talis ignorantia,non est sciētia; ac proinde, qui cum tali ignorantia operatur, verè,& propriè scire non dicitur, & consequenter pœnas contra aliquid scienter facientes latas, non incurrit,cùm in pœnalibus verba propriè,ac strictè accipienda sint.*cap.ex literis.de sponsalibus, & l. non aliter,ff.de leg.*3.*Diana* 3.*p.tract.*6.*resol.*7.*Merol.tom.* 1.*disp.*1.*cap.*2.*num.*646.& 654.& *nu.* 237. & 238. *Sanchez in sum.lib.*2.*cap.*10.*nu.*38.*Aluarez* 1. 2. *disp.* 158.*fine.Zacharias Pasqual.decis.*376.*num.*4.

Diana. Merol. Sanchez. Aluarez. Pasqual.

P.D.Laurentius Cutillus.

De famæ, ac bonorum restitutione.

PRACTICA VI.

SCriptum reperimus in iure, non remitti peccatum,nisi restituatur ablatum: *Reg. peccatum, de regul.iuris,in 6.* Prudens igitur Sacerdos omnē curam adhibebit,vt famæ,ac bonorum restitutio proximo fiat ab eo,qui peccata cōfitetur: Anima enim ipsius,si hoc grauetur onere, æternam damnationem sentiet.Restitutionem autem, quæ illicò fieri potest,vel ante mortem, nullo pacto in testamento relinquendam putet: Porrò hæredes ipsi,nè bono-

rum

rum commodo priuentur (*Aquæ enim furtiuæ dulciores sunt*, Prou. 9.) in graue damnum ipsius animæ, nedum dilatione vtētur, ac etiam mille inuolucris negotium implicabunt, si fieri poterit, vt hæ restitutiones non fiant. Quod quidem, quantum animabus perniciosum sit, ex sequentibus casibus facilè colligi poterit. Prou. 9. vers. 17.

Dubia aliqua circa restitutionis materiam.

DVb. 1. Quomodo restituenda est fama.

*R*espondeo, quòd vt quis restituere teneatur famam proximi, necesse est, vt sit de materia graui, recenti, & secreta; tūc enim tenetur se retractare omni meliori modo, vt integra remaneat fama proximi. Ita communiter Doctores.

Dixi, *de materia graui*, nam si erit de materia leui, non afferente infamiam, nec notabile damnum, non tenetur restituere sub peccato mortali.

Dixi, *recenti*, quia si detractio esset antiqua, & iam oblita, non tenetur se retractare, quia hoc esset infamiam renouare, sed sufficeret in genere illum laudare, tanquam honore, & deuotione præditum. Ita *Rodriq. in summa tom.* 1. *cap.* 254. *nu.* 3. *Sot.* & alij communiter. Rodriq. Sot.

Dixi, *secreta*, nam de rebus publicis, etiam grauioribus, in eadem Ciuitate, Oppido, vel Domo, non est necessaria restitutio. Ita etiam si hoc scientes, inter se mutuo colloquantur, absque animi prauitate: cum prauitate verò animi, esset peccatum contra charitatem, sed non tenerentur restituere.

Tolet. Scot. Caiet. Bart.

Ita *Tolet.lib.5.cap.65.nu.4.& 5.per totum, Scot. in 4. dist.15.q.4.Caiet.opusc.16.resp.9.Bart.in l.ex qu.,ff.de postulat.*& alij.

Dub.2. An qui detegit peccatum occultum, sed verum teneatur restituere; Ratio dubitandi est, quia videtur mendacium dicere, se retractando.

Respondeo, quod tenetur restituere famam, dicendo, se iniustè hoc de Titio dixisse; hoc enim nõ est mendacium; nam cum Titius iustè famam possidebat, iniustè abstulit detrahendo. *Rodriq. in sum. tom.1.cap.254.num.3.conclus.3. Medina in summa, fol.173.Petr.Nauar.lib.2.de restitutione,cap.4.n.183. Henriq.lib.2.de pœnitentia,cap.11.num.6.Tolet.lib.5. cap.69.num.1.vers.alter modus,&c.*& est communis.

Rodriq. Med. Pet. Nau. Henriq. Tolet.

At quando falsò infamauit, potest addere iuramentum, vt ab illis retractatio credatur. *Nauar.cap.18.num.45.*

Nauar.

Dub.3. An reuelare occultum crimen Confessario, vel Superiori, vel Patri, ob bonum illius, vt corrigatur, vel alicui probo viro pro necessario consilio sumendo, vel ob bonum aliorum, vt ab illo caueant, sit peccatum cum obligatione restituendi.

Responsio est negatiua, imò est actio meritoria, hoc enim ex charitate prouenit. Ita *Eman. Sà verbo infamare, num.4.Nauar.cap.18.num.31.32.& 33.* & alij communiter.

Em.Sà. Nauar.

Qui verò non potest famam à se læsam sufficienter restituere, debet satisfacere pecunia, vel aliare, aut petere remissionem, vel alio meliori modo, ad iudicium prudentis Confessarij, cui pœnitẽs tuta conscientia stare debet, & potest. *D.Th.dist.4.q.1. ar.8.Valent.tom.3.disp.5.q.6.p.* 5. & alij supra citati.

D. Thom. Valent.

Dub.

Dub.4. Quando facienda est restitutio temporalium bonorum.

Respondeo, quod valens statim restituere, illicò facere tenetur restitutionem, vt supra diximus, nec in testamento relinquenda est; nam hæredes difficillimè alienum restituere solent, cum detrimento animæ testatoris. Ideò Spiritus Sanctus per os Salomonis inquit, *Quodcunquè facere potest manus tua, instanter operare*; *Ecclesiastes cap.* 9. Similiter in Leuitico *cap.* 19. est præceptum à Deo de statim restitutione facienda, vbi habetur: *Nõ morabitur opus mercenarij tui apud te vsque mane*. Quare ergo testator relinquit mercedem famulorum, ac famularum post mortem illis assignandam, dum ad præsens soluere potest? Eccl.9. vers. 10. Leuit. 19 vers. 13.

Quapropter Angelicus Doctor inquit, *quod sicut accipere rem alienam est peccatum contra iustitiam, ita etiam detinere illam, quia per hoc, quod aliquis detinet rem alienam inuito domino, impedit eum ab vsu rei suæ, & sic ei facit iniuriam: manifestum est autem, quod nec per modicum tempus licet in peccato morari, sed quilibet tenetur peccatum statim deserere, secundum illud Ecclesiastici* 21. *Quasi à facie colubri fuge peccatum; ergo quilibet tenetur statim restituere, si potest, vel petere dilationem ab eo, qui potest vsum rei concedere*. Hæc *D. Thom.* 2.2.*q.*62.*art.*8. *in corp.* Eccl.c.21. vers. 2. D. Thom.

Quam sententiam omnes, tàm Theologi, quàm Canonistæ, communiter sequuntur; Vnde Cardin. Toletus expressè inquit in hoc casu, testatores esse in statu damnationis, his verbis: *Multum falluntur, qui debita (cum possint) nolunt soluere, differentes vsque*

Tolet. Nauar. D. Anton. Sylu. Tab. Caiet. Sot. Med. Phyliar. Sayr.

ad mortis teſtamentum, & qui ſic decedunt, ſecundum communem ſententiam, in peccato decedunt. Tolet. lib. 5. cap. 24. num. 3. verſ. oportet, &c. Nau. cap. 17. num. 54. D. Anton. 3. p. tit. 2. cap. 8. Sylu. reſtitutio, 5. Tab. ibid. verſ. 2. Caiet. eodem verbo, cap. 6. Sot. de iuſt. & iure, lib. 4. q. 7. art. 4. Medina lib. inſtruct. Confeſſariorum, cap. 14. §. 33. verſ. ſextum caput, &c. Phyliar. tom. 2. de officio Sacerdotis, lib. 6. cap. 28. Sayr. lib. 10. tract. 5. cap. 2. n. 1. & eſt communis.

Luc. 19. verſ. 8. D. Chryſ. in Matth. Hom. 68.

Cæterum, ſentẽtia D. Chryſoſtomi nequaquam eſt prætermittenda, dum dicit, quod Iudas damnatus eſt propter ſerotinam triginta denariorum reſtitutionem: Zacchæus vero, propter ſubitam ſatisfactionẽ ſaluatus eſt, dũ dixit: *Si aliquid aliquẽ defraudaui, reddo quadrupulum.* Non dixit reddam, ſed reddo nunc, ſtatim, &c. *Chryſoſt. Homil. 68. in Matth.*

Dub. 5. Quomodo, & quo ordine facienda ſit reſtitutio.

Reſpondeo, quod quando hæreditas eſt opulenta, & ſufficiens pro ſatisfactione omnium creditorum, tunc non eſt neceſſarius ordo, ſed ſtatim omnibus indifferenter integra facienda eſt reſtitutio.

Si verò hæreditas non erit ſufficiens, tunc ſeruãdus eſt ille ordo, quem leges, & Doctores aſſerunt, vt ſeruetur iuſtitia diſtributiua.

Bald. Nauar. Pet. Nau. D. Ant. Sylu. Caiet. Tolet.

Et quamuis in hoc variæ ſint Doctorum ſententię, nos tamen communiorem ſequemur, præcipuè Baldi iuris peritorum Principis *in l. pro debito, C. de bon. auctoritat. Iudic. poſſ.* quẽ vnanimiter infraſcripti Doctores ſequuntur, videlicet Nauarrus *cap. 17. num. 47. Petr. Nauar. lib. 4. cap. vlt. D. Anton. 2. p. tit. 2. cap. 7. §. 3. Sylu. reſt. 6. q. 5. Caietan. ibid. cap. 8. Tolet.*

lib.5.cap.25.à n.1. Medin.de rest.q.2. Eman. Sà restitutio,n.59. & alij communiter. Medina. Eman. Sà.

Ex quibus Doctoribus, nonnullæ regulæ pro recta restitutione facienda, modo sequenti, constituuntur.

Primo loco restituantur res, quæ existunt in specie, siue sint furto sublatæ, siue depositę, siue inuentæ, siue mutuatæ, siue commodatæ, & nõ consumptę, siue emptæ, & nondum solutæ, vel quocunque modo adsint apud detentorem, quæ restitutio proprio Domino facienda est, quo deficiente, pauperibus, vel Ecclesijs, consilio Confessarij, elargienda est. Ita *Pet. Nauar. lib.4. cap. vlt. Ludou. Carbon. de testam. Tolet. lib.5. cap.25. n.1.* Pet. Nau. Carbon. Tolet.

Secundo loco, dos vxoris extrahenda est, quamuis in aliquibus Ciuitatibus primum locum dos obtineat, sed nos loquimur de iure communi. *Tolet. loc. cit. n.2.* Tolet.

Tertiò loco, ijs quibus bona expressè sunt hypothecata, seu obligata, & prius, prioribus habentibus specialem hypothecam, quam ijs, qui generalem. *Sylu. verb. restit. 6. Eman. Sà restit. num. 59. Bald. cit.* & alij. Sylu. Eman. Sà. Bald.

Quarto loco, illis, qui ex licita negotiatione, vel contractu licito, aliquid accipere debent, in quo seruanda sunt iura: & si in aliqua Ciuitate sunt aliquæ consuetudines, vel aliquod particulare ius, illud seruandum est, dummodo iustum sit, secus præualet ius commune. *Tolet. loc. cit. n.2.* Quem in locũ ingrediuntur habentes hypothecã tacitam. *Eman. Sà restit. num.59.* Tolet. Eman. Sà.

Quintum locum obtinent deposita perdita in

po-

Tolet. potestate debitorum. *Tolet. cit. num. 2.* & alij.

Sexto loco, veniunt priuilegiati, scilicet creditores habentes priuilegia, vt soluantur eorum credita, secus non ingrederentur in graduationem creditorum soluendorũ. *Tolet. cit. D. Anton. loc. cit. Angel. Rest. 2. à n. 16.*

Tolet. D. Ant. Angel.

Vltimum locum obtinẽt cæteri creditores, vnusquisque pro sua rata, quantum fieri poterit, aut interposito Iudicis decreto; seruari etiam poterit anterioritas, & posterioritas illorum.

Post hos, omnes sunt hi, à quibus vsuræ acceptæ sunt, & adhuc post istos, bona incerta sunt restituẽda. *Tolet. lib. 5. cap. 25. n. 2. in fin.*

Tolet.

Qui verò bona fide soluit prius petenti, vel valdè indigenti, licet non seruauerit ordinem prædictum, excusabitur à peccato, & à restitutione. *Eman. Sà cit. n. 59.* & alij vt supra.

Em. Sà.

Reliquum verò (si aderit) spectabit ad hæredes; Caueat autem testator, ne aggrauet animam suam, relinquendo filijs, ac filiabus, seu etiam locis pijs illud, quod de iustitia tenebatur creditoribus relinquere; debet enim potius filios, consanguineosquè pauperes relinquere, quam animam suam æternis cruciatibus tradere.

Propterea pius Sacerdos, sacris monitis, testatorem à tali damnatione auertat, vt animã illius Dominus Iesus lucrifaciat. Quapropter in rebus dubijs, circa testamentum, aduocetur Doctor in iure, & peritus Notarius, quorum consilio omnia prudenter agantur, vt sic infirmus tutus ab hac vita discedat.

Dub. 6. An si Confessarius non iussit, vel non cu-

rauit

rauit restitutionem à pœnitente faciendam, teneatur ipse restituere.

Respondeo, tres me in hac dubitatione inuenire sententias.

Quarum; Prima est: Si hoc fecit ex malitia aduertendo male agere, vel ex ignorantia crassa, seu supina (debebat enim studere, antequam absolutionem conferret) in hoc casu dico teneri ipsum Cōfessarium de proprio restituere. Ita *Posseu. cap. 7. nu. 63. Angel. verb. restitut. vlt.* §. 5. *Rosella ibidem* 2. §. 5. *Nauar. cap. 17. n. 22.* Qui dicit, quod quando Confessarius non præcipiendo restitutionem est causa, quod pœnitens non restituat, tenetur de proprio iuxta illud, qui causam damni dat, damnum ipse dedisse videtur. *cap. fin. de iniur. & l. qui occidit, ff. ad l. Aquil.* Posseui. Angel. Rosell. Nauar.

Secunda est Lessij, dicentis, solum Curatum, & Episcopū esse restitutioni obnoxios; ratio est, quia isti ex iustitia tenentur; reliqui verò Confessarii, ex charitate; ideò isti minimè restituere tenentur. Ità *Less. de iustitia, lib. 2. cap. 13. num. 77. Eman. Sà verbo restitut. num. 2.* inquiens: *licet enim Confessarius damnum dederit creditori, non monendo, vel non præcipiendo restitutionem; tamen quia non causam creditoris agit, sed pœnitentis, ideò non tenetur restituere. Sylu. restit. 3. num. 5.* & alii. Lessius. Em. Sà. Syluest.

Tertia opinio est, Rebelli, dicentis, Confessarium solum ad restitutionem teneri, quando malè iussit restitutionem fieri, puta Petro, cùm facienda esset Ioanni. Non teneri verò (licet mortaliter peccet) quando, etiam data opera non iussit eam fieri; ratio est, quia Confessarius in ordine ad creditorem, nul- Rebell.

la

la obligatione tenetur ratione officij suscepti, nec eius procurator existit, vt de iustitia teneatur; ergo, &c. *Rebell. de obligat. lib. 2. q. 14. sect. 8. nu. 65.* Lessius verò tenet hanc probabilẽ esse, etiam in Curato, & Episcopo. Verum prædictæ opiniones omnes sunt probabiles.

Rebell.

Quod dictum est in prædictis opinionibus, intelligẽdum est, quoad restitutionem, nam quoad peccatum, semper Confessarius peccabit grauiter non iubendo restitutionem, siue hoc faciat data opera, siuè ex malitia, siuè ex ignorantia crassa, nam tenetur scire ea, quæ ad suum pertinẽt officium; Ita habet communis sententia.

Secus verò si erraret, bona fide credendo bene agere, quippè quia sufficientem habet (& si nõ perfectam) cognitionem circa materiam restitutionis; in tali casu, nec peccat, nec restituere tenetur secũdùm omnium sententiam; vnde Toletus inquit; *Nõ omnes omnia sciunt, nec omnis error præcaueri potest. Tolet. lib. 1. cap. 81. n. 8. & 14.* nam doctissimi viri aliquando errant.

Tolet.
Nauar.

Sic etiam dicendum, si faciat ex obliuione, vel etiam si non iussit, quia credebat, pœnitentem hoc ex se spontè facturum. Vide *Posseu. cap. 7. n. 63. Nau. cap. 17. num. 22.* & alios ab istis citatos.

Posseui.
Nauar.

ADDITIO.

DVb. 1. An infamator, ad famæ restitutionem teneatur, quando id, quod contra tertium dixit, obliuioni traditum esse probabiliter credit.

Respondeo negatiuè, quia re vera, tunc illi, qui

de-

detractioni adfuerunt, nihil mali in eorum mẽtibus de illo tertio retinerent, quòd infamator eidem restituere teneatur; vbi aduerte, infamatorem non teneri interrogare, an de hoc recordentur, quia hoc esset illos ad infamiæ reminiscentiam excitare, sed sufficit, si huius rei oblitos esse probabiliter credat. *Rebellus lib.4.q.13.n.7. Petrus Nauar. lib.2.cap.4.nu.423. Reginald.lib.10.n.340.* Rebellus. Pet. Nau. Reginald.

Dub.2. An infamator, qui crimen alterius vni dixit, sed ille alijs postea reuelauit, teneatur famam restituere apud omnes, qui id sciunt, an apud illum tantùm cui ipse crimen reuelauit.

Respondeo teneri apud omnes, si probabiliter dubitabat, illum, cui ipse crimen reuelauit, id esse alijs reuelaturum, quia tunc censetur causa efficax illius diffamationis, sin minus, nonnisi apud illum tantùm, cui crimen propalauit; nam illa successiua diffamatio, primo diffamanti non est voluntaria, cũ non fuerit præuisa, vel præuisa, sed probabiliter minimè sequutura, & consequenter, nec peccaminosa, ac proinde ad famæ restitutionem alijs, quàm primò, cui ipse immediatè crimen manifestauit faciendam, non tenetur; cùm obligatio restituendi famam in culpa fundetur, vt patet in furioso, vel amẽte, qui & si alios infament postquam tamen ab hoc impedimento liberantur, ad famæ restitutionẽ minimè astringuntur non alia ratione, nisi quia infamando non peccarunt; Per accidens autem contingere potest, quod detractor peccet, & ad famæ restitutionem minimè obligetur, vt si ei nulla fides à circumstantibus adhibeatur, vt infra dub.6. fine dicemus; tunc enim ex prauo affectu cõtra tertium

solummodo peccat,& ad famam restituendam non tenetur,cùm iam ablata in mente audientium minimè supponatur;& patet etiam de ebrio, qui si infamationem ex ebrietate sequuturam præuideat, & nihilominus inebriari velit,idquè consultò agat, vt in ebrietate proximi defectus manifestet,tunc ex prauo affectu,peccato detractionis interno mortaliter peccat,sed ad famę restitutionem ex defectuũ tertij propalatione in ebrietate sequuta non tenetur,ratione mox assignata;quod si talis praua intentio absit,nec etiam peccati detractionis interni, vt diximus, sed tantùm peccati ebrietatis,mortali labe inficitur. *Filiuc.tract.32.num.244. Petrus Nauar. lib.2.cap.4.num.443. Turrian.disp.53.dub. 2.num.9. Rebellus lib.4.de restit.q.12.n.4.*

Filiuc. Pet.Nau. Turrian. Rebel.

Dub. 3. An duo ad inuicem se infamantes, vel conuitijs se afficientes, sibi famam restituere teneantur.

Respondeo negatiuè,quia adest inter ipsos compensatio; modò tamen hæc concurrant; Primò,vt infamia ex vtraque parte fuerit æqualis, sin minus, quoad excessum tantùm restitui debet. Secundò, vt illi,apud quos quis alterum infamauit,ab illo vice versa infamatum fuisse sciant, nè scandalizentur ex non facta restitutione ex parte illius, qui secũdo infamauit. Tertiò,vt de facto alter alteri famam non restituat;tunc enim alter etiam in restituendo, ad æqualitatem seruandam correspõdere debet. *Malderus in 2.2.tract.7.cap.2.dub.14. Diana 3.p.tract.5. resol.30.vers.notandum est secundo.*

Malder. Diana.

Dub. 4. An infamator,famam restituere teneatur,quando infamatus suis bonis moribus,aut asser-

tione, vel testificatione proborum virorum in contrarium, illam recuperauit.

Respondeo negatiuè, cùm infamatus in tali casu nullum damnum in fama patiatur; nec infamator pro illo medio tempore, quod intercessit inter famę ablationem, & recuperationem, quicquam infamato restituere tenetur; nisi propter hoc infamatus aliquod damnum passus fuerit, puta, quia infamia illũ à consecutione beneficii, pensionis, muneris lucratiui, &c. impediuit. *Valentia tom.3. disp.5. q.6. puncto 4. Reginald. lib.10 n.337. Em. Sà verb. restitutio, n.31. Fagund. tom.2. in decal. lib.8. in 8. præceptum, c.14. n.2.* Valent. Reginald. Eman. Sà. Fagund.

Dub. 5. An peccet, qui detrahentem audit.

Respondeo negatiuè, si de detractione minimè delectetur, vel si delectetur de auditione rei nouæ, vel de eloquentia detractoris, modò tamen ad detrahendum ex nullo signo, nè quidem indirectè detractorem moueat; nec ei ex officio detractionem impedire incũbat, nec id absque timore grauis mali, vel incommodi agere possit, vel emendam inde non speret; nam persona priuata ad hoc non obligatur, nisi ex charitate, charitas autem non obligat, cùm spes emendæ abest; nec item cum graui incõmodò, præsertim quia, damnum spirituale, quod infamator per peccatum detractionis sibi infert, per Sacramentum pœnitentiæ, vel alio modo reparari potest, si enim irreparabile esset, vt si euidentissimũ periculum immineret, quod tali maledicentiæ, detractoris inimici superuenirent, illumquè occiderent, & sic ipse in mortali, in quo inuenitur, irreparabiliter damnandus moreretur, teneretur auditor, etiam cum periculo vitæ tali malo occurrere, ratio-

ne qua supra in Additione ad Practicam 2. dub. 1. nisi fortè id præstando, simile etiam periculum, moriendi scilicet in mortali, ipse quoque subiret, vt si ipse etiam in mortali existat, nec de sua contritione certus moraliter sit, ac iidem detractoris inimici, ipsum quoque hostiliter insequantur, ita vt, si in detractione euitanda detineatur, periculum sit, nè ipsum simul cum detractore irreparabiliter damnandum occidant, tunc enim (sicut in aliis etiam similibus casibus, vt de Sacerdote vocato ad excipiēdam confessionem peccatoris in extremis constituti, qui timet nè à suis inimicis actu illi ad mortem insidiantibus per viam occidatur, & alioqui in mortali existat, & de sua contritione dubitet, & his similibus) tūc enim inquam nè quidem illi, qui aliàs ex officio obligantur, proximo in huiusmodi extrema necessitate spirituali existenti, cum equali, & irreparabili etiam propriæ salutis spiritualis dispendio succurrere astringuntur, cùm in pari causa, melior sit conditio possidentis. *Reg. in pari 65. de reg. iuris, in 6.*

Verum tamen est, quòd ille, cui ex officio detractionem impedire incumbit, vt paterfamilias respectu filiorum, & seruorum; Abbas, Prior, Guardianus, &c. respectu Regularium; Parochus respectu subditorum; & Dominus respectu vasallorum, non solùm de grauibus detrahentem, cum notabili eius incommodo impedire tenetur (quamuis non cum periculo vitæ, quia hæc est differentia inter eum, qui proximi peccatum, vel peccati cōtinuationem, quod etiam peccatum est, ex charitate impedire tenetur, & eum qui tenetur ex officio, seù ex iusti-

tia,

tia, quod ille sine graui, hic verò etiam cum graui incommodo id præstare debet, nec alioqui cum tanto onere suum munus suscepisse censetur) sed etiam si nulla spes emendæ subsit, detractorem corripere, ac punire astringitur, & si graue damnum inde sibi euenturum timeat; nisi fortè pensatis circumstātijs hic, & nunc ex talis correctionis, seu punitionis omissione, minus damnum Reipublicæ, vel infamato resultet, quàm sit damnum, quod ipse ex impedimēto, correctione, seu punitione timet, semper enim maiora mala, minoribus præferenda, vt vitentur. *cap. duo mala*, 13. *& cap. nerui*, 13. *Aristoteles* 2. *Ethicorum*, *cap.* 9. Quod si forsan ex talis punitionis omissione scādalum oriatur, Superior etiam cū suo graui incommodo id agere debet, quia euitare scandalum est de iure diuino, quod etiam cum graui dispendio obseruari oportet; non verò ad talem punitionem, seù correctionem faciendam, tunc tenetur cum periculo vitæ; tum quia suum munus cū tàm graui onere nequaquam subire censetur; tum quia, esto hoc verum sit, id solūmodo procedit quoad illa delicta, ex quorum punitionis omissione, bonum commune periclitatur, vt si non puniatur is, qui hæreses in Ciuitate diffundit, vel qui illam in manus hostium dilapidandam tradere nisus fuit, vel quid simile, nè scilicet postea Respublica tale periculum per ipsummet delinquētem, vel per alium, ipsum impunitum imitantem subeat; tunc enim Superior bonum commune, propriæ vitæ præferre debet, ac reum etiam cum suæ vitæ periculo punire; Non autem id procedit in delictis communibus, ex quorum punitionis omissione bono communi non

Arist.

valdè

valdè officitur, vt accidit in casu nostro, in quo Respublica longè plus æstimat vitam Rectoris, quam si vnum delictum non valdè ei officiens minimè puniatur, ac proinde Superior tunc cum tali vitæ periculo, detractorem corripere, seù punire omittens, non peccat, cum id agat ad maiora mala vitanda, in quo nullum peccatum intercedit, nec scandalũ; quod si fortè adsit, non est nisi passiuum, & acceptum, cum correctionis omissio in se licita sit (vt diximus) ad scandalum autem passiuum vitandũ, nullus porrò tenetur, prout dictum est supra in Additione ad Practica 4. dub. 42. *Molin. de iustitia tract. 4. disp. 34. num. 4. & 5. Regin. lib. 24. num. 95. Diana p. 3. tract. 5. resolut. 35. Faustus de restit. disp. 3. q. 33. & 36. Bonac. de restit. in particulari, disp. 2. quæst. 4. puncto 11. per tot.*

Molin. Regin. Diana. Faustus. Bonac.

Dub. 6. An ad famæ restitutionem teneatur ille, qui ab alio infamatus, illius crimina occulta, ad suũ proprium honorem defendendum, propalauit.

Respondeo negatiuè, dummodo propalatio coram illis solummodo fiat, qui suę infamationi interfuerunt, & præterea illa tantùm crimina propalentur, quæ directè ad suum proprium honorem defendendum faciant; quia sicut de iure naturæ vim vi repellere licet, &c. *l. vt vim, ff. de iust. & iure. l. 1. & per tot. ff. de vi, & vi armata, l. scientiam, §. qui cum aliter, ff. ad l. Aquil. l. is qui aggressorem, & l. si quis percussorem. C. ad l. Corneliam, de sicar. & cap. si verò, 1. de sententia excommunicationis*, & si opus sit, etiam aggressorem vita priuando, ita etiam proprium honorem contra infamantem, illum etiam infamando, defendere fas erit, iuxta illud Dei monitũ, *Prou. 26.*

Prou. 26.

Responde stulto, iuxta stultitiam suam; secus verò dic, si infamanti à circumstantibus nulla adhibeatur fides propter ipsius loquacitatem, vel quia communiter pro mendace habetur, &c. quia tunc eius honor minimè læderetur. *Sotus de iust. lib.5. q.9.art.3. Filiuc.tract.40.n.86.Salon.2.2.q.72.art.3.* Sot. Filiuc. Salon.

Dub. 7. An restitutio famæ facienda sit cum periculo vitæ.

Respondeo negatiuè, hoc enim esset contra dictamen rationis, regulasquè prudentię, & consequẽter contra ius naturæ, cum bona inferioris ordinis non sint restituenda cum detrimento bonorum altioris ordinis; vita autem propria Superioris ordinis alterius fama reputatur, idquè procedit, etiam si vir plebeus, Principis famam læserit, & in quocũque genere infamiæ, etiã hæresis, ratione iam dicta. *Faber. de restit. in 4. sent. dist. 15. q.3. disp.53. cap.4. nu. 121. Caiet. 2.2.q.63.art.6. Diana p.3. tract.5. resolut. 30. vers. notandum est quinto.* Faber. Caiet. Diana.

Dub.8. An cùm famæ restitutio fieri nequit sine periculo vitæ, quis illam pecunia compensare teneatur.

Respondeo, ex iustitia non teneri, quia restitutio debet fieri in ꝓpria specie, vel in æquiualẽti eiusdẽ ordinis; pecunia autem famæ æquiualere non potest; ex æquitate autem, & ex charitate infamator ad hoc sub mortali tenetur, si infamatum de infamia maximè contristari noscat, eamquè tristitiam, ac dolorem à se illi allatum, per hoc mitigari, vel omnino tolli posse videat. *Layman. in Theol. moral. lib. 3. sect. 5. tract. 3. par. 2. cap. 7. num. 3. Bannes in 2. 2. quæst. 62. art.2. Bonacina de restit. disput. 2.* Layman. Ban. Bonac.

quæst.

quæst. 4. puncto vlt. num. 14. vers. dixi ex iustitia.

Dub. 9. An vir illustris, famam plebeo cum suæ propriæ iactura, restituere teneatur.

Respondeo negatiuè, nam fama viri illustris præponderat famæ plebei, & consequenter censetur esse Superioris ordinis; vide supra dub. 7. Debet tamen illum laudare, ei beneuolentiam ostendere, &c. vel ab ipso per Confessarium, absque sui expressione, offensæ remissionem obtinere, vel prout dubio præcedenti dictum est, facere. *Sotus de iust. & iure, lib. 4. q. 6. art. 3. Regin. lib. 10. num. 346. vers. quãquam, Bonac. dub. praced. cit. nu. 13. Fagundez tom. 2. in decal. lib. 8. in 8. pracep. cap. 15. n. 4. cum Lopez, Corduba, Sayro,* & alijs.

Sot. Reginald. Bonac. Fagund. Lopez. Cordub. Sayr.

Dub. 10. An infamator à famæ restitutione facienda liberetur, si offensæ remissionem ab infamato procuret.

Respondeo affirmatiuè, cùm ipse in hoc casu nihil de infamato amplius retineat; modo infamia in alios non redundet, vt si offensus sit Religiosus, alterius vxor, filiusfamilias, &c. quia tunc à Monasterio, viro, & patre, remissio impetrari debet, alias erit inualida. *Nauar. cap. 18. num. 50. fine, Faustus cùm Rebello, Diuo Antonin. & c. de restitutione, disp. 3. q. 71. vers. vndecimus modus, Fagũdez dub. praced. cit. c. 16. num. 10. & 11.* Aliqui tamen volunt, quòd si offensio in ipsummet superiorem, patrem, &c. facta fuerit, hos nihilominus offensæ remissionem inconsultis subditis, filijs, &c. validè facere posse, cùm sint absoluti domini propriæ famæ; non verò licitè sine tacito saltem subditorum consensu, idest sine debita satisfactione ab offensore præmissa, cum pro-

Nauar. Faust. Rebell. D. Ant. Fagund.

priam

priam famam pro subditorum bono, quatenùs eis necessaria est, ex charitate conseruare teneantur, puta,vt ex eorum bona fama subditi ædificentur,vt existimatione retenta, apud illos non vilescant, ac proinde,vt citiùs, ac libentiùs subditi eis obediãt, &c. vel quatenùs ad propriæ familię honorem, & decorem necessaria est. *Petrus Nauar. lib.2.de restitutione,cap.4.à num.385.*& etiam *num.*123. *Reginal. lib.*10.*num.*338.*Sà verb.infamare,num.*3. Alij verò volunt,talem offensæ remissionem inualidam esse, quia sicut hi ex iustitia bono communi subditorũ, ratione muneris, quo funguntur consulere tenẽtur; idest illos in officio cõtinere,ac procurare, vt obedientiam sibi præstent; bonum exemplum eis præbere,nè scandalizentur,ità etiam ex iustitia tenentur ponere ad hoc media, inter quæ hoc vnum etiã inuenitur,vt nimirum propriam existimationem, ac famam seruent, ac defendant; nam eadem obligatione,qua quis tenetur ad finem, tenetur etiam ad media; ergò sicut subditi ex iustitia habent ius ad finem,ita etiam ad media, nimirum ad superiorum famam,quæ est illis necessaria ad finem, passiuè, vt supra consequendum, & consequenter eorum superiores,ipsis inuitis, famæ læsionem citra mortale iniustitię, remittere nullatenùs possunt, nisi fortè Guardiani,Rectores,Gubernatores, Episcopi, &c. suo muneri cedere vellent;quia tũc ratio supra pro subditis assignata cessaret. *Aloysius Turrianus disp.* 54.*dub.*1.*num.*13.*apud* Bonac.*de rest.disp.*2. *quæst.* 4. *puncto* 10.*num.*1.*vers. dixi ex suo genere. Nauar.cap.* 18.*num.*43.*Faustius de restit.disp.*3.*q.* 5. *vers.septimo quando,Soto de iust.lib.*5.*q.*10.*art.* 2. *pag.* 506.*col.* 2.

Pet. Nau. Reginald. Em.Sa.

Aloys.Tur. Bonac. Nauar. Faust. Sot.

Fagund. *Fagundez cit. num.* 12. Qui de fratre respectu alterius fratris,cognati,&c. ait cum Lessio *de iustitia, lib.*2.*cap.*11.*num.*124.*&* 129.nec illum posse licitè iniuriam sibi factam, quæ in præfatos redundare moraliter iudicetur,sine illorũ consensu remittere, sed mortaliter peccare, id se solo præstando, fortè quia per hoc ageret ad minus cõtra charitatem, quæ postulat, vt proximus dolore nõ afficiatur; magno enim dolore afficerentur prædicti, si talis remissio,ijs inconsultis fieret,dum in illos redundauit; Validam tamen esse istiusmodi remissionẽ fatentur, cum iniuria,quæ in eos redundat, nõ est longæ memoriæ,nec totam familiam afficit, vt si inde ipsi dicantur habere, fratrem,cognatum, &c. sceleratum, infamem,vel malæ vitæ. At,nec etiam esse validã, si per hoc ipsi dicantur habere fratrem,cognatum, &c.hæreticum,Reipublicæ proditorem,&c.cum hę iniuriæ non facile deleantur, totamquè familiam tangant;& cũ hac distinctione vniuersaliter docent, non posse remitti iniuriã ab aliquo illa affecto, si in alios redundare iudicetur, sine horum etiam cõsensu,quẽ tamen tacitè præstari existimo,si infamator,iudicio prudẽtis infamato sufficiẽter satisfaciat.

Dub.11.An qui narrat alterius peccata, quæ ab alijs audiuit, sed cum asseueratione, se de illis nihil certò scire,seu vt vulgò dici solet, *ne saluo la verità*,peccet,& ad restitutionem teneatur.

Respondeo affirmatiuè, secundum probabiliorẽ sententiam,etiam si nullam maiorem certitudinem addat,quam ipse ex relatione habuit, nam talis assertio ferè semper aliquam malam opinionem in mente audientium generat,cuius ipse est causa,nisi

forte

fortè ex circumstantiis, id nullo pacto audientes credituros probabiliter supponat. *Malderus* 2. 2. *tract.7.cap.1.dub.13.Turrian.in* 2.2.*tom.* 2.*disp.* 53. *dub.* 10.*num.*8.*Layman.lib.*3.*sect.*5.*tract.*3.*p.*2.*cap.* 3.*num.*7. Malder. Turrian. Layman.

Dub.12. An ad famæ restitutionem teneatur is, qui crimen alterius occultum, sed verum aliis, illud ignorantibus propalauit.

Respondeo affirmatiuè, cum non solùm contra charitatem, sed etiam contra iustitiam, ex qua obligatio restituendi insurgit, talis mortaliter peccet; nam illa bona existimatio, quam in mentibus audientium læsus habebat, per talem manifestationẽ omninò diluitur, quæ cum sit quid pretio æstimabile, illam detractor restituere tenetur, nempè læsum de aliqua eius virtute, vel de eius moralitate, audientibus ignota laudare, vel quid simile ad ipsius laudem pertinens facere, non verò (vt aliqui volũt) se perperam loquutum, vel se deceptum fuisse, &c. dicere tenetur, quia facilè accidere posset, vt tale crimen ab ijs alia via postea sciretur, ex quo ipse mendacij notam incurreret. *Faustus in spec. confess. disp.*21.*q.*74.*n.*6.*Aragon.in* 2.2.*q.*62.*art.*2. Faustus Aragon.

Dub.13. An qui absque legitima causa seipsum infamat, mortaliter peccet. Et ad aliquam restitutionem teneatur.

Respondeo negatiuè, quoad Primum, cùm vnusquisque sit dominus suæ famæ, sicut est dominus suarum diuitiarum, cum fama, sicut diuitiæ, propria industria comparetur; quare sicut quis citra mortale, omnibus suis diuitijs, vsque ad mendicitatem inclusiuè, se priuare potest, cùm prodigalitas ex cõ-

muni Doctorum sententia plusquam veniale non fit, ita etiam fama, & quidem in omni genere infamiæ, hac eadem ratione; Potest tamen hoc ex circumstantijs esse mortale, & quidem. Primò, si magnum damnum inde sibi resultet. Secundò, si fama ad victum, saltem ex parte acquirendum, sibi necessaria sit, vt si ex eo, quod sibi famam abstulerit ita ob hoc ibi odio habeatur, vt non inueniat in eo loco, à quo ipse discedere non intendat, aliquem, qui ei benefaciat, vel & si ei ibi benefiat, id in parua quantitate consistat, ita vt fama frigoreuè mori astringatur. Tertiò, si ex hoc cæteri scandalizentur, idest si tali modo se infamet, vt ad humilitatem, vel ad aliquam virtutem exercendam, vel ad aliquod malum sibi imminens vitandũ, id agere minimè appareat. Quartò, si infamia in damnum aliorum resultet, vt si qui se infamet sit Religiosus, filiusfamilias, &c. vel si eius fama ad bonum commune aliorum, vt supra dub. 10. dictum fuit necessaria sit. *Filiuc. tract. 40. num. 13. & 14. Nauar. cap. 18. num. 27. & 61. Less. cap. 11. dub. 6. Salonius quæst. 73. art. 2. controuers. 3. Soto de iust. lib. 5. q. 10. art. 2. pag. 506. col. 2. Molin. de iust. tract. 4. disp. 2. num. 3. Regin. lib. 24. q. 5. per tot.* Ad secundum verò quoad famę restitutionẽ; Respondeo, solutionem patere ex dictis dub. 10. cũ in hoc Auctores problematicè sentiant quoad superiores, quoad subditos verò, id pro certo affirmant, ex eo quia ipsorum famæ dominium ad alios spectat, prout dubio mox citato dictum fuit, ac proinde, cum ius alienum seipsos infamando lædant, ad famę restitutionem sanè tenentur.

Filiuc. Nauar. Less. Salon. Sot. Molin. Reginald.

Dub. 14. An sit mortale detegere alicuius pec-

Digitized by Google

catum, alibi notorium notorietate facti, vel iuris, vel famosum, idest cuius fama ex sufficientibus indicijs peruenit ad maiorem partem viciniç in loco, vbi omnino ignoratur.

Respondeo affirmatiuè, & quidem reuelantem, non solum peccare contra charitatem, sed etiam contra iustitiam; nam in eo loco, vbi delictum ignoratur, delinquens bonam sui ipsius opinionem retinet, quæ cũ sit quid pretio æstimabile, qui eam per detractionem, vel diffamationem tollit, sanè, modò quo supra dubio 12. notato, restituere tenetur; nec alibi delinquens, pro omni loco ius ad famam amittit, cum hoc intelligatur de delicto, quod de iure infamiam affert, & in ordine ad dignitates, publica officia, &c. consequenda, & ad contractus ineũdos, ita vt citra infamiæ, ac detractionis peccatum ab hoc repelli possit, si oporteat, non verò in ordine ad Deum, ita vt vbique absque vlla culpa, delinquẽs, extra hos casus, infamari queat. Idquè procedit etiam si post breue tempus ibi tale delictum etiam sciretur; nam sicut is, qui primus illud reuelaret, ad restitutionem teneretur, ita etiam secundus (primo non reuelante) vt patet hac eadem ratione de fure, qui à restitutione facienda nequaquam excusatur, si illud idem, quod ipse surripuit, alius etiam certè surripuisset. Secus verò dic Primo, si post breue tẽpus illic delinquens voce prçconis publica auctoritate diffamatus fuisset, tunc enim, quamuis reuelator, delictum ibi propalando peccet, tamen si interim per talem propalationem, illum ab aliquo officio, vel dignitate moraliter inamouibili consequẽda non impediat, ad famæ restitutionem faciendam

non

non tenetur, cùm nullum infamato damnum inferat, quod alias ipse iustè, absque vlla restituẽdi obligatione, à quoquã contracta, passus nõ fuisset, vt in Faustus. simili de fure tenet Faust. *de rest. in gen. disp.* 1. *q.* 40. *v.* 5. *dico*. Secũdò si delicti propalatio fiat ad aliorũ instructionẽ, quæ habita ratione circumstantiarum pro tunc occurrentium, necessaria sit, ratione qua infra dubio 17. vel propter bonum commune, ad morum directionem, & ad exemplum; qua ratione Historici aliorum delicta, & punitiones narrantes, à culpa excusãtur, cum bonum commune, bono particulari, scilicet famæ tertii præponi debeat. *Adrianus*, & alij apud *Sayr. lib.* 11. *cap.* 6. *num.* 22. item *Rebellus lib.* 4. *q.* 4. *Syluest. verbo detractio apud Bonac. de restit. in part. disp.* 2. *q.* 4. *puncto* 6. *n.* 2.

Adrian. Sayr. Rebell. Sylu. Bonac.

Dub. 15. An quis ad famæ restitutionem teneatur, si delictum occultum, quod reuelauit, aliunde factum sit publicum.

Respondeo affirmatiuè, si delictum factum sit publicum iniustè, nimirum per aliorum detractionem; secus verò, si per ipsius delinquentis voluntariam, ac iuridicam, vel spontaneam etiam confessionem, seù Iudicis cõdemnationem; ratione qua supra dubio præcedenti in simili, cùm per iniustam delicti publicitatem, illa prior restituẽdi obligatio nequaquam extincta videatur. Bonac. *Bonac. dubio præcedenti cit. num.* 3. *in resp. ad* 1. Quod si dubitetur, an delictum iustè, vel iniustè publicum factum sit, respondet Bonacina Bonac. *cit. in resp. ad* 2. id iniustè factum fuisse, haud præsumi debere, nisi constet; Quomodo autem hęc restitutio fieri debeat; vide supra dub. 12.

Dub. 16. An mortaliter quis peccet, & ad famæ

restitutionem teneatur, qui delictum alicuius oc. cultum, duobus v.g. viris prudẽtibus, ac taciturnis, quos scit illud non esse euulgaturos, manifestat.

Respondeo affirmatiuè, cùm per hoc infamatus, bonam sui existimationem, ac opinionem, quam apud illos habet, amittat, & alioqui præceptum de non infamando proximum, est absolutum, non verò conditionatum, scilicet apud illos tantùm, qui sunt crimina reuelata alijs dicturi. *Suar. tom. 4. disp. 34. sect. 1. num. 2. Sot. lib. 5. de iust. q. 10. ar. 2. concl. 4. Villalobos in sum. tom. 2. tract. 11. difficult. 36. num. 8.* Et quidem nescio, an qui contrarium sentiunt, de se, nequidem peccatum veniale apud sanctissimos viros propalari vellent. Suar. Sot. Villalob.

Dub. 17. An fama restituere teneatur is, qui ad impediendum, & auertendum graue damnum proximo impendens, dum alius non superest impediẽdi modus, alterius crimen prorsus occultum alijs reuelat; vt si quis hæreticum denunciaret, nè alios corrumperet; proditorem, nè quemquam offenderet; peste infectum, nè alios inficeret; inhabilem, nè ordinaretur, ei beneficium conferretur, &c.

Respõdeo negatiuè; si enim hoc fiat propter bonum commune, id sanè licet, cùm bonum commune semper bono particulari, nimirùm famæ tertij, præferri debeat, si vero fiat ad euitandum damnũ alicuius particularis, id etiam licet, ex eo quia nemo ius habet, vt sibi cum damno tertij, fama seruetur; & hoc procedit, etiam si damnum ex vtraque parte esset æquale; nam in pari causa, habenda est ratio innocentis. *Filiuc. tract. 40. c. 5. nu. 129. Bonac. de rest. disp. 2. q. 4. puncto 3. n. 4.* Filiuc. Bonac.

Dub.

Digitized by Google

Dub. 18. An infamatus in vno genere, in alio etiã verò, sed occulto, citra famæ restituẽdæ obligationem, infamari possit.

Respõdeo affirmatiuè, si crimen, quod reuelatur necessariam, vel moralem cum crimine, de quo ille prius infamatus fuit, connexionem habeat, vt si de hæretico publico dicatur, quod secretè imagines fregerit; de adultero, quod literas amatorias scripserit, vel quid simile egerit; vel si infamatus in vno delicto, infametur in alio diuersæ speciei, in quod priora delicta patrantes, labi consuescũt; sin minus delicta huiusmodi connexionem non habeant, infamator, mortaliter peccat, & famæ restitutionem facere debet, cùm fama in vno genere amitti, in alio verò retineri queat. *Lessius lib. 2. c. 11. dub. 14. Azor. 3. p. lib. 13. cap. 7. dub. 3. Sayr. lib. 11. cap. 6. nu. 29. Filiuc. tract. 40. n. 104. & 105.*

Lessius. Azor. Sayr. Filiuc.

Dub. 19. An mortuos infamare sit mortale, illisquè infamatis, fama restitui debeat.

Respondeo affirmatiuè, cùm mortui verè famam in hominum existimatione habeant; immo infamator, si falsum dixit, tenetur se coram ijs, qui infamiæ adfuerunt retractare, nisi sit persona illustris, tunc enim sat erit coram ijsdem, mortuum infamatum, in aliqua eius virtute vera laudare; Si verò infamator veros mortui defectus, ignominiam afferentes propalauerit, sed alijs occultos, debet facere, pro vt dictum est sup. dub. 12. Quod si mortui infamatio in alios redundare iudicetur, tenet Fagundez citãdus, ab ijs etiam offensæ remissionem peti debere. *Fagundez in decal. tom. 2. lib. 8. in 8. præcep. decal. cap. 7. num. 11. Malderus de iustitia, tract. 7. cap. 1. de iniurijs*

Fagundez. Malder.

in

in honore, & fama, dub.8. Molin. tom. 1. disp. 28. Petrus Nauar. cap. 4. n. 350. & seq. Sayr. cit. c. 7. n. 31. Molin. Pet. Nau.

Dub. 20. An ad dolorem, ex iniuriarum illatione causatum compescendum, possit quis, citra mortale, absq; praua intentione, & obligatione restituendi famam, iniurias sibi ab alio illatas, alteri referre.

*R*espondeo affirmatiuè, si infamatus alium se consolandi modum inuenire non possit (quod homini Christiano ferè impossibile esse puto) nam cùm iniuria affectus sit innocens, potest ex iure naturæ proprium indiuiduum contra actorem, ab afflictionibus sibi illatis hac via defendere, nec ius naturale diuinum, nimirum præceptum charitatis de proximo non infamando, actori contra innocẽtem suffragatur; quod tamen intelligendum, modo factum cum pluribus non conferatur, quam ad animi consolationem capiendam necessarium sit. *Layman. lib. 3. sect. 5. tract. 3. p. 2. cap. 3. nu. 6. Diana 3. p. tract. 5. resol. 32. Bonac. de rest. disp. 2. q. 4. pun. 3. n. 3.* Layman. Diana. Bonac.

Dub. 21. An sicut ignorantia aliarum pœnarum, puta censurarum, irregularitatum ex delicto, &c. ab ijs incurrendis excusat, ita etiam ignorantia, seù inaduertentia pœnæ, seù obligationis restituendi famam, vel alia bona tẽporalia, furto sublata, detractores; & fures, ab huiusmodi restitutione postea facienda etiam eximat.

*R*espõdeo negatiuè, id enim quod asseritur, nimirùm quod ignorantia à pœnis incurrendis excuset, verum est de pœnis, iure humano inflictis extraordinarijs, & exorbitantibus, non verò de pœnis, & obligationibus de iure naturali, & diuino debitis, cuiusmodi est obligatio restituendi famam

proximo, & bona temporalia furto sublata, quam velit, nolit delinquens subire necessariò debet, cùm ex natura rei ad ipsam culpam infallibiliter sequatur, & consequenter, qui vult culpam, vult etiam pœnam, cum illa necessariò, & ex natura rei adnexam, qui enim vult antecedens, vult etiam consequens. *l. illud, ff. de acquir. hæredit. Nauar. cap. 27. num. 274. vers. decimo tertio, Faustus de restit. disp. 42. Merol. tom. 1. disp. 1. cap. 2. dub. 3. nu. 77. Sanchez de matrim. lib. 9. disp. 32. n. 14.*

Nauar. Faustus. Merol. Sanchez.

Dub. 22. Vtrum occisor ad aliquam restitutionē consanguineis occisi faciēdam teneatur, & quibus; Et an prætereà detur casus, quod ad nullam restitutionem obligetur.

Respondeo ad Primum affirmatiuè, & quidē hæredibus occisi necessarijs restituere debere, nimirū vxori, & filijs, si per ipsius mortē aliquo emolumento, vel sustentatione priuentur, nam isti vna persona cum occiso reputātur; & consequenter tale damnum, quod inde patiuntur, ipsis immediatè illatum esse censetur; Secus verò dic de hæredibus non necessarijs, scilicet fratribus, sororibus, creditoribus (& secundùm aliquos, etiam si hac intentione occisor id egisset, vt scilicet debitum insolutum remaneret) alijsquè, qui ex liberalitate ab occiso alebātur, quia obligatio restitutionis non oritur præcisè ex damno alteri illato, nisi tale damnum ex aliqua actione iniustè circa illum exercita sequatur, in casu autem nostro, actio occidendi est iniusta solummodo occiso, non verò respectu aliorum, sed respectu ipsorum est tantùm contra charitatem, si damnum antea præuideatur, ergò & si per hoc damnum alijs resul-

tet,nihil occisor eis restituere tenetur. *Sotus de iust. q 4. art. 6. in explicat. 3. argum. fine, Molin. de iust. & iure, disp. 83. n. 6. Less. de iust. lib. 2. c. 9. dub. 26. Regin. lib. 10. n. 314.* Sot. Molin. Regin.

Ad secundum verò respondeo, occisorem in his casibus nihil restituere teneri. Primò, cum se mutuò cum occiso ad duellum prouocant; quia vnusquisq; tunc tacitè suo iuri renunciare, omnemquè obligationem, quæ ex vtraque parte contrahi posset, alteri remittere censetur. Secundò, si occisor contra occisum cum moderamine inculpatæ tutelæ se defendat, etiam si ipse iniustè occisum prouocasset; quia per hoc ius defendendi propriam vitam non amittit; secus verò si fines inculpatæ tutelæ notabiliter excedat, licet tunc minus restituere debeat, quàm si non se defendendi causa illum occidisset. Tertiò, si occidat aliquem, qui paulò post, morte naturali obijsset, vel violenta, non iniustè, sed iustè mulctatus fuisset; quia tunc occisor nullum damnum hæredibus affert, quòd ipsi iustè non passi fuissent. Quarto, quando læsus, vel hæredes occisi omne debitum occisori remittunt; secus si antequam læsus moriatur, se delictum homicidij remittere dicat; tūc enim iniuriam tantùm, non verò restituendi obligationē relaxare censetur. Quintò, quando homicidium est merè casuale, etiam si ex aliqua actione occisori illicita, & homicidij periculosa proueniret; modò occisor omnem diligentiam, nè homicidium sequeretur adhibuerit, quia tunc mors inde per accidēs sequitur, & ad damna per accidens nemo tenetur. Quòd idem eadem ratione dicendum, si homicida leue vulnus inflixerit, & vulneratus culpa sua, vel in-

curia Medicorũ moriatur;in hoc enim casu ad damna solùm hæredibus necessariis, prout supra,nimirùm vxori,& filijs,ex vulnere,nõ verò morte causata,& ad ipsasmet curationis expensas, quicunque illas fecerit,solummodò tenetur;nisi fortè vulnerauerit in loco, vbi non adsint medici,& per vulneratum non stet, quin curetur, idquè occisor præuiderit, nam mors vti per se intenta, ipsi occisori ascriberetur. Sextò,si occisor in morte inferenda venialiter tantùm deliquerit,ratione,qua infra dub.32.*Filiuc.tract.32.nu.12.& 13. Azor.3.p.lib.5.cap.3.q.7. Syluest.restit.3.q.2.Nauar.cap.5.nu.27. Petr. Nauar. lib.4.cap.1.num.78.cum Syluestro,Salonius 2. 2.q.62. art.2.controuers.9.Gomez.3.variarum,cap.3.de homicidio,num.54.Bonac.de restit.disp.2.q.vlt.sect. 2. pun. 2.num.4.& 5.*

Filiuc. Azor. Sylu. Nauar. Pet.Nau. Salon. Gomez. Bonac.

Dub. 23. An pro damno vitæ, & pro anima defuncti,occisor aliquid restituere teneatur.

Respondeo,quoad vtrumque,negatiuè ; nam restitutio non potest fieri, nisi in bonis eiusdem ordinis;vita autem,nummis, alijsquè bonis temporalibus,vel spiritualibus compensari non potest, cùm sint res diuersi ordinis; verùm ex quadam congruẽtia,homicida pro anima occisi ad Deũ preces fundere tenetur.*Syluest.restit.3.q.2.Sotus apud* Rodriq. *1.p.summ.cap.138.n.8.*

Sylu. Sot. Rodriq.

Dub.24. Quo in loco,& cuius expensis facienda sit restitutio.

Respõdeo, & Dico primò,si obligatio restitutionis nascatur ex re bona fide accepta, restitutio facienda est in loco, vbi cognoscitur esse aliena, & si Dominus sit absens, deponenda apud Iudicem, &

ex

ex charitate ex parte restituẽtis in aliorum defectu, ex iustitia verò ex parte Iudicis admonendus Dominus; quod si de eius aduentu, vel eam recuperaturum desperetur, vel plus in re transmittenda, quã valeret insumeretur, tradenda Domini consanguineis, si quos habeat, sin minus Ecclesiæ, vel pauperibus, quam, si ipse pauper sit, sibi etiam retinere potest, cum cæteris pauperibus deterioris conditionis esse minimè videatur; & ita etiam faciendum post adhibitam diligentiam, si bona sint incerta, cùm hęc supponatur esse Domini voluntas. *Rebell. p. 1. lib. 2. q. 13. sect. 2. num. 4. Filiuc. tract. 32. cap. 4. quæsit. 8. nu. 111. Reginald. lib. 10. n. 194. vers. quartum est, finẽ, Sarmien. lib. 6. select. c. 10. Dian. 2. par. tract. 17. resol. 5.* Rebel. Filiuc. Reginald. Sarmient. Diana.

Dico secundo, si obligatio restituendi nascatur ex iniusta acceptione, res est restituenda expensis debitoris, vbi Dominus rem suã possessurus erat, si res illa ablata nõ fuisset, demptis tñ (idest nõ restitutis, seu vna cũ sorte principali restituenda etiã solutis) expensis, quas Dominus si domiciliũ mutauit, in re asportanda fecisset (alias si absque expensis, puta amicorum fauore, &c. res suas illuc asportasset, iniquus detentor adhuc rei Dominum indemnem seruare, ac propriis expensis ad locum domicilii rem detentam transmittere tenetur) & dempto etiam, idest non soluto, seu restituto, prout supra, illo expẽsarum augumẽto, quod in tali asportatione, aliàs verus Dominus insumpsisset supra id, quod possessor malæ fidei de facto in restitutione facienda insumit, id enim æquitas postulat, quandoquidem sufficit si malę fidei possessor proprijs expensis, rem, quam alterius retinet, ad verum Dominum transmittat, etiã

si mi-

si minus in huiusmodi re transmittenda expendat, quam proprius Dominus in dicta re ad locum, ad quem domicilium mutaturus accedit asportanda, insumpsisset, illud enim augumentum, quod propria industria malę fidei possessor in ea re mittenda lucratur, in sui vtilitatem solũmodo cedit. *Turrian. disp.* 18. *dub.* 1. *num.* 5. *Vasq. cap.* 10. *dub.* 1. *n.* 29. *Bonac. de restit. disp.* 1. *q.* 5. *pun. vnico, nu.* 8. *vers. alij verò, Soar. in Enchir. lib.* 1. *verb. resti.* §. *vbi restituendum, vers. possessor bona.*

Turrian. Vasq. Bonac. Soar.

Dico tertio, si obligatio restitutionis insurgat ex contractu, vel quasi contractu in aliquo certo loco celebrato, restitutio in eodem loco, in quo res accepta fuit, fieri debet, nisi aliud in contractu fuerit appositum; & quidem expensis debitoris, si in ipsius vtilitatem cõtractus celebratus fuit, sin minus, expensis creditoris; Hic tamen nota, quod si quis alteri in via nummos, equum, &c. mutuaret, intelligeretur implicitè initum pactum, vt in propria mutuantis domo illa restitueret; nam qui sentit commodum, incommodum etiam sẽtire debet. *Reg.* 55. *de reg. iur. in* 6. *&* *l.* 1. §. *fin. de aqua pluu. art. Filiuc. cit. n.* 112. *Turrian. cit. dub.* 2. *Bonac. cit. n.* 10.

Filiuc. Turrian. Bonac.

Dub. 25. An sit absoluendus infirmus, qui cùm commodè restitutionem præmittere possit, illam in testamento ab hæredibus faciendam relinquere vult.

Respondeo negatiuè; nam qui non habet propositum restituẽdi cùm commodè potest, absolui non debet, ex eo quia non habet propositum vitandi peccatum illud omissionis, restituendi scilicet cum potest, sed hic non habet tale propositum, cùm re-

sti-

stituere commodè possit, vt supponimus, idq; agere omittit, ergo absolui nullatenùs debet; si verò id ex aliqua iusta causa agat, puta ad scãdalũ, vel infamiã vitandam, tuta conscientia absolui potest, dummodo res suas ita disponat, vt certum omninò sit, fore, vt heredes restitutionem paulò post ipsius mortem faciant. *Sot. lib. 4. q. 7. art. 1. conc. 3. Nauar. cap. 17. n. 68. Petrus Nauar. lib. 4. cap. 4. nu. 73.* Sot. Nauar. Pet. Nau.

Dub. 26. Quid si in tali casu totum cõmodè restituere possit, nolitquè nisi per partes.

Respondeo, neq; tunc absolui debere, nisi totum restituat, quia eadem ratione, ac precepto, quo in tali circumstantia is obligatur ad totum, ex eo scilicet, quia commodè potest, obligatur etiã ad partes, quia similiter commodè potest, nisi fortè de creditoris voluntate, talis dilatio rationabiliter cõcedi præsumeretur. *Bonac. de restit. disp. 1. q. 6. puncto vnico, nu 16. Diana p. 3. tr. 6. resol. 5. Corduba in sum. q. 68. puncto 2.* Bonac. Diana. Cordub.

Dub. 27. An quis cum iactura sui status restituere teneatur.

Respondeo, & Dico primò, si res restituenda sit illicitè acquisita, vel licitè habita, sed in luxus, ludos, &c. consumpta, debitor etiam cum iactura status illam restituere tenetur; nam in primo casu, status non est suus, in secundo verò, creditor, si restitutio sibi non fiat, nõ est irrationabiliter inuitus; quod tamen intelligitur, nisi fortè debitor ob hoc in extremam necessitatem se conijciat, in qua creditor minimè inueniatur; quòd si in simili necessitate ipse quoque existat, debitor restituere debet, etiam si in communem deueniat necessitatem; semper enim

melior

si minus in huiusmodi re transmittenda expendat, quam proprius Dominus in dicta re ad locum, ad quem domicilium mutaturus accedit asportanda insumpsisset, illud enim augumentum, quod propria industria malę fidei possessor in ea re mittenda lucratur, in sui vtilitatem solũmodo cedit. *Turrian. disp.18.dub.1.num.5.Vasq.cap.10.dub.1.n.29.Bonac. de restit.disp.1.q.5.pun.vnico,nu.8.vers.alij verò,Soar. in Enchir.lib.1.verb.rest.§.vbi restituendum,vers. possessor bonæ.*

Turrian. Vasq. Bonac. Soar.

Dico tertio, si obligatio restitutionis insurgat ex contractu, vel quasi contractu in aliquo certo loco celebrato, restitutio in eodem loco, in quo res accepta fuit, fieri debet, nisi aliud in contractu fuerit appositum; & quidem expensis debitoris, si in ipsius vtilitatem cõtractus celebratus fuit, sin minus, expensis creditoris; Hic tamen nota, quod si quis alteri in via nummos, equum, &c. mutuaret, intelligeretur implicitè initum pactum, vt in propria mutuantis domo illa restitueret; nam qui sentit commodum, incommodum etiam sẽtire debet. *Reg.55. de reg.iur.in 6.& l.1.§.fin.de aqua pluu.art.Filiuc.cit. n.112.Turrian.cit.dub.2.Bonac.cit.n.10.*

Filiuc. Turrian. Bonac.

Dub. 25. An sit absoluendus infirmus, qui cùm commodè restitutionem præmittere possit, illam in testamento ab hæredibus faciendam relinquere vult.

Respondeo negatiuè; nam qui non habet propositum restituẽdi cùm commodè potest, absolui non debet, ex eo quia non habet propositum vitandi peccatum illud omissionis, restituendi scilicet cum potest, sed hic non habet tale propositum, cùm re-

sti-

stituere commodè possit, vt supponimus, idq; agere omittit, ergo absolui nullatenùs debet; si verò id ex aliqua iusta causa agat, puta ad scãdalũ, vel infamiã vitandam, tuta conscientia absolui potest, dummodo res suas ita disponat, vt certum omninò sit, fore, vt hęredes restitutionem paulò post ipsius mortem faciant. *Sot. lib. 4. q. 7. art. 1. conc. 3. Nauar. cap. 17. n. 68. Petrus Nauar. lib. 4. cap. 4. nu. 73.* Sot. Nauar. Pet. Nau.

Dub. 26. Quid si in tali casu totum cõmodè restituere possit, nolitquè nisi per partes.

Respondeo, neq; tunc absolui debere, nisi totum restitua-, quia eadem ratione, ae pręcepto, quo in tali circumstantia is obligatur ad totum, ex eo scilicet, quia commodè potest, obligatur etiã ad partes, quia similiter commodè potest, nisi fortè de creditoris voluntate, talis dilatio rationabiliter cõcedi præsumeretur. *Bonac. de restit. disp. 1. q. 6. puncto vnico, nu 16. Diana p. 3. tr. 6. resol. 5. Corduba in sum. q. 68. puncto 2.* Bonac. Diana. Cordub.

Dub. 27. An quis cum iactura sui status restituere teneatur.

Respondeo, & Dico primò, si res restituenda sit illicitè acquisita, vel licitè habita, sed in luxus, ludos, &c. consumpta, debitor etiam cum iactura status illam restituere tenetur; nam in primo casu, status non est suus, in secundo verò, creditor, si restitutio sibi non fiat, nõ est irrationabiliter inuitus; quod tamen intelligitur, nisi fortè debitor ob hoc in extremam necessitatem se conijciat, in qua creditor minimè inueniatur; quòd si in simili necessitate ipse quoque existat, debitor restituere debet, etiam si in communem deueniat necessitatem; semper enim

melior

melior est conditio creditoris ; secus si deueniat in extremam, nam tunc omnia sunt communia, & melior est conditio possidentis. *Reg. in pari. 65. de reg. iuris, in 6.*

Dico secundò, si res sit licitè ab alio habita, & fortuitis casibus deperdita sit, illam debitor cum notabili iactura status nequaquam restituere tenetur, (sed eo tantum relicto) quod ad sufficientem sui status decentiam necessarium est, & de contrario creditor est irrationabiliter inuitus, cùm debitor suo decenti statu absq; dolo, culpa, vel aliqua negligentia ab ipso commissa priuari non debeat; nec huic negotio in contractibus ineundis, etiam pro casibus fortuitis ipse renunciasse censetur. Verum tamen est, talem debitorē in hoc casu ad hoc vt ex integro paulatim, & successiuè debitum suo creditori soluat, prout recta ratio, & æquitas fieri debere dictat, ne scilicet creditor in eo, in quo alterius indigentiæ succurrit, damnum patiatur, debet diminuere victum, & vestitum sui, & familiæ, & diminuere etiam dotem filiarum, & numerum famulorum, & de eo quod inde subtrahit, restituere paulatim, id, quod suo creditori debet. *Petr. Nauar. de restit. cap. 4. n. 42. & 58. Regin. lib. 10. nu. 286. & seqq. Soto lib. 4. de iust. q. 7. art. 4.*

Pet. Nau. Reginald. Sot.

Dub. 28. An in extrema necessitate constitutus, cum ad pinguiorem fortunam venerit, id quod ad propriæ necessitati pro tunc occurrēdum accepit, restituere teneatur.

Respondeo negatiuè, si necessitas fuit absoluta, idest si vndequaq; vndè sibi occurrere non habuit; nam id, quod in extrema necessitate accepit, suum

erat,

erat, cùm tempore necessitatis omnia sint communia secundum vniuscuiusque indigentiam. *l. 3. §. cũ in eodem, ff. ad l. Rhodiam, de iact. & 12. q. 1. duo, & q. 2. aurum, & 87. dis. non satis, & glos. in cap. sicut, 47. dis.* secus si necessitas non fuerit absoluta, sed secundum quid, idest, quod talis in vno loco indiguerit, & in alio fuerit diues; vel si transacta necessitate, res consumpta non inueniatur, sed extet in specie, vt si res accepta non sint pecuniæ, iam expensæ, ac consumptę, sed equus, vestis, &c. vel si cũ ad pinguiorẽ fortunam venerit, restituere promiserit; tunc enim ad hoc sanè tenetur; tum quia necessitas cessat, quæ omnia communia faciebat, tum etiam ratione promissionis in vltimo casu. *Syluestr. verbo furtum, q. 5. dicto 3. Petr. Nauar. lib. 3. cap. 1. n. 377. & lib. 4. cap. 4. dub. 4. Faust. de rest. in gen. disp. 1. q. 214. vers. secundo dico, Reginal. lib. 10. n. 161. 162. & 163.* Sylu. Pet. Nau Faustus. Reginald

Dub. 29. An qui per actum ignominiosum cessit bonis, iuxta consuetudinem Patriæ, si ad pinguiorẽ fortunam venerit, creditoribus integrè restituere teneatur.

Respondeo affirmatiuè contra Eliseum Danza in pugna Doctorum *tom. 1. cap. 3. de contumace, num. 12. vers. vnde concludebam*; nam obligatio restituendi est de iure naturali diuino, inclusa in illo pręcepto negatiuo Decalogi (*Non furtum facies*) quæ per talẽ actum ignominiosum, pro suo tempore facienda nõ expirat; Nec ius ciuile, iuri naturæ derogare potest, ac debitorem ab obligatione restituendi per huiusmodi actum eximere, nisi concurrat aliqua alia ratio de iure etiam naturæ, interesse particulari creditorum præferenda, vt accidit in publicis viarũ gras- Eliseus Danza.

satoribus, ac bannitis, quos lex ciuilis, postquam, vt vulgo dici solet, *sono indultati, ò guidati*, de eorum rapinis, ac rebus furto sublatis, ob bonum commune, nè scilicet cęteri à guidatico, seù indulto acceptando retrahantur, sed libentius illud accipiant, & sic bono communi, ac quieti Reipublicæ consulat, & ad maiora mala, quæ illi per huiusmodi homines facinorosos inferri possent, vitanda, in foro externo non vexat, sed re vera isti in foro conscientiæ, dum possunt, restituere tenentur, si non in toto, saltē quoad partem, cùm illa obligatio de iure naturali diuino nunquam extinguatur; hæc autem ratio boni communis in casu nostro nō militat; imò ex ipsomet iure ciuili, cum qui bonis cedunt ad pinguiorē fortunam veniunt, ad restitutionem faciendam obligātur. *l. cū, & filÿ familias*, 7. *C. qui bon. ced. pos. & l. 4. ff. de ceß. bon.* Illaq; ignominia, quā tales publicè subeūt, non cedit loco solutionis, sed loco pœnæ ob culpā præsumptam in debitis contrahendis, quia scilicet contraxerunt, dum impotentes erant ad soluendū, & ad hoc etiam, ne luant in corpore, dum non possunt in ære. *l. 1. §. & generaliter, ff. de pœnit. & glos. C. non satis*, 86. Qui textus intelligitur, nō de omnimoda, & totali liberatione à solutione pro omni tempore facienda, sed de iustitia, quæ in foro externo creditori, in ordine ad solutionem sibi à debitore ad soluendum impotente præstanda, pro tunc administrari posset, cum forum externum semper fundetur in præsumptione, quod in omissione solutionis, dolus ex parte debitoris, vel intercedat, vel intercesserit, ad quem puniendum, instante creditore, Iudex mouetur ad debitorem condemnandum, vt dum

non

non potest in ære, soluat in corpore; Quare talis condemnatio, obligationem soluendi in foro conscientiæ non extinguit, sed est solummodò doli præsumpti punitiua, & ad hanc condemnationem, seù vexationem euitandam, huiusmodi actus ignominiosus institutus fuit. *Faustus de rest. disp. 1. q. 231. & apud ipsum Nauar. Valentia, Soto, & Salon, item Bonac. de rest. disp. 1. quæst. vlt. puncto 1. num. 36. Diana 4. p. tract. 4. resol. 78. Sayr. lib. 10. tract. 5. cap. 7. num. 4. Turrian. disp. 17. dub. 2. nu. 2. Gomez, Bartolus, Lessius, Filiuc. & alij apud Bonac. cit.* Faustus Nauar. Valent. Sot. Salon. Bonac. Diana. Sayr. Turrianus Gomez. Bart. Lessius. Filiuc.

Huius etiam sententiæ, quod scilicet cedens bonis, si se se illi melior postea offerat sors, ad debita soluenda obligetur, præter citatos Doctores, sunt Toletus *lib. 5. summæ, cap. 26. n. 3.* ibi, *Quod si postea ad pinguem fortunam redierit, restituere tenetur*, Et Sotus de iustitia, & iur. *lib. 4. q. 7. art. 4. fine*, ibi, *At verò leges ipsæ eandem dubitationem abstergunt, decernentes omnino tunc teneri, nam beneficium illud* (cessionis scilicet bonorũ) *eatenus, vt dictũ est, illis suffragatur, ne carceribus sint detrusi.* Couarruuias quoque *lib. 2. variarum resolut. cap. 1. num. 6.* ibi, *Cogendus enim erit cum pinguiorem nactus fuerit fortunam, æs alienum soluere*, & infra, *Quæ omnia tũc obtinent, cum debitor eadẽ inopia, & fortuna grauatur, quia si ad pinguiorem deuenerit, nulla aduersus ciuilem, & naturalem obligationem exceptio competit.* Item Marcellus Megalius in suo Promptuario *lit. C. verbo cessio bonorum, n. 4.* ibi. *Verũ quia cessio bonorum, nec ciuilem, nec naturalem obligationem tollit secundum communem sententiam Doctorũ, de qua testatur Emanuel Suarez in loco supra citato, versu cessio bonorum, num. 40. si cedens bonis aliquid postea* Tolet. Sot. Couar. Megal. Em. Suar

acquisierit, alimentis deductis, ad arbitrium Prætoris permittitur prioribus creditoribus, scilicet illis, qui erant creditores ante cessionem, bona nouiter acquisita vẽdere, donec suum consequãtur, & infra, *Nec ab obligatione supradicta excusat cessio facta cum ignominia*; Et prætere-
Laym. rea Laymanus *lib.3.tract.2.cap.12.n.5.vers.alterum*, ibi, *Alterum beneficium est, vt si debitor post bonorum cessionem aliquid acquisierit, non amplius quam in quãtum facere potest conueniatur, seruatis ei alimentis necessarijs secundum statum, & qualitatem personæ*, & infra, *in alijs verò, quæ postea acquisierit, cõdemnatur quatenùs cõmodè facere potest*; Qui Auctores intelligũtur, & in foro conscientiæ, & in foro externo, nimirum quod cedens bonis, si meliorem fortunam nãciscatur, ad restitutionem creditoribus faciẽdam in vtroque foro obligetur; præterquam quod ipsummet ius positiuum, scilicet præcitata lex *cum, & filijfamilias, 7.C.qui bonis cedere possunt*, id expresse statuit ibi, *Apertissimi iuris est, si quid pinguius accesserit debitoribus, hoc iterum vsque ad modum debiti posse à creditoribus legitimo modo auelli*. Idem habetur ex lege *4.ff.de cessione bonorum*, ibi, *Is qui bonis cessit, si quid postea acquisierit, in quantum facere potest conuenitur*. Quare nullo modo, nec de iure ciuili, nec in foro interno contraria sententia, quod scilicet cedens bonis, si sese ei melior offerat sors, haud debita soluere teneatur, defendi aliqua solida ratione posse videtur; Quicquid alij in cõtrariũ probare nitantur.

An autem cedens bonis, post quam ad meliorem deuenerit fortunam, integram debiti solutionẽ suo creditori facere teneatur; certè, si facultates, quas postea acquisiuit tales sint, quod deductis pro se-

ali-

alimentis,ad integram debiti ſolutionem, ſeu ſatiſfactionem præſtandam ſufficiant, integram debiti ſolutionem facere debet;ſin minus, deductis pro ſe alimentis,quod ſupereſt reſtituere debet, prout patet ex gloſ. *ſuper §.vlt.Inſtit.de actionibus*,quæ dicit, *illũ teneri ſoluere, deducto tamen ſemper ne egeat*, iuxta legem *in condemnatione*, 173.*ff.de regul. iuris*, idquè fatentur etiam Doctores vltimo loco adducti, locis ibi citatis. An autem præterea, qui cedit bonis ſi pro tunc habeat aliquid de proprio, nihil ſibi reſeruare poſſit, ſed omne quod habet ex integro ſuis creditoribus reſtituere,ſeu de illo ſatisfacere eis debeat,ſanè id dici non poteſt,ſed ſemper ab eo quod habet,alimenta ſibi neceſſaria deducere tuta conſcientia queit,& de eo,quod ſupereſt, creditoribus ſatisfacere debet;totum hoc de iure illi cõceditur, prout habetur ex lege *qui bonis,6. ff. de ceſſione bonorum*,ibi,*Eum qui bonis ceſſit, non eſſe fraudãdum quotidianis alimentis*,idquè procedit etiam in foro conſcientiæ,ratione mox infra adducenda,& ſentit etiã Couarruuias loco ſupra citato ibi,*& idem, ni fallor, in animæ iudicio obtinebit, nec in eo erit iuxta rigorem, integra ſolutio poſtulanda, vbi ex ea, is qui prius bonis ceſſerat,in egeſtate maneat,hoc equidem priuilegium lege humana,& iuſta,ceſſioni bonorum conceſſum eſt,& ideo hæc humana conſtitutio admittenda erit in animę foro.*

Quod ſi quæras,quare de iure permittitur cedẽti bonis,vt ſibi de re, vnde creditoribus ſatisfacere deberet, alimenta, quæ ei ad vitæ ſuſtentationem neceſſaria ſunt,reſeruare valeat,abſque eo quod totum debitum ſoluat, cum ius poſitiuum non videatur derogare poſſe iuri naturali diuino obliganti ad

restitutionem alij ex parte, vel in totum, pro vt debitor potest faciendam; sanè id accidit, quia cedens bonis supponitur esse in extrema necessitate constitutus; tempore autem extremæ necessitatis, id, quod alij debetur, fit debitori indigenti commune toto tempore, quo talis necessitas durat; ideòq; dum est cedenti bonis commune id, quod suo creditori ipse restituere debet in ea parte, quæ ad propriæ vitæ sustentationẽ indiget, consequenter nullam obligationem subit restituendi, seu satisfaciendi suo creditori de suis bonis in eo, quod ad sui indiuidui conseruationem illi necessarium est, cũ vtatur re effecta iam, propter extremam necessitatẽ qua præmitur, eius propria, & super quam nullus pro tunc saltem ius habet, vt sibi debeatur; & sic ius positiuum, dum cedentem bonis à restitutione, seu satisfactione pro tunc creditori præstanda eximit, non derogat iuri naturali diuino de re alij debita restituenda, sed fouet tantùm bonum ius proprium ipsiusmet, qui bonis cedit, vt scilicet re sua effecta, seu exempta ab affectione, vt alij pro tunc debeatur, ipse tuto vti valeat; Quare, dum ius naturale diuinũ de re alij debita restituenda respectu cedentis bonis pro tunc cessat, nullamquè satisfaciendi, aut restituendi obligationem inducit, fit quod tali iuri, per ius positiuum eximens cedentem bonis à restitutione, seu satisfactione suo creditori in eo, quo ad suæ extremæ indigentiæ succurrendum indiget præstanda, nullo modo derogari dici valeat, quãdoquidem dicti iuris obligatio pro tũc omnino quoad cedentem bonis cessasse supponitur: Ex quo etiam patet, quare cedens bonis, postquam ad pinguiorem

for-

fortunam deuenerit, non teneatur se spoliare omnibus facultatibus, quas acquisiuit, si debita soluendo, nihil ei remaneat vnde viuat, sed inde, quod ei ad vitæ sustentationem necessarium est detrahere valeat; quia scilicet respectu eorum, quæ ad hoc ei necessaria sunt, in extrema necessitate constitutus reputatur, & sic pro eo militat eadem ratio sibi hæc licitè retinendi, & non illa restituẽdi, seu de illis suo creditori satisfaciendi, ac militare diximus illa sibi licitè retinẽdi tempore, quo bonis cessit; qua propter, dum tunc illa sibi tuta conscientia retinere potuit, ita etiam eadem ratione, illa eadem post quam bonis cedit, & ad meliorem fortunã deuenit, licitè retinere potest.

Dub: 30. An qui per alium restituit, & missus rem proprio Domino non consignet, debitor iterùm illam restituere teneatur.

Respondeo, & Dico primò, si res debebatur ratione rei iniustè acceptæ, vel ratione iniustæ acceptionis, puta ratione furti, possessionis malę fidei, &c. & missus ex vtraque parte non fuerit electus, debitor ad id sanè tenetur, etiam si alioqui missus pro fidelissimo habitus fuerit; quia Dominus vti innocens, in his casibus semper indemnis seruari debet, si in misso non consentiat, nisi fortè res eodem prorsus modo apud Dominum certò perijsset, si non furto sublata, vel iam restituta fuisset, ac in manu missi perit, vt si res comburatur, marcescat, à latronibus surripiatur, &c. (& hoc secundùm nonnullos, etiam si ex negligentia missi id accidat, modo ex simili quoque negligentia veri domini accidisset, si res furto sublata non esset, vel si restituta foret, quod

ego

ego non affirmo quandoquidem negligentia domini quoad res suas ei non imputatur, cum sit rei suæ dominus; furi autem quoad res alienas, propria negligentia imputatur, cum illarum dominus dici nullatenus possit) quia tunc iniquus detentor per huiusmodi omissionem dum fecit, quod in se erat, vt restitutionem faceret, non censetur efficax causa damni, quod verus Dominus patitur ex nõ iterum facta huiusmodi restitutione; modo tamen lucrum cessans, & quodcunque aliud damnum, quod interim ex non facta prima restitutione verus Dominus passus fuit, illi restituat; Et quamuis iniquus detentor semper in mora constitutus censeatur, & ei, qui est in mora, casus fortuitus imputetur. *l.* 18. *ff. commodati, & cap. Decimæ,* 16. *quæst.* 1. ac proinde in huiusmodi casibus fortuitis, iniquus detentor adhuc restituere teneri videatur, tamen textus illi intelligũtur, si per hoc quod ipse sit in mora, efficax damni secuti causa efficiatur, quod in casu nostro non accidit (vt supponimus.) Quod si dubitetur, an res eodem modo in manu veri Domini perijsset, ac in manu missi, vel iniqui detentoris perit, in fauorem veri Domini iudicandum, nimirum non ita perijsse, quia in dubijs melior est conditio possidentis, verus autem Dominus ius possidet, vt res sua ab iniquo detentore retẽta, sibi restituatur. Ex quo patet quid dicendum de fure restituente per Confessariũ, qui postea rem restituendam sibi retinet, veroquè Domino minimè tradit.

Nec obstat, quod ex doctrina supra tradita sequeretur non esse verum illud principium, quod scilicet res perit domino suo; nam ex supra assertis, si fur

me-

mediante v.g. Confessario, vel alia persona rem furatam in specie, puta vestem, anulum, &c. ita vt, adhuc rei furatæ, dum in specie extat, dominium veri domini dici possit, restituat, & Confessarius, vel intermedia persona illam suo domino non tradat, adhuc fur, id sciens, tenetur de proprio, ad hoc, vt verus dominus per ipsum damnificatus indemnis seruetur, alia via dictam vestem, anulum, &c. in æquiualenti verò domino restituere, sit, quod hoc modo locum non habeat dictum principium, quod scilicet res suo domino pereat, ita vt, dum fur per Confessarium rem furatam suo domino mittit, illamquè Confessarius tali domino non tradat, res missa suo domino pereat, & fur ad illam in æquiualenti domino suo amplius restituendam deobligetur; nam Respondeo, dictum principium locum habere solum in rebus alteri debitis, & absque peccato retentis, vt in rebus locatis, depositis, &c. non verò habere locum in latronibus, & in rebus debitis ratione iniustæ acceptionis, huiusquè rei rationem esse, quia eo ipso, quod fur furtum commisit, semper tenetur in eo, in quo tertium damnificauit, illi damnum sua actione datum compensare, vsque dum dici nõ possit, quod amplius persona per illũ damnificata, damnum sua causa patiatur, seu vsque dum dici nõ possit, quod ex non facta rei furatæ restitutione, ipse efficax illius damni, quod dominus damnificatus patitur causa sit, vt in casu supra posito, quod res missa eodẽ modo in manu missi perit, ac apud dominum extans perijsset, & ideò extra hunc casum, siue fur, & iniquus rei alienæ detentor restituat, mittatquè ad dominum damnificatum rem furatam

eandem in specie, siue in æquiualenti, siue nuncius sit fidelis, siue infidelis, semper ad huiusmodi restitutionem faciendam tenetur, vsque dum realiter damnum, quod per furtum tertio attulit, restitutione præmissa, ei compensatum non fuerit.

Dico secundo, si res debebatur ex contractu, puta ex mutuo, permutatione, venditione, pignore, deposito, locato, commodato, &c. tunc si missus fuerit à creditore, vel de ipsius mandato à debitore electus, debitor nihil restituere tenetur, quia tunc res perit creditori, ex eo quia nuncius ab ipso electus, vnam personam cum creditore facit; & sic res, postquam nuncio tradita fuerit, ipsi creditori consignata censetur; nisi fortè (vt vult Gomez) *2. var. cap. 7. num. 3. vers. & idem*, debitor mutet nuncium, à creditore electum, & si alium etiam fidelem substituat, quia tunc agit contra formam pacti, & consequenter talis nuncius vnam personam cum creditore nō facit; si verò missus, à debitore tātum fuerit electus, & res debebatur ex mutuo (pecuniarū scilicet) permutatione, vel venditione, cuius dominium in re adhuc extet apud debitorem, tunc, & si missus fuerit fidelissimus, res perit debitori; nam res semper perit domino suo, scilicet illi, qui habet dominium in re; sin minus res debebatur ex alijs contractibus, scilicet ex contractu pignoris, depositi, commodati, &c. cuius dominium est apud creditorem, si missus fuerit fidelis, res perit creditori, eadem ratione mox assignata, quia scilicet res perit domino suo; Tum quia casus fortuitus circa rem alienam, si culpa absit, alteri non imputatur, pro vt habetur ex capitulo *vnico, de commodato*, & sequitur Abbas in ca-

Gomez.

Abbas.

pitulo *significante, de pignoribus*, & gloss. *in eodem capitulo*; Qua propter, dū in casu nostro missus supponitur fidelis, nulla in tale missi electione ex parte mittentis culpa intercedit, & consequēter si missus, cui res commodata, oppignorata, & apud mittentem per prius deposita, suo domino consignanda cōmittitur, fortuito casu, & nullatenùs præuiso, per viam v.g. à latronibus illa spolietur, vel simplicitèr rem domino ipse postea non consignet, qui rem per illum suo domino mittit, eam domino soluendam, compensandam, iterum restituendam, &c. nō astringitur, quandoquidem fortuito casu, & absque vlla mittentis culpa, res alterius deperdita fuit, & alioqui de iure, casus fortuitus (vt dictum est) circa rem alteriùs, cum culpa abest, alteri non ascribitur, idest nullius, qui culpa quoad hoc caruit, debet ad illā domino soluendā obligari. *Azor. tom. 3. par. 3. lib. 4. cap. 33. versu quaritur quid sit dicendum*, *Syluester verbo solutio, q. 5. vers. 5. Fagundez in decal. tom. 2. lib. 7. c. 23. num. 4. & 5. Layman. lib. 3. de iust. tract. 2. cap. 4. nu. 2.* Reginald. *lib. 10. num. 214. 215. & 216. Molin. tom. 3. disp. 751. num. 2. Nauar. cap. 17. n. 62. Gomez cit. cap. 3. Rebel. par. prima, lib. 2. quaest. 7.* id etiam sentire videtur Bonacina de restitutione *disp. 1. q. 3. punct. 9. n. 1. 2. 3. & seq. & pun. 10. nu. 1. 2. 3. & seqq. Naldus verbo restituere, n. 21.*

Azor. Syluest. Fagund. Layman. Regin. Molin. Nauar. Gomez. Rebellus. Bonac. Nald.

Dub. 31. An Confessarius omittens imponere obligationem restituendi pœnitenti, ipse de suo restituere teneatur.

Respondeo negatiuè, etiam si hoc agat ex ignorantia crassa, siuè sit simplex Sacerdos, siuè Curatus; nam Confessor ratione sui muneris non tenetur

ex iuſtitia directè impedire alterius damnum temporale; nam hoc ad alios miniſtros alterius ordinis pertinet, ſed tenetur tantùm ex iuſtitia conſulere ſaluti ſpirituali pœnitentis; obligatio autem reſtituendi oritur ex læſione primæ iuſtitiæ, in ordine ad damna temporalia, non verò ex læſione ſecundæ, in materia ſpirituali; Niſi fortè conſultò ad hoc, vt non reſtituat, pœnitentem ab obligatione reſtituendi eximat, (qui ſanè reſtituiſset, vel reſtituere paratus eſſet, ſi reſtituendi obligationem ei Confeſſarius iniunxiſset, ſed poſtea admonitus, vel reſtituere non poteſt, vel renuit) vel illi imponat, vt reſtituat, cùm non tenetur; nam tunc vti alteriùs damnũ directè conſulens, niſi damnificato alia via damnũ compenſetur, ipſe de proprio reſtituere tenetur, etiam ſi pęnitentem de veritate admoneat, vt patet de conſulente damnum tertij, qui niſi damnificantes reſtituant, ipſe reſtituere tenetur, ex eo quia fuit cauſa efficax illius damni. Verùm pęnitens ſemper in conſcientia id, quod Confeſſarius ei, quem ipſe ſuo cõſilio damnificauit, reſtituit, ipſimet Confeſsario cõpenſare tenetur, quippe quia dum Confeſsarius pęnitentis obligationi ſatisfacit, eum pęnitens indemnem ſeruare debet, dum vtilitèr rem pęnitentis geſsit, ideſt pro ipſo reſtituit, & nullam de eo, pro quo reſtituit, vtilitatem participauit. *Lugo de pœnit. diſp. 22. ſect. 3. num. 61. Tamburrin. de iure Abbatum, tom. 2. diſp. 13. quæſt. 7. num. 8. cum Coriolano, & Azorio, Aegidius de Coninc. de Sacram. diſp. 8. dub. 16. n. 144. Suar. in 3. p. tom. 4. diſp. 32. ſect. 6. Diana p. 2. tract. 16. reſol. 1. Fauſtus lib. 6. de pœnit. q. 131. Sanch. in ſum. lib. 1. cap. 6. n. 5.*

Lugo. Tambur. Coriol. Azor. Aegid. de Coninc. Suar. Diana. Fauſtus. Sanch.

Dub.

Dub. 32. An ad restitutionem teneatur is, qui magnum damnum alteri attulit, sed in illatione mortaliter non peccauit, puta quia subita ira commotus, patremfamilias, vxoratum, &c. occidit, vel si cum aduertentia venialitèr culpabili alterum damnificauit.

Respondeo negatiuè, quia cùm obligatio ad rem notabilem restituendam sit magna pœna, & pœna culpæ proportionari debeat. *l. sancimus, 22. C. de pœnis, & cap. felicis, §. illud autem, de pœnis, lib. 6.* sequitur, quod cum is venialitèr tantùm deliquerit, talem obligationis pœnam, nequidem sub veniali incurrere debeat, cùm obligatio grauis, nonnisi etiã ex graui præcepto contrahi possit. *Syluest. culpa, q. 4. Petrus Nauar. lib. 2. cap. 1. num. 47. 48. & 50. Lessius lib. 2. cap. 7. dub. 6. num. 27. & 28. Eman. Sà verb. restit. num. 33.* Imò addit Merolla *tom. 1. disp. 1. cap. 2. num. 942. vers. ex quo vlterius,* talem nequidem ad partem sub veniali restituendam obligari; Verùm, contrarium in hoc casu asserendum esse puto, nam cùm huiusmodi peccatum veniale sit re vera causa totius damni, licet delinquens ex imperfectione actus à tota pœna excusetur, ratione iam dicta, tamen à parte pœnæ correspondentis illi leui culpæ, scilicet ab illa quantitate infra materiam peccati mortalis furti, restituenda, minimè excusatur. *Rebel. de oblig. iustitia, p. 1. lib. 2. q. 5. n. 5. Layman. lib. 3. sect. 5. trac. 3. p. 1. cap. 7. n. 4.*

Sylu. Pet. Nau. Lessius. Eman. Sà. Merol.

Rebell. Layman.

Dub. 33. An infirmus ex restitutione, quam creditoribus de sua hæreditate facit, funeris, ac moderatas exequiarum expensas, in casu quo hæreditas pro creditoribus non sufficiat, deducere possit.

Re-

Respondeo affirmatiuè, ex *l. penul. ff. de Religiosis*, ac etiam deducere potest expensas promulgationis testamenti, aditionis ad hęreditatem, confectionis inuentarij, custodię suppellectilis, & aliorum huiusmodi, ex *l. scimus, §. in comput. C. de iure deliberandi*, Et patet etiam ex dictis dubio 27. quia hæc omnia pertinent ad decentiam status, & alioqui, vt ibi dictum fuit, non tenetur quis, ita creditoribus restituere, vt sibi aliquid pro decentia status non relinquat; modo tamen bona non proueniant ex re iniustè accepta, vel in luxus consumpta, vel bona suorũ creditorum eadem numero non extent; tunc enim tantum inde detrahi posset, quantum ad corpus sepeliendum necessarium esset, si alioqui insepultum remanere supponeretur; quia in tali casu, infirmus in extrema necessitate constitutus censeretur, & consequenter huiusmodi bona, quoad hoc, communia sibi cum veris illorum dominis faceret. vide ibi dubio supra citato. *Nauar. cap. 17. num. 51. Petr. Nauar. lib. 4. de rest. cap. vlt. dub. 2. Regin. lib. 10. nu. 244. D. Antonin. 2. par. tit. 2. cap. 7. §. 3. Palud. in 4. sent. dist. 15. q. 3.*

*N*auar. Pet. Nau. Reginald. D. Anton. Palud.

Dub. 34. Si quis det consilium alicui, vt damnum Francisco v. g. afferat, & postea dubitet, an is cui cõsilium dedit, damnum Francisco attulerit, ad cõpensationẽ damni, quod consuluit teneatur; Et quid si postea sciat damnum fuisse Francisco allatum, sed dubitet, num ex suo consilio, is, cui id ipse consuluit, ad hoc faciendum motus fuerit; nec quod ex eo motus non fuerit, supponere possit.

Respondeo ad primum negatiuè, quia cum damni illatio sit quid facti, non præsumitur, nisi probe-

tur;

tur; hæc enim est natura facti, vt nisi probetur, neutiquam præsumatur. *l. in bello, §. facta, ff. de captiuis, & postlimin. reuers. l. si emancipat. 9. l. 1. C. de probationibus, cap. licet, de constit. lib. 6. & cap. cum Ioannes, §. verum, de fide instrum.* Quare vsque dum non constat, damnũ fuisse realiter Francisco illatum, cõsulens ad damni cõpensationẽ, ea per immediatũ damnificantem non facta, neutiquã obligatur, cũ possessio stet pro ipso ab huiusmodi cõpensatione faciẽda excusans vsq; dum factũ, idest damni illatio nõ probetur.

Ad secundum verò respondeo affirmatiuè, quia posito consilio ad damnificationem, eaquè de facto secuta, pręsumptio est contra consulentẽ, idest quod suo consilio damnum illatum fuisse supponatur, ita vt immediato damnificante, damnum damnificato non compensante, illud ipse damnificato resarcire teneatur, nec vlla pro ipso possessio ab hoc excusans stare videtur. Nisi fortè ex clarissimis signis, eum qui damnum attulit, ad id faciendum, nullo pacto ex suo consilio motum fuisse sibi suadeat.

Nec obstat, quod in dubio melior est cõditio possidentis, & sic, cum qui damnum cõsuluit possideat suam pecuniam, non videtur, debere se illa spoliare, vt huiusmodi damnum de facto alij allatum compenset, vsque dum non ei constet, quod suo consilio in damnum influxerit. Nam respondeo, id verum esse, quando ex parte possidentis nulla adest aduersus illum præsumptio, ipsum reum reddens, ac ad tale damnum compensandum obligans, vt adest in casu nostro, vt supra dictum est, & licet in pari causa, stãte dubio, adhuc melior sit conditio possidẽtis. *l. apud Celsum, §. Marcellus, ff. de doli mali except. l. si seruum,*

§. *se-*

§. *sequitur, ff. de verbor. oblig. l. fin. C. de rei vendic. & cap. in pari, de reg. iur. in 6.* & in hoc negotio causæ sint pares, idest qui damnū consuluit possideat suā pecuniam, & damnificatus possideat ius, vt damnum sibi illatum, illi per damnificum compensetur, ita vt non videatur, suæ pecuniæ possessorem, stante dubio, quod ipse damnum suo attulerit consilio, se sua pecunia ad damnum compensandum spoliare debere; tamen ad hoc dico, illud assertum verum esse, quando causæ sunt pares, & sunt inter innocentem, & innocentem, vel non præsumptum reum, non verò inter reum, & innocentem, vt accidit in hoc casu; Nam damnificatus est innocens, cōtra verò eum qui ad damnum, consilium dedit, adest præsumptio, quod sit reus, & non innocens; at quādo causæ sunt pares, & sunt inter innocentem, & reum, in dubio in pari causa, melior est conditio innocentis, ita vt ipsi satisfieri à reo debeat. *Ioan. Sancius in select. disp. 42. num. 14. Carbon. de restit. q. 66. vers. quartum dictum, Fagundez in decal. in 2. præceptū, lib. 2. cap. 10. n. 19.*

Sancius. Carbon. Fagund.

P. D. Laurentius Cutillus.

De ijs, quæ impedimento sunt saluti animæ ægrotantis; Ac de iniuriarum remissione.

PRACTICA VII.

CVrare debet Sacerdos (vt pluries diximus) salutem animarum, & ob id occasiones ipsas

tol-

tollat,ac impedimenta salutis penitus auferat, quæ infirmum ad læthale peccatum inducere possunt: Debet propterea accessum ad illum omninò prohibere,eorum præsertim amicorum, cum quibus antea mala aliqua consuetudine fuerit vsus;ne præteritorum peccatorum recordatione, in aliquam incidat delectationem.

Nec etiam accedant ij,qui eum aliquo modo offenderint,iniurias,vel vulnera intulerint,ac probra; ne occasionem capiat rancoris,vel vindictæ: nisi ea intentione accedant,vt reconcilientur, tunc enim accessum negandum non censeo.

Prohibeat etiam lasciuas cantiones, vel sonos, choreas,fœminarum iocos, vel similia, quorum incitamentis, ipsius infirmi animus à recta via deflectat.Laudabile autem puto cantica spiritualia cantari, quæ deuotionem excitent, & vnionem cum Deo,contritioniq; ac æternæ vitæ spei aditum præbeant,vt multoties seruari vidi,magna circumstantium ædificatione, omnia enim in Domini laudem redundant;Propheta canente;*Laudate Dominum in cymbalis benè sonantibus.* Psal. 150.

Similitèr aduertat Sacerdos,nè in domo infirmi, adsit aliqua propinqua peccandi occasio; Qualis esset,Scortum aliquod,cum quo infirmus rem prius habuerit; quam mulierem illico è domo abire cogat:Nec in hoc excusationi indulgeat,& prętextui, puta si diceretur,illam infirmo in rebus necessarijs administram esse: Scandala enim tollenda omnino sunt; nam hoc solum sufficiet ad perdendam illius animam.

Si autem infirmus pauper fuerit, & alia commo-

ditate ad res necessarias careat, in aliquo pauperũ Xenodochio potius curationem capiat corporis, quam domi salutem animę amittat

Si verò diues fuerit, ad sui ministerium alteram honestam ducat; Sicquè omne damnationis periculum vitabit; alias verò in statu erit peccati mortalis, ratione scandali, quod actiuum vocãt Doctores cum D. Th. *2.2.q.43.ar.1.ad* 4.

D. Thom.

Sed veniamus ad dubia circa materiam propinquæ occasionis.

Dubia aliqua de hac materia.

DVb. 1. An quando nõ adest periculum peccati, tàm ex parte infirmi, quàm ex parte mulieris, nec quidem cogitatione, tamen est scandalũ; possit talis mulier domi retineri.

Matth. 18. vers. 9.

Respondetur negatiue; dicente Domino: *Si oculus tuus scandalizat te, erue eum, & proÿce abs te.* Ideò solùm ad euitandum scandalũ, separandi sunt. *Nau. cap. 14. n. 31. Rodriq. in summa tom. 2. c. 49.* & alij communiter.

Nauar. Rodriq.

Dub. 2. An infirmus in domo suę concubinę existens, possit absolui.

Respondeo, quòd siuè concubinatus sit publicus, siuè hoc vnicus testis sciat, regulariter absolui non debet, nisi prius à domo concubinæ discedat. *Sylu. verbo concubinatus, q. 2. Nau. cap. 3. nu. 19. Angel. eod. verbo à nu. 1. Tab. eodem nu. 2.* & est communis; Et hoc non tantùm ratione scandali (vt in dubio præcedenti diximus) verùm etiam, quia Confessarius credere debet, quod nunquam, aut raro, si simul

Sylu. Nauar. Angel. Tab.

viuant,

viuant, omittent peccare mortaliter, ſaltem voluntate. *Poſſeu.cap.7.num.94.Tolet.lib.3.cap.18.num.2. verſ. quartum eſt, petat, &c.* Qui enim amat periculũ, peribit in illo.

Poſſeui. Tolet. Eccleſ. 3. verſ.27.

Dixi *regulariter*, quia ſi aliqua iuſta cauſa, non poſſunt ſeparari, concurrentibus illis quatuor conditionibus, à Nauarro poſitis, poterit abſolui. Conditiones verò ſunt, quæ ſequuntur.

Prima. *Vera pęnitudo præteritorũ delictorum.* Secunda. *Verum, firmumquè propoſitum non peccandi cum ſe inuenerit in ea occaſione.* Tertia. *Credulitas, quòd (Deo adiuuante) nõ peccabunt cùm in ea ſe inuenerint.* Quarta. *Quod ſubſit aliqua rationabilis cauſa, ſe non ſeparãdi ab ea occaſione.* Hæc Nauar. *cap.3.nu.15.verſ.dixi regulariter.*

Nauar.

Cauſa iuſta non ſe ſeparandi, eſt quãdo infirmus tàm graui morbo laboraret, quòd eſſet periculum accelerationis mortis, ſi amoueretur; & tũc, vel potius diſcedat ipſa concubina, vel non compareat coram infirmo, nec coram circumſtantibus; ſequè in aliqua remotiori parte domus conſtituat, vt periculum peccati, & ſcandalum penitus vitetur, & ſic abſoluatur; nam, *Qui multum emungit, eliciet ſanguinem. Prouerb.* 30. quam ſententiam affert Nauarrus loco citato, *num.* 16. vt Confeſſarius non ſit nimis ſcrupuloſus; ita etiam Poſſeuinus *cap.7.num.94.* & alij ab iſtis citati.

Prou. 30. verſ.33. Nauar. Poſſeui.

Si verò infirmus erit in propria domo, & non cõcubinæ, eijciat illam, ſiue cõcubinatus ſit publicus, ſiuè ſecretiſsimus, & aduocentur honeſtæ mulieres ad ei ſeruiendum. Quo facto inducatur infirmus ad contritionem ſuorum peccatorum, & abſoluatur;

Posseuin. præcipuè si infirmitas erit grauis, seù periculosa, vt est febris continua, & similia. *Posseu.cap.7.n.94.* non enim cum periculo differenda est absolutio; Nam, Ezech.18. *Deus non vult mortem peccatoris, sed vt conuertatur, & viuat.*

Dub.3. An meretrix infirma, existens in postribulo, possit absolui.

Respondetur, quòd si infirmitas erit grauis, in periculo, seù articulo mortis, ita vt non possit extrahi à tali domo absque periculo accelerationis mortis, tunc Confessarius accessum Amasiorum prohibeat, ac personarum, quæ ad tentationem illam prouocare possint; committendo hoc negotium alicui personæ spirituali, & postea inducat illam ad verã contritionem, firmumquè propositum non peccandi de cætero; & sic liberè absoluat, poteritquè in loco sacro sepeliri.

Posseu. Tolet. Si verò non erit periculum mortis, sed potius recidiui in peccatum, penitus non absoluatur. Ita *Posseuin.cap.7.num.94.& 95.Tolet.lib.5.cap.10.num.4. vers. Ad hoc peccatum reducitur, &c.* & alij.

Dub.4. An Christianus teneatur ex corde, ignoscere inimicis.

Responsio est affirmatiua, fidequè Catholica tenenda; dicente Domino: *Non oderis fratrem tuum in corde tuo, nè habeas super illo peccatum. Non quæras vltionem, nec memor eris iniuriæ ciuium tuorũ. Leuit.19. num.17. & 18.* Et Dominus noster in Euangelio. *Matth.18.* in parabolis docet nos hanc doctrinam; dicens: *Serue nequam omne debitum dimisi tibi, quoniam rogasti me; nonnè oportuit, & te misereri conserui tui, sicut, & ego tui misertus sum? Et tradidit illum tor-*

Leuit.19. Matth.18.

toribus. Et concludit; *Sic faciet vobis Pater meus cœlestis, nisi remiseritis vnusquisque fratri suo de cordibus vestris*. Et alibi: *Dimittite, & dimittemini. Eadem mensura qua mensi fueritis, remetietur, & vobis*. Vndè D. *Augustin. super Luc. cap. 6.* ait. *Ignosci vobis vultis, ignoscite*. Luc. 6. Matth. 7. D. August.

Quapropter offensas remittere, nihil est aliud, nisi clauis, qua Cœli Ianua aperitur: Sicut Illustriss. ille Protomartyr, dum à Iudęis lapidaretur; *Vidit Cœlos apertos, & Iesum stantem à dextris virtutis Dei*; Qua ratione apertos? Quia pro inimicis orabat, dicens: *Nè statuas illis hoc peccatum*. Hanc doctrinā Stephanus à Domino in Cruce pendente accepit. Quando dixit. *Pater ignosce illis, non enim sciunt quid faciunt*. Ergo, si infirmus vult à Domino sua peccata ignosci, sibiquè Cœlum aperiri, ex corde offensas remittat, ac inimicis indulgeat; secus nō saluabitur. Act. Apos. c. 7. vers. 55. Luc. 23. vers. 34.

Dub. 5. An Christianus teneatur remittere offensas in scriptis, apud Iudicem, & (vt vulgò dicitur) *farli la remissione*.

Respondeo, quod ex iniuria, vel damno dato alicui, solent tria oriri; Primo scilicet rancor, seu odiū in corde; Secundo, signa externa rancoris; Tertio, actio iniuriarum contra iniuriantem.

Primum, quisque tenetur absolutè remittere, & à corde expellere, & hoc de necessitate salutis, vt in præcedenti dubio diximus.

Secundum, communiter est etiam remittendum; inimico enim signa communia charitatis, non sunt deneganda. Dixi, *communiter*, nam aliquando læsus, talia signa ostendere non tenetur, quando hoc facit ad iustè illum puniendum, vel ad lædentis temeri-

tatem reprimendam, & tunc, non sunt dicēda signa rancoris, sed signa iustitiæ, vel correctionis, seù coërctionis: immò signa charitatis, secundùm D. Thomam 2.2.q.34.art.3.

D. Thom.

Tertium verò, læsus non tenetur remittere, nisi ille satisfaciat pro posse, vt in capitulo Si quis contristatus, 90. dist. & in cap. Ad Apostolicæ, de re iudic. lib. 6. & potest peti æstimatio in iure, etiam vltra interesse rerum. capitulo Quoniam, de immunit. Eccles. lib.6. nisi ex hac petitione, ultra interesse, scandalum orietur. Hæc Tabiena *verbo charitas, num.* 6. qui citat multos.

Clarius verò id explicat Lessius, dicens: Melius est, & maior actus virtutis, si iniurias remittat: At secluso odio, & rancore, non tenetur, sed potest vindictam sumere pro iniuriis sibi illatis, interuenientibus aliquibus conditionibus. *Prima est*, vt nō sumat vindictam ex propria authoritate, sed Iudicis. *Secunda*, quòd hoc faciat, vt punitus corrigatur in posterum. *Tertia*, quòd vindictam petat ad aliorum exemplum, vt à malo retrahantur.

Istis tribus conditionibus positis, nō erit peccatū vindictam in iudicio petere, immò potius actus virtutis, scilicet iustitiæ; nam sicut licitum erit procedere coram Iudice, & petere satisfactionē de damno dato in bonis temporalibus, quanto magis de damno dato in bonis corporis, vel honoris cū prædictis conditionibus? Ita Lessius de iustitia, & iure, *lib.* 2.*cap.*47.*dub.*4.*à num.* 22. *vsque ad* 28. qui citat multos; vide etiam D. Thomam 2.2.*q.*108.*art.*1.*in corp. Caiet. ibid. Sylu. verb. iniuria, n.*7.*clau. Reg. lib.*11.*c.*8.*n.*11.*Em. Sà verb. iniuria, n.*1. & communis.

Less. D. Thom. Caiet. Sylu. Sayr. Eman. Sà.

Qua-

Quapropter non benè agunt aliqui Confessarij, pœnitentes scrupulis afficientes, dum dicunt, illos non posse saluari, nisi etiam coram Iudice, actiones iniuriarum remittant, cum hoc liquidè falsum sit, vt patet.

Sed notandum, quòd quando læsus causam lædendi dedit, v.g. si læsus fuit primus, & iniustus aggressor, & ille, ad se defendendum percussit, vel quia læsus inuentus fuit cum vxore, vel consanguinea lædentis, & similia: tunc læsum, remissionem coram Iudice, in conscientia facere debere assero; & ratio est, quia lædens, iustè se defendit, & non sibi damni causa imputari debet, sed aggressori, danti operam rei illicitæ; iuxta illud, *qui causam damni dat, damnum dedisse videtur*, & melius de *reg. iur. in 6. damnum quod quis sua culpa sentit, sibi debet, non alijs imputare. regul.* 86.

ADDITIO.

DVb. 1. Si de duobus inimicis dubitetur, vel cognosci nõ possit, quinam prius causam offensioni dederit, quis inquam prius reconciliationem petere debet.

*R*espondeo, & Dico primò, si offensio fuit æqualis, & offensores sint pares in conditione, neminem ex ipsis ad id primo teneri; nam cum sint æquales quoad omnia, vt supponimus, ex parte neutrius obligatio vrget, vt id primo præstare debeat, sed sufficit, si scandalum præcaueatur, id est si communia signa non desint, & odium interius deponatur, etiam si fortè cæteri ex huiusmodi omissione, adhuc se-

mu-

mutuo odio prosequi, illaquè communia dilectionis signa esse ficta conijciant, quia tunc posito, vt probauimus quod omissio petendi reconciliationem non sit peccaminosa, scandalum inde acceptum nō esset actiuum, nimirùm ex aliqua iniusta, seù illicita actione, vel omissione exhibitum, sed passiuū, & acceptum, seù confictum; scandalum autem passiuum, seù pharisaicum nemo euitare tenetur, vt clarius supra in Additione ad practicam 4. dubio 42. dictum fuit.

Dico secundò, si offensio non sit æqualis, ille prius hoc facere debet, qui grauius læsit, nisi fortè offensus sit inferioris conditionis ipso offendente, quia tunc offensæ excessus, conditionis inæqualitate compensatur; & sic offensores in iure remittendi sunt æquales, prout in primo casu dictum fuit, vel nisi fortè, & si offensores sint æquales in conditione, tamen qui grauius læsit, inimicum sibi postea similem satisfactionem minimè exhibiturum, ac proinde in foro externo graue inde sibi damnum euenturum supponat; Cum enim ipse quoque pro offensa, ab inimico recepta, ad talē satisfactionem vicissim ab eo habendam ius habeat, stante tali periculo, suo iure priuari non debet, sed datur locus compensationi, & alioqui in dubijs melior est conditio possidentis, & quoad excessum, alia via satisfacere posset; quod tamen semper intelligitur prout supra, modò scilicet communia signa non desint, nimirùm si inimicus, suum inimicum resalutet, vel illum simpliciter salutet, si id antea facere solebat; resalutare enim quantum est ex se, inter signa communia reputatur, salutare autem, nonnisi cùm id antea solitū

erat,

erat,vt patet in magnis Ciuitatibus, in quibus inimicitiæ,& odio non ascribitur, si quis alium non salutet,non alia ratione,nisi quia,cùm cōmuniter hoc fieri non soleat, inter signa communia minimè numeratur,ac proinde odium, & animi perturbationē non arguit. *Filiuc.tract.28.nu.27.& 21.Nauar. cap. 14.num.25.vers.dixi odium,per totum,Gabriel. lect.2. in can. Angel.salutare,num.2.Fagundez in decal.tom.1. lib.1.cap.28.num.13.cum Syluestro,Lessio,* & alijs. Filiuc. Nauar. Gabriel. Angel. Fagundez. Sylu. Less.

Dub.2. An teneatur quis suum inimicum salutare,resalutare,alloqui cùm oportet,ad priorem amicitiam admittere,&c.

Respōdeo negatiuè, si ex huiusmodi actionibus, inimicus audacior ad illum offendendum fiat, tunc enim potius contra sui ipsius,& proximi charitatem id agendo peccaret, cooperando scilicet illius audaciæ,ac prauæ deliberationi,& affectui contra seipsum; quod tamen intelligitur, præciso astantium scandalo,quia tunc pro loco, & tempore coram illis tantùm,qui inimicitiam sciunt, signa communia in communi exhibere sufficeret, vel præciso etiam tempore grauis corporalis, vel spiritualis necessitatis eiusdem. *Syluester verb. charitas, q. 6. Valentia in 2.2.disp.3.q.3.p.2.* Sylu. Valent.

Dub.3. An inimico veniam humiliter petenti, ac iustam,debitamquè satisfactionem secretò offerenti,quis illi iniurias remittere teneatur, seù, vt vulgò dicitur (*farli la remissione.*)

Respondeo,teneri priuatim saltem offensam illi condonare,tùm ad scandalum vitādum, ad hoc scilicet, vt inimicus, illum contra se odium deponere aduertat,tùm etiam,quia hic actus deponēdi odiū,

est actus charitatis, ad quem de iure naturali diuino, ex illo Matth. 5. ipse obligatur; verum tamen est, odio iam deposito, posse coram Iudice de delicto commisso, in bonum Reipublicæ, & nè iterum sibi noceat, contra reum instare, cùm hoc ad sui defensionem, de iure naturæ debitam pertineat. *Rodriq. p.p summ. cap.* 17. *num.* 1. *Reginald. lib.* 17. *cap.* 12. *num.* 116.

Matt. 5.

Rodriq.
Regin.

Dub. 4. An offensus, satisfactionem illam, quam priuatim offensor offert, sub mortali acceptare teneatur, an verò illam coram Iudice exigere possit.

*R*espondeo negatiuè, sed illam in iudicio petere potest, nam vtitur iure suo, nisi fortè aliundè magnũ damnum iniustè, citra sua iura, contra offensorem, inde offensori eueniret, quod sanè ex charitate offensus euitare tenetur. *S. Thom.* 2.2. *quæst.* 108. *art.* 1. *&* 2. *Sancius in selectis, disp.* 2. *nu.* 11. *Salon.* 2.2. *quæst.* 83. *art.* 6.

D. Thom.
Sancius.
Salon.

Dub. 5. An citra mortale, malum inimico optare, seu velle liceat.

*R*espondeo negatiuè, nisi malum aliunde, quàm in bonis animę desideretur, idquè non quatenus malum est, idest vti inimico, vel alteri nociuum, sed quatenus illi, vel desideranti, vel Reipublicæ proficuum, seù necessarium est, nec pro tunc alius congruentior impediendi modus occurrat, cùm hoc desiderium bonum sit, ex eo quia bonum, ac regulatum finem habet; sin minus, mortale est, ac peccaminosum iuxta mali desiderati quãtitatem. *Aragon.* 2.2. *q.* 21. *art.* 9. *Filiuc. tract.* 28. *cap.* 1. *num.* 8. *vers. infertur, Rodriq. p.p. sum. cap.* 17. *num.* 6.

Aragon.
Filiuc.
Rodriq.

An autem liceat citra mortale optare mortem

ini-

inimico, & cuicunque homini flagitioso, qui suam prauam vitam corrigere non curat, nec à malo desistit, ad hoc, quod posito quod sit damnãdus, citius, & cum minoribus peccatis in infernum descendat, & ob hoc ibi minus patiatur, sanè id vltro fieri hoc iusto fine licet, etenim tale desiderium esset actus charitatis, optaretur enim inimico minus malum, exercere autem actum charitatis erga suum proximum, cuicunque licet, qui dum viuit, semper proximus alijs fidelibus est; est enim vna cum ipsis vnius corporis mistici Ecclesiæ militãtis membrum, licet dum ipse lætali labe fędatus existit, sit membrum præfati mistici corporis aridum, humore diuinę gratiæ, qua viuum reddi valeat, carens; Huiusq; rei habemus exemplum de Anastasia vxore Publii, quæ, cum tempore Diocletiani cibasset in carcere Sanctum Gorgonium, eam vir eius in vinculis detinebat, quę Deum enixè precabatur, vt si Publius suam vitam mutaturus, seu correcturus non esset, eum citius mori faceret, vt cum minoribus peccatis moriendo, minus postea in inferno pateretur.

Dub. 6. An in beneficiorum collatione, proprius inimicus licitè excludi possit.

Respondeo affirmatiuè, posita sufficienti electi habilitate, nam sicut antè inimicitiam, cum hac circumstantia beneficij collator illum excludere poterat, ita etiam postea potest, nisi fortè inde scandalum oriatur, quod sanè non fit, si de electi habilitate constet, vel nisi beneficij collatio ex alterius voluntate dependeat, vt accidit in iure patronatus, &c. *Paulus Layman. lib. 2. tract. 13. cap. 4. n. 2.* Layman.

Dub. 7. An filio, qui indignè nuptias, contra pa-

tris voluntatem celebrauit, possit pater citra mortale reconciliationem denegare, ac familię, nè cum illo consuetudinem habeat prohibere.

Respondeo affirmatiuè, si id non odio, sed in locum pœnæ agat, modò talis pœna sit ad tempus, ad hoc, vt proportionetur culpæ. Quod si quæras, an filius peccet mortaliter, matrimonium irrequisito patre contrahendo, id affirmat Guttierez *lib.* 1. *qq. canon. cap.* 20. *num.* 3. asserẽs, debere filium sub mortali patrem quoad hoc consulere, sed eius consiliũ, ac voluntatem in hoc sequi, si matrimoniũ, pensatis circumstãtijs, honestum, ac bonũ sit, nullatenùs sequi debere; Ego verò, nec puto filium peccare mortaliter, si irrequisito, & inconsulto patre, matrimonium, si illud honestum sit, ineat; si enim filius quoad matrimonium ineundum est sui iuris, etiam in ordine ad parentes, sicut etiam quoad mutationem status, scilicet quoad habitum monasticum, vel clericalem assumẽdum, pro vt tenet Diuus Thomas 2. 2. *q.* 104. *art.* 5. *in corpore*, & communiter Doctores id fatentur, consequenter à nullo in hoc dependet, & dum à nullo dependet, nulli facit iniuriam, si inconsulto patre, vel alio quocunque id agat, proindeq; nec mortaliter peccat; licet ex honestate quadam, & ex congruentia, de matrimonio contrahendo, eiusquè qualitate, suos parentes informare debeat. Quod si dicas filium inscijs, vel inuitis parentibus matrimonium ineundo eos grauiter contristare, & sic lætaliter peccare. Ad hoc respondeo, talem contristationem, ad effectum peccandi mortaliter, esse passiuam, sumptam scilicet à parentibus, non verò à filio eis datam, cum filius agat id in quo est sui iuris,

Gutier.

D. Thom.

atque

atque ad-o, dum matrimonium bonum vndequaq; & honestum est, nullus inde rationabiliter contristari queit. Peccaret verò mortaliter filius, si matrimonium honestum, secundum voluntatem patris non iniret, quod esset medium necessarium ad conciliãdas inimicitias propriæ domus cum familia fœminę in vxorem ducendæ, & alius in hoc modus aptior, non adesset, cum filius teneatur ex virtute pietatis, quam erga parentes seruare debet, patri in grauibus illius necessitatibus, inter quas hæc vna supponeretur esse, succurrere, illum scilicet ab inimicitiarum periculo liberare, quod fieret, si filius secundum illius dispositionem matrimonium iniret, idquè procedit etiam si alioqui matrimonium, quod filius cõtra voluntatem patris contraheret, adhuc, pensatis circumstantijs, honestum foret; sicut etiam lætalis peccati labe inficeretur filius vxorẽ ducendo conträ patris voluntatem, & ex eo matrimonio, rumores, & scandala suboriri possent; debet enim filius in rebus noxijs, vel vndè mala oriri queunt, stare obedientiæ, ac dispositioni sui patris, & sic, cũ in rebus malis, & grauibus vitandis, non obediret patri, mortaliter peccaret. *Nauar. ex parte in sum. cap. 14. n. 15.* Nauar. *Graff. lib. 2. decis. cap. 55. num. 19. Bellarmin. lib. 1. de matrim. c. 19. proposit. 3. S. Thomas loc. cit. & in 4. dist. 29. q. vnica, art. 4. Abbas cap. 1. nu. 6. de sponsal. impub. & glos. in cap. fin. 32. q. 2 verb. parentum, & cap. cùm virum, verbo paterna, Victoria in sum. de matrim. num. 269.* Graff. Bellarm. S. Thom. Abb. Victoria.

Quod si prętereà quæras, an pater possit priuare filium alimẽtis, si eo irrequisito, vel eo inuito vxorem ducat; certè id dici non potest, cum alimenta

(in-

inter quæ veniunt victus, vestes, habitatio, seruitus, &c. ad viuendum secundum qualitatem personæ necessaria) debeantur de iure naturę à patre filio, atque adeò, si filius nō habeat vndè viuat, dum pater potest, tenetur illum alere, & hoc etiam si inhonestum matrimonium contraxisset, quia filius per errorem, quem committit, non potest à patre priuari ijs, quæ de iure naturæ illi ab eo debentur, alias pater esset supra ius naturæ, quod non conceditur; tum quia de iure etiam ciuili pater debet filio alimenta præbere, illiusquè onera sustentare, & sic etiā filij vxori alimenta dare astringitur, cum onus viri sit vxorem alere, si filius illa sibi, suæquè vxori subministrare non possit, & pater ad illa præstanda potens sit, pro vt patet ex *l. si quis à liberis, ff. de liberis*, 5. §. *si vel parens, vers. non tantum, ff. de liberis agnosc.* & docet Innocentius *in cap. per vestras, ad fin. de donat. inter virum, & vxorem*. Quare, cum pater, non sit supra legem positiuam, nec illi contraire potest, & filio contra suam voluntatem matrimonium contrahenti, & si indignè illud ineat, alimenta subtrahere; benè tamen potest pater filio aliqualiter alimenta minuere, tamen in hoc vltimo casu, cum scilicet indignè matrimonium cōtrahit, ad exemplum scilicet aliorum, quantum iudicio prudentis sat erit. Riminaldus *cons.* 133. *nu.* 41. *vol.* 2. *Molin. lib.* 2. *de primog. cap.* 16. *num.* 6.

Innocent.

Riminald.
Molin.

Quod si item quæras, an filius contra volūtatem patris, vel eo irrequisito matrimonium iniens, à patre exhæredari possit; Sanè, nec id dici quæit, etiam si inhonestum contrahat matrimonium, quia cum filius debeat de iure hæres à patre institui, *l. in-*

ter,

ter, ff. de liber. & posthum. non potest, nisi in casibus in iure expressis ab illo exhæredari, inter quos casus, hic minimè inuenitur expressus; nec alioqui pater est supra ius; Et licet fœmina inuitis parentibus nubens, de iure exhæredari valeat, pro vt patet ex authentica *vt cum, de appellat, cognosc. §. aliud quoque, ad fin.* & ex authēntica *sed si post, C. de inoff. testam.* (quod intelligitur ex citatis textibus, si ei offeratur à parētibus dos, secundum vires facultatis, & adhuc ipsa inhonestè nubere velit, & sit infra annum 25. constituta, secus si vigesimumquintum annum completū habeat, etiam si inhonestè nubat, & dos pro vt supra à parentibus offeratur, dummodo personam liberam, & non mācipium, &c. in virum ducat) tamen iura prædicta de fœminis solummodo, non verò de viris loquuntur, & cum hæc dispositio sit pœnalis, & de fœminis loquatur, ad viros extendi non debet, cum pœnalia, non extendenda, se restringenda sint. *cap. odia, de regul. iur. in 6.* Tum quia, quod filius in simili casu exhæredari à patre non possit, habetur ex glossa *super cap. Quintauallis, de iureiurando, verb. exhæredare*, & sequitur Syluester *hæreditas 2. q. 2. n. 3.* Sylu.

Quod si tandem quæras, an pater cogens filium ad matrimonium ineundum, excommunicationem in Tridentino *sess. 24. de reform. matrim. cap. 9.* incurrat; Profectò eam non contrahit, cum Tridentinum loqui videatur de habētibus iurisdictionem in foro externo, ibi, *suos subditos*, & sic non comprehendit in hac materia parētes respectu filiorum, pro vt patet etiam ex declaratione fel. record. Greg. XIII. à Barbosa super dictum Tridentini capitulum adducta; quæ Tridentini excommunicatio nec contra Conc. Tri. Greg. 13.

ha-

habentes iurisdictionem in foro externo sanè procedit, cum aliquem ad matrimonium contrahendū iuste compellunt, vt si quis aliquam parem in sua conditione stuprauerit, eamquè postea vt in vxorē sibi ducat, vel vt illam dotet, vim ei inferant, &c. cū Tridentini prohibitio procedat cum in hac materia iniustè vis alicui quoquo modo infertur; non .n. Tridentinum, nisi quod peccatum est in hoc prohibere intendit, cuiusmodi non est iusta coactio, pro vt ex ipsius verbis patet, ibi, *cum maximè nefarium sit ab ijs iniuriam nasci, à quibus iustitia expectatur*, nec prę fata Tridentini dispositio comprehendit eos, qui matrimonium contrahendum impediūt, sed nec vi, nec metu directè, vel indirectè id agunt, vt ex verbis textus liquido constat. *Hurtado de matrim. difficul.* 8. *num.* 29. *&* *difficult.* 7. *vers. secundo*, *Coninc. to.* 2. *disp.* 28. *sub num.* 48. *&* *n.* 50. *Basil. Pontius de matrim. lib.* 4. *cap.* 19. *num.* 14. *&* *n.* 16. *Henriq. de matrim. lib.* 11. *cap.* 6. *num.* 5. *&* *in commento lit. G. Paulus Laym. dub. praeced. cit. num.* 4.

Hurtado. Coninc. Basil. Pōt. Henriq. Layman.

Dub. 8. An possit quis tuta conscientia aliquid dare suo inimico, vt odium contra se deponat.

Respondeo negatiuè, si tale odium, absque graui incommodo sustinere possit, quia cooperatur peccato furti, quod ille in pecunię, si numerus notabilis sit receptione committit, vt odium deponat, quam ob hoc recipere nullatenus potest, cùm ad odium gratis deponēdum, de iure diuino ex illo *Matth.* 5. teneatur, alioquin inimicus in odio non deponendo, nisi solutione præmissa, non peccaret, quod profectò falsissimum est, & contra catholicam veritatē. Sin minus, non peccat, quia vtitur iure suo, iniustam

Matth. 5.

ve-

vexationem redimendo, nec alioqui cum graui suo incommodo alterius peccatum, præsertim ex malitia, & contra se euitare tenetur. Quod etiam licitè fieri potest, si fiat ad hoc, vt iniuriarum remissio in foro externo obtineatur, damnaq; in honore, & fama alteri allata remittantur, cùm offensus citrà peccatum ius habeat, reum de hoc coram Iudice accusandi, quod ius, cum pretio æstimabile sit, pecunijs licitè redimi, ac remitti potest. *Corduba de casibus cōscientiæ, quæst.* 78. *Rodriquez* 1. *p. sum. cap.* 17. *num.* 1. Cordub. Rodriq.

Nec obstat, quod supra dubio tertio dictum fuit, nimirùm, quod offensus contra offendentem de offensa recepta, in bonum etiam Reipublicæ coram Iudice instare potest; ex quo huiusmodi actioni accusandi cedere non posse videtur, ex eo quia talis actionis remissio bono communi damnum, seù præiudicium afferat; Nam Respondeo, quòd, vel delictū est tale, quod non obstāte tali remissione, adhuc Iudex ex officio ad reum puniendum, licet aliquanto remissius procedit, & sic per hoc bono Reipublicæ non officitur; vel non potest procedere, & sic signū est, quod punitio, offenso remittēte, bono communi non expedit, & si fortè expediret, illa difficultas obtinendi ab offenso remissionem, loco punitionis cedit; nam aliàs, hoc non obstante, Iudex illum etiam puniret, vt in alijs grauioribus delictis ex officio, vt dictum est, etiam præstat.

Dub. 9. An quis ab alio percussus, præcisè ad sui honoris defensionem, illum insequi, ac repercutere, seù occidere licitè possit, si alia via suam existimationem recuperare nequeat.

Respondeo negatiuè; si enim hoc liceret, sanè es-

set iure defensionis, quia nimirùm vim vi repellere licet, sed illa vis reparari, seù repelli tantùm potest, quæ actu infertur, vt ex ipso reparationis nomine patet, ergò postquam illata iam est, vt in casu nostro supponimus, reparari amplius non potest, ergò si lędens postea offendatur, illa offensio non est violentiæ reparatio, sed priuata iniuriæ receptę vindicta, seù vultio, quã citra mortale (vt infrà dicemus) homini priuato sumere non licet; Nec valet dicere, quòd sicut fur, postquam rem alterius abstulit, insequi, ac res recuperari potest; ita etiam postquàm quis alteri per iniuriam existimationem abstulit, ab offenso insequi, ac lædi licitè queat, vt illam iam amissam, hac via recuperet; nã primum ideò licet, quia sine alterius præcepti trãsgressione fieri potest: nec hoc ad vindictam pertinet. Secundum verò non licet, nam & si (vt dictum est) in ipso actuali iniuriæ illationis conflictu, ex illo principio, *vim vi repellere licet*, offensa repelli licitè possit; tamen postquàm illata est, repulsio (vt probatum est) non habet locum, cùm illa vis, seù iniuriæ illatio, iam cessate supponatur, ac proinde huiusmodi repulsio, non est repulsio, seu existimationis defensio, vel recuperatio, sed vindicta, & iniuriæ vltio, quæ ad Deum solùm, ex illo *ad Romanos* 12. *Mihi vindicta, & ego retribuam*, & ad publicam etiam potestatem huius rei vindicem spectat, ac proindè id sine diuinę legis transgressione de iniuriarum remissione, ac nõ reddendi maledictum pro maledicto, & publicæ potestatis pręiudicio, fieri non potest. Nec item dicere valet, quod sicut postquàm quis alterum infamauit, infamatus ad illius dictum debilitandum, eius oc-

Rom. 12.

culta

culta crimina, ad hoc facientia, citra vllam detractionis notam propalare potest, ita etiam licet offenso, ad suam famam recuperandam, offensorem insequi, illumquè percutere, occidere, &c. Primum enim vltrò conceditur, cùm infamatus, in mentibus audientium moraliter aggressus censeatur, quæ aggressio, cũ sit moralis, & non physica, semper durat; cùm semper Auditores talem infamationem concipere possint, ex eo quia in eorum mentibus actualiter conseruatur, ergo cùm aggressio semper actualis censeatur, aggresso, seù infamato apud eosdem, seù in mentibus eorundem Auditorum, vim vi repellere licet, ac proindè contrarij dicta, per occultorum eius criminum propalationem, prout supra, absque vllo detractionis peccato debilitare, ac contra illũ sic se defendere potest; quod de secũdo dici nequit; nam talis aggressio, cùm sit physica, iura etiam se defendẽdi, intra latitudinem aggressionis, & defensionis physicæ, læsus seruare debet, itaut, dum actu physicè aggreditur, se defendere possit, non verò violentia iam transacta, seù recepta, ac proindè ad iura defensionis moralis, cùm præceptorum, prout supra notatorum transgressione pertransire nequit. *Malder. in 2.2. D. Thom. tract. 3. cap. 1. dub. 14. Turrian. in 2.2. tom. 2. disp. 27. dub. 3. num. 9. Tolet. lib. 1. cap. 80. nu. 8. vers. nono qui, Sotus, Angelus, & Riccardus apud Petrum Nauar. lib. 2. de restit. cap. 3. nu. 377. vers. de secundo vero, Azor. tom. 3. par. 3. lib. 2. cap. 1. quæsito 13.*

Malder. D. Thom. Turrianus Tolet. Sot. Angel. Riccard. Pet. Nau. Azor.

P. D. Laurentius Cutillus.

De Sanctissima Communione, seù Viatico.

PRACTICA VIII.

PVrgata conscientia per Sacramentalem Confessionem, ac omnibus sublatis impedimentis, ac scrupulis, curet Sacerdos, vt infirmus sacram sumat Eucharistiam, quam grauescente infirmitate, etiam non ieiunus sumet per modum viatici. Curet autem ipse, ad tam grande Sacramentum, infirmum accedere dispositum, æquè ac deuotum: Deuotionem verò suis monitis, ac pijs considerationibus excitabit, vt in illius pectore diuinus exardescat ignis.

Si enim tam auidè Medici aduentum expetit, vt corporalibus remedijs, corpori salutem restituat, quod tandem vermibus cibum dabit; maiori certè ardore cœlestem Medicum, ac Dominum Iesum Christũ præstolabitur, à quo ad sanandam animam antidotum capiet: salutem verò corporis adhuc ab eodem Saluatore sibi dandam putet, si expediens ad animæ bonum fuerit; quod quidem certissimum habeat, ac firmum, si fide vera munitus, ac magna deuotione communicet.

Dat verò hic cibus vigorem, ac vires, vt facilius ascendere possit anima ad mõtem Dei Horeb, cœlum dixerim, *Ante faciem Dei videntis, ac viuentis*; vbi nec ęgritudinum timor, fames, sitis, aut mors erit; cùm sit ibi vita immortalis, ac æterna.

Cœterum, per accessum huius Diuini Medici, ditabitur ægroti anima cœlestibus thesauris, nõ defi-

cienti-

cientibus, à quo, & peccatorum venia, pręteritarum culparum perfecta contritio, vera Fides, Spes firma, Charitas ignita, ac amor erga Deum datur; in aduersis fortis patientia, suæ diuinæ voluntati magna cõformitas, suæquè passionis iugis recordatio; contra diabolicos incursus gloriosa Victoria, ac tãdem in eius mandatis perseuerans famulatus conceditur, vt ad finem, qui vita est æterna, peruenire valeat.

Has, & similes considerationes excitabit Sacerdos in infirmi pectore, vt ex affectibus, qui ex ijs orientur, maiori desiderio, ac deuotione excitetur eius animus ad præparandum cordis habitaculum, vt dignè Corpus Christi recipere valeat.

Modò deueniamus ad casus frequẽtiores de hac materia.

Dubia aliqua circa Communionem infirmorum.

DVb. 1. An infirmo non ieiuno, danda sit communio.

Respondetur, quod si infirmus non poterit commodè expectare vsque mane, quia de eius periculo dubitatur, statim est communicandus, sic etiam si adesset periculũ incidendi in phrenesim, etiã post sumptum cibum, nè fortè sine cõmunione decedat, & tunc per modum viatici est communicandus. *D. Th. 3. p. quæst. 80. art. 8. Palud. in 4. dist. 8. q. 1, ar. 4. Tab. verbo communicare, num. 53.* & est communis. D. Thom. Palud. Tab.

Dub.

Dub.2. An non ieiuno, pluries hoc viaticum in eadem infirmitate dari possit.

Respondeo, si vellet communicare ieiunus ex deuotione, non dubito posse sæpius id facere; si non ieiunus, per modum viatici adhuc poterit sæpius; dummodo duæ conditiones concurrant. Prima, quòd infirmus non possit perdurare vsque mane, absque aliqua refectione ex nimia debilitate, vel sine potu ex nimio febris ardore. Et secunda, quòd sit distantia sex, vel octo dierum inter vnum viaticum, & alterum. *D. Thom. 3. p. q. 80. art. 8. Tab. verbo communicare, num. 54. quæst. 48. Armill. communio, num. 18. Nauar. tom. 2. cons. lib. 5. de pœnit. & remiss. cons. 4. in fin. & cons. 10. de celebr. miss. Tolet. lib. 6 cap. 15. num. 2. vers. ieiunus, &c. Suar. tom. 3. disp. 66. sect. 5. Graff. 1. p. lib. 2. cap. 38. num. 2. Posseu. cap. 8. nu.* 22. & alij communiter.

D. Thom. Tab. Armill. Nauar. Tolet. Suar. Graff. Posseu.

Dub.3. An sumens in sero electuarium, vel confectum pro voce, seu gutture, seu pro medicina capitis, &c. & mane inuenerit illud nondum consumptum, quod statim expuit, possit communicare, seu celebrare. Et loquimur etiam de sano, extra necessitatem communicandi.

Respondeo, in hoc duas esse opiniones. Prima simpliciter negat, & ratio est, quia deglutio, quæ sequitur post mediam noctem, non fit per modum reliquiæ præcedentis cibi, nam illa materia, quæ in sero in os ponitur, vt paulatim in stomachum descẽdat, ex intentione sumentis tamdiù durat eius comestio, donec ipse totam deglutiuerit; secus de reliquijs cœnæ diei præcedentis, hærentibus inter dentes, quia secundum communem hominum sen-

sum,

ſum,& intentionẽ ſumẽtis,illa comeſtio fuit omninò abſoluta ante mediam noctem,ergo, &c. ita *Aegid. Coninc.q.80.art.8.num.48. & 49. quem ſequitur Bonacin.de Sacram.diſp.4.q.6.pun.2.num.7. citans Suar. diſp.68.ſect.4.*

Coninc. Bonac. Suar.

Secunda opinio eſt Tabienę, affirmantis poſſe communicare,& celebrare;& ratio eſt,quia ad hoc vt cibus frangat hoc ieiunium naturale (pro Sacramenti receptione neceſſarium) duæ conditiones requiruntur,quas elicit à D. Thom.*in 4.ſent.diſt.8. q.1.art.4.*

Prima conditio eſt,quod cibus ille,vel potus veniat ab extrinſeco poſt mediam noctẽ; vnde quod ante mediam noctem eſt in ore,non frangit naturale ieiunium,quia non dicitur de nouo ſumi: Hinc D.Thomas *in 4.loco citato*,ſic ait,*Ieiunium naturæ dicitur per priuationem actus comeſtionis,vel potionis.*

D. Thom.

Secunda conditio eſt,quod deglutiãtur reliquię, per modum cibi;nam ſi deglutirentur per modum ſaliuæ,non frãgerent ieiunium naturale, quia quod ſumitur per modum ſaliuæ,non dicitur comeſtionis actus; ita quòd iſtæ duæ conditiones accipiantur copulatiuè; ſcilicet, quòd cibus ſit ab extrinſeco poſt mediam noctem,& quòd deglutiantur reliquiæ per modum cibi;non enim ſanguis, vel quod è naribus fluit (licet ſit in magna quantitate) frangit ieiunium naturale,eo quod non ab extrinſeco, neque ſunt per modum cibi. Et ſic patet quid ſit dicendũ de eo,qui in ſerò recepit aliquid in ore pro voce, vel pro pectore, &c. quòd poſtea remanet in ore poſt mediam noctem;non enim venit ab extrinſeco poſt tranſactum mediæ noctis ſpatium. *Hæc Tabiena*

verbo communicare, num. 49. per totum, citans pro se
Palud. *Petr. de Palud. in 4. sent. dist. 8. q. 2. art. 3. & D. Thom.*
D. Thom. *loc. cit.*

Et quamuis ambę istæ opiniones sint probabiles, & tuta conscientia sequi possint, tamen ipse meam dicam sententiam, loquendo cum distinctione.

Vel electuarium, seu tabella confecta in ore posita in serò fuit in tanta quantitate, quod verisimiliter poterat perdurare post mediam noctem, & adhuc ille sumpsit, tunc videtur voluntaria perduratio cibi pręteriti ex intentione sumentis; & tunc tenendum est cum prima opinione, quæ reuerentiæ tanti Sacramenti magis fauet.

Vel illa perduratio electuarij fuit præter intẽtionem sumentis, quia quando in serò accepit, putabat tam paruam quantitatem non esse perduraturam post mediam noctem; vel etiam quia hoc fecit obliuione, vel inaduertentia, vel quia statim fuit somno correptus, & sic remansit in ore vsque mane pręter intentionem, quod experrectus, statim expuit, & tũc cum secunda opinione tenendum est, quia reuera, quod post mediam noctem deglutiuit, & per modũ saliuæ, & præter intentionem deglutiuit, vt de reliquijs ciborum præter intentionem deglutitis, com-
D. Thom. munis sententia asserit, & præcipuè D. Thom. *3. p.*
Suar. *quæst. 80. art. 8, ad 4. Suar. tom. 3. disp. 68. sect. 4. col. 2.*
Valent. *Valen. to. 4. d. 6. q. 8. p. 3. Rodriq. in summ. par. 1. cap. 66.*
Rodriq. Nauar. *num. 3. Nauar. cap. 21. nu. 53. Eman. Sà Eucharistia,*
Eman. Sà. *num. 27.* & alij.

Dub. 4. An retinens in ore aliquid aromatis ad comprimendam respirationem mali odoris, frangat ieiunium naturale ad communionem necessarium.

Re-

Respondeo, non frangere ieiunium, licet illud dentibus terat, dummodo non deglutiatur illa materia: quamuis illa odorifera saliua deglutiatur, quia sicut degustatio cibi, vel parum aquæ per modum saliuæ in stomachum descēdens, non frangit ieiuniū naturale, vt omnes communiter concedunt: sic nec illa odorifera saliua si deglutiatur. *Coninc.q.80.ar.8. nu.48. Bonac.de Sacram.disp.4.q.6.pun.2.n.9.* & alij. Coninc. Bonac.

Dub.5. An infirmus existens in periculo mortis, teneatur sub peccato mortali communicare.

Responsio est affirmatiua, adest enim præceptum diuinum, *Nisi manducaueritis carnem filij hominis, nō habebitis vitam in vobis. Ioan.6. Est etiam decretum in Sacris Canonibus, 27.q.6.can.de ijs, &c.* Io.6.vers. 53.

Non desunt, qui hoc præceptum interpretantur semel in vita obligare. Vt *Caiet. verbo Eucharistia, Victor.de commun.* & alij. Caiet. Victor.

At securius, & melius tenēdum est cum Paludano, & alijs: quòd si quis communicauit paulò ante, quàm incideret in periculum mortis, non teneretur ex diuino præcepto iterum cōmunicare, v.g. si quis communicauit, & postea intra sex, vel octo dies incurrit periculum mortis. *Palud.dist.9.q.1.* quam opinionem probabilem appellat Toletus *lib.6.cap.18. num.2.in fin. Nauar.lib.5.cons.de pœnit.& remiss. cons. 40.num.8.vers.tertio, quod est, &c. Durand. dist.3.q.1. art.4. Petr.de Soto lect.9.de Eucharist. Suar.tom.3.disp. 69.sect.3. Bonac.de Sacramentis, disp.4.q.7.pun.1.n.2. Coninc.q.80.art.11.dub.3.num.98. Victorel. in addit. ad Posseu.cap.8. num. 20. vers. iure diuino, &c.* & alij communiter ab istis citati. Licet non desint, qui cōtrarium sentiant. Palud. Tolet. Nauar. Durand. Sot. Suar. Bonac. Coninc. Victor.

Dub.6. An damnatis ad mortem Sanctissima Eucharistia sit ministranda.

Responsio est affirmatiua, etiam si non essent ieiuni, & non esset permissum à Iudice, vt expectaretur vsque mane, & tunc per modum viatici illis ministranda erit; sunt enim in articulo mortis; Aduertendum autem, quòd planè vna hora saltem ante mortem communicandi sunt. *Suar. tom. 3. disp.66. sect.5. in fin. Graff. par.1. lib.2. cap.38. num.28. Nauar. in Miscel. de Orat. Sylu. Eucharist.3 num.7. Tolet. lib.2. cap.28. nu.3. & 4. Sot. dist.12. q.1. art.2. col.7. Coninc. q.80. art.8. nu.50. & 51. Bonac. de Sacram. disp.4. q.6. pun.1. n.22.* & est communis.

Suar. Graff. Nauar. Sylu. Tolet. Sot. Coninc. Bonac.

Neapoli verò ex Constitutione Synodali Diœcesana cap.15. Prohibetur communio damnatis ad mortem non ieiunis.

Dub.7. An phreneticis, seu amentibus cõmunio sit administranda.

Respondeo, si est periculum irreuerentiæ, nõ erit administranda, quamuis tales sint in articulo mortis; secus verò si non esset huiusmodi periculum, & infirmus antea petijsset, vel antequã in phrenesim, vel amentiam incideret, deuotionem, & desiderium tanti Sacramenti ostendisset, tunc vtique administranda erit Sanctissima Eucharistia. *D. Thom. 3. p. q.80. art.9.* Immò in tali casu, tenetur Parochus illi hoc Sacramentum ministrare, vt affirmat Suarez *tom.3. disp.69 sect.* 2. Et ratio est, quia cum hoc Sacramentum (sicut & cætera) faciat de attrito, contritum, non debet infirmus tali medicina priuari. *Eman. Sà Eucharistia, num.3.* Ita etiam habetur in *Rituali Romano Pauli V.* & est communis.

D. Thom. Suarez. Eman. Sà.

Et

Et secundũ Sotum, si phreneticus ante infirmitatem christianè vixit, & ostendit deuotionem ad Eucharistiã, licet factus phreneticus, non potuerit confiteri, est saltem communicandus in morte, dummodo non sit periculum irreuerentiæ. *Sot. dist.* 12. *q.* 1. *art.* 9. *concl.* 3. *citatus à Posseu. cap.* 8. *num.* 31. Sot. Posseui.

Dub. 8. An hoc Sacramentum pueris vsu rationis pollentibus, ministrari possit.

Respondeo, quamuis Doctores asserant, istos nõ teneri præcepto annuę Communionis ante duodecimum annum, vt inquit Emanuel Sà *verbo Eucharistia, num.* 12. tamen Sotus, & alij infra citandi, dicunt, posse illis ministrari, qui sunt intra decimum annum. *Sot. dist.* 12. *q.* 1. *art.* 9. *Valent. tom.* 4. *disp.* 6. *q.* 8. *p.* 4. *Lopez p.* 1. *cap.* 11. *Medin. lib.* 1. *cap.* 14. §. 42. & alij Summistæ communiter in verbo Eucharistia, & in verbo Communio. Em. Sà. Sot. Valent. Lopez. Med.

Et licet post annum septimum sint capaces Confessionis, non ex hoc sequitur, quod sint etiam Cõmunionis: maior enim rationalitas, & discretio pro Sacra Communione sumenda requiritur, quàm pro Confessione, vt inquit Nauarrus *cap.* 21. *num.* 57. *in fine.* Nauar.

At quia alijs citiùs, alijs tardiùs illucescit rationis radius, & indiuisibilis terminus præscribi nequit: ideò prudens Confessarius de tali Communionis obligatione iudicium feret; videtur autem concludi terminus à decimo vsque ad 16. ætatis annum. *Posseu. in Addit. ad Sà verbo Eucharistia, nu.* 12. *& Suar. tom.* 3. *disp.* 70. *sect.* 1. & alij. Posseuin. Suar.

Pueris verò, qui nũquam Communionem sumpsere, in prædicta ætate decem annorum, concedi

debet, præcipuè in periculo, seu articulo mortis, procul habitis tantis scrupulis, secundùm Nauarrũ *cap.21.num.57.in fin.*

Nauar.

Ipse verò vidi peritissimos Theologos passim cõcedere tanti Sacramenti frequentiã pueris, & puellis nouem annorum, tanta erat (in tali ætate) illorũ prudentia, iudicium, ac deuotio, quòd planè est secundum intentionem Suarez *tom.3.disp.7.sect.1.*

Suarez.

Dub.9. An Sacerdos Regularis, infirmis in articulo mortis constitutis hoc Sacramentum ministrare possit.

Antequam dubitationi respondeam, aliqua mihi præmittenda sunt, pro maiori intelligentia.

Et primo, quòd olim per Summos Põtifices Regularibus fuit prohibitum sub pœna excommunicationis Sedi Apostolicę reseruatæ huius Sacramenti administratio, vt habetur Clementina *Religiosi, de priuileg. in princip.* per Clemẽtem V. his verbis, *Religiosi, qui clericis, aut laicis Sacramentum Vnctionis extremæ, vel Eucharistiæ ministrare, aut matrimonia solemnizare præsumpserint, excommunicationis sententiam ipso facto incurrant, per Sedem Apostolicam, dumtaxat, absoluendi, &c.*

Clemen.5.

Sed postea per diuersos Summos Pontifices priuilegium ipsis Regularibus fuit cõcessum, per quod omnibus Christi fidelibus toto anni tempore Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum administrare possint, ac valeant, excepto die Paschatis Resurrectionis tantùm. Ita per Bullas authenticas concessit Nicolaus V. Fratribus Minoribus, Bulla 2. & cõfirmauerunt Sixtus IV. Bulla 11. Leo X. & alij Summi Pontifices alijs Regularibus. Quod priuilegium

Nicol. 5.
Sixt. IV.
Leo X.

per

per communicationem, omnibus Regularibus extenditur, vt in specie hęc participatio conceditur à Gregorio XIV. nostræ Religioni Ministrantium Infirmis, fuitquè à Clemente VIII. confirmata, ac si essent æquè principaliter omnia priuilegia cæterorũ Regularium nobis concessa, vt ex Bullis apparet. *Ioannes Cruz lib. 2. cap. 5. dub. 3. concl. 3.* Greg. XIV. Clem. 8. Io. Cruz.

Quæ omnia, & singula priuilegia singulis concessa, refert Rodriquez *tom. 1. q. 54. ar. 3. Nauar. cap. 21. num. 54. à Sorbo in compend. priuileg. verbo Communio, & verbo Eucharistia, & verbo Communicatio priuilegiorum, Ioannes Cruz, de priuileg. Religiosorum, lib. 2. cap. 4. dub. 1. de communicatione priuilegiorum*, & alij. Rodriq. Nauar. Sorbo. Io. Cruz.

A prædictis priuilegijs, excipitur solus dies Paschatis Resurrectionis; nam in eo Pontifices volunt, vt Christi fideles ad satisfaciendum præcepto annuæ Communionis, in propria Parochia communicent, vt in canone *Omnis vtriusque sexus, &c.* & est etiam notatum in Concilio Carthagin. 1. *c.* 7. & in Concilio Meleuitano *cap.* 8. Cõc. Cart Meleuit.

Et in tali die Paschatis, nisi adsit licentia expressa, vel tacita Parochi, Regularis non potest hoc Sacramentum fidelibus ministrare; tamen Regularis credere tenetur dicenti, se habere licentiam à Parocho, etiam ad satisfaciendum Ecclesiæ præcepto in eorum Ecclesiis. *Tolet. lib. 1. cap. 36. num. 2. Nauar. cap. 21. num. 52. Rodriq. tom. 1. q. 54. art. 2.* & alii communiter. Tolet. Nauar.

Non desunt Doctores dicentes, quod licet quis satisfecerit præcepto annuæ communionis in propria Parochia, vel habeat propositum satisfaciendi alio die, non ideò poterit ex deuotione in die Resur-

re-

rectionis Domini, de manibus Regularium Eucharistiam sumere, & hæc est opinio Nauarri *cap.* 21. *num.* 52. Et ratio est, inquit ipse, quia satis sufficiẽter Leo X. se declarauit, in illis verbis, *Excepto die Resurrectionis Dominicæ. Ita Sylu. verbo Excommun.* 15. *q.* 3. *Tolet. lib.* 6. *cap.* 17. *num.* 1.

Nauar. Sylu. Tolet.

Quam Nauarri sententiam potissimis rationibus confutat Rodriquez *tom.* 1. *quæst.* Regul. *q.* 54. *art.* 3. *per totum*, & probat, ex deuotione tali die Paschatis, Eucharistiam de manibus Regularium sumi posse, non obstante Leonis X. exceptione, & ratio est, quia prohibitio eatenus obligat, quatenus cadit sub præcepto, sed deuotio nõ cadit sub præcepto, ergo, &c. quia si caderet sub præcepto multi abstinerent à communione ex deuotione tali die. Hoc etiam affirmat Suarez *tom.* 3. *disp.* 72. *sect.* 2. *col.* 7. *vers. sentio, &c. Valen. tom.* 4. *disp.* 6. *q.* 8. *par.* 4. *Henriq. tom.* 2. *lib.* 8. *de Eucharistia, cap.* 55. *num.* 1. *lit. G. Sot. in* 4. *dist.* 18. *q.* 4. *art.* 2. & alij ab istis citati contra Nauarri sententiam.

Rodriq. Suarez. Valent. Henriq. Sot.

Quorum rationibus, & authoritatibus, certè Nauarri sententia proiceretur, nisi munita esset à declaratione Sacræ Congregationis Concilii Tridentini, quæ cùm interrogata esset.

An eis, qui intra tempus Paschale de manu Parochi Eucharistiam acceperunt, & sic præcepto Ecclesiæ satisfecerunt, vel intentionem habent, priusquam labatur octaua Paschalis, de manu Parochi eam sumere, licitum sit, ipso Resurrectionis die de Religiosorum manibus communicare.

S. Congr. Sacra Congregatio, die 23. Ianuarij 1586. censuit, id non esse licitum, cùm sit expresè prohibitũ.

Ita refert Farinacius in suis decisionibus variis Rotæ Romanæ, & in declarationibus Concilij Tridentini. Azor. *p. par. lib. 7. c. 30. quæsit. 6. &* 7. In fauorem Nauarri, & Syluestri, & Toleti: ex quibus ista sequitur conclusio. Azor.

Nullo modo potest quis (etiam ex deuotione) communicare in Ecclesijs Regularium in die Dominico Resurrectionis, sed tantùm in propria Parochia, vel de Parochi licentia.

Fuit etiam Sacra Congregatio interrogata, an si aliquis communicaret in Ecclesijs Regularium infra tempus Paschale (excepto die Resurrectionis) animo satisfaciendi præcepto Ecclesiæ, erit verè præcepto satisfactum, ita vt non teneatur amplius in propria Parochia communicare.

Sacra Congregatio eodem die 23. Ianuari 1586. Censuit negatiue, idest non satisfacere præcepto, quia in canone, *Omnis vtriusq; sexus, etc.* præcipitur, à Parocho proprio Eucharistiã sumi. Et quia subdit: *nisi de proprij Sacerdotis consilio duxerit abstinendum ab Eucharistia*, ab eodem illam recipere debet; eius enim est destruere, cuius est condere, vt inquit Alex. *in l. vlt. C. de leg. num. 3. Card. in Clem. 1. num. 2. de Priuileg. & Nau. cap. 21. num. 52. cit.* Hæc omnia apud Farinac. *loc. sup. cit. p. 4. fol. mihi* 151. §. *saltem in Paschate.* Alex. Cardin. Nauar. Farin.

Et nota, quòd sicut Regulares, non peccant alijs diebus intra tempus Pascale (excepto die Resurrectionis) administrando fidelibus Eucharistiam; sic nec illos interrogare tenentur; vtrum ad satisfaciẽdum præcepto, nec nè, communicent; ex charitate verò simplices personas monere poterunt.

Præ-

Prædicta Sacra Congregatio in eodem loco declarat, laicos seculares seruientes Regularibus, debere in propria Parochia ad satisfaciendum præcepto communicare, aut in maiori Ecclesia.

Hoc autem restringendum putat Bonacina ad eos, qui non degunt in Monasterijs, aliisuè locis, à cura Parochorum exemptis, nam degẽtes in huiusmodi locis, videntur licitè posse Communionẽ sumere in illis locis, in quibus degunt, seu habitant: Tùm quia videntur exempti à Parochis; tùm quia, sicut ibi possunt sepeliri inconsultis Parochis, ita etiã videntur ibi posse Sacramenta sumere, vt apertè colligitur ex iis, quæ tradidit Sanchez de matrimonio *lib.3.disp.23.num.12.Bonac.de Sacram. disp.4. q.7.pun.2.num.10.vers.hoc autem,&c.*

Sanch. Bonac.

Sacerdotes verò, siue seculares, siue Regulares vbicunque missas celebrauerint, Ecclesiæ præcepto satisfaciunt. *Azor.lib.8.q.8.* Ita declarauit Eugenius IV. & est vsus vniuersalis Ecclesiæ.

Azor. Euge. IV.

His præmissis, dubitationi respondendo satisfaciam.

Vtrum Regulares viaticum infirmis ministrare valeant, & ratio dubitandi est, quia Pontifices id non prohibent, nisi solùm in die Paschatis; ergò sicut licebit sanis aliis diebus totius anni ministrare; sic etiam licebit infirmis per viaticum; nam secundũ regulam iuris; *Exceptio firmat regulam in contrarium.* His non obstantibus.

Respondeo, quamuis lex de viatico, mentionem non faciat, in tali tamen exceptione subintelligitur prohibitum etiam viaticum, non solùm in signato die *R*esurrectionis, verum etiam toto anni tempo-

re; & ratio est (vt inquit Suarez) quia prohibitio istius Clementinæ facta Religiosis, nè Religiosi ministrent clericis, vel laicis in die Paschatis, fit ratione præcepti annualis satisfactionis; quantò magis de Communione præceptiua in articulo mortis? ideò ipso iure intelligitur prohibita, etiam per modum viatici per totum anni tempus. *Suar. tom. 3. disp. 72. sect. 2. dub. vlt. Rodriq. tom. 1. quæst. 56. art. 4. post medium, Sot. in 4. dist. 12. q. 1. art. 11. §. secundum dicimus, &c.* Imò Suarez inquit, esse communem Doctorum sententiam, quia Paulus III. anno 1549. in priuilegio concesso Societati Iesu, de ministrando Eucharistiam, sicut excipit diem Paschatis, sic etiam excipit viaticum in articulo mortis, vt habetur in compendio eorum priuilegiorum, §. 2. & in compendio priuilegiorum Cisterciensium, §. *vnico,* vt refert Rodriquez *loc. cit. art. 4. in fin.* Suar. Rodriq. Sot. Paul. 3. Rodriq.

Et sic sumus in claris, nam est iam expressa in iure hæc prohibitio, nè Religiosi vllo vnquam tempore viaticum ministrent, absque expressa, seu tacita Parochi licentia.

Dub. 10. An in articulo mortis, absẽte Parocho, licitum sit Religioso (quando periculum est in mora) viaticum infirmis ministrare. Idem de extrema vnctione dubitandum, quæ eodem iure, ac viaticũ prohibetur.

Respondeo, in hoc, duas esse opiniones, quarum prima negat posse id fieri, etiam in extrema necessitate; & ratio est, quia ista duo Sacramenta non sunt de necessitate salutis, & per consequens, etiam in articulo mortis non datur talis excusabilis necessitas. *Nauar. cap. 21. num. 52. Tolet. lib. 1. cap. 36. nu. 2.* Nauar. Toler.

Card. in Clem.

Card. in Clem. q. 1. *Sylu. verb. excom.* 7. *casu* 14. & alij.

Contraria verò est verior, & animabus fauorabilior, asserens licitè, & liberè posse in tali articulo mortis, absente Parocho, prędicta duo Sacramenta administrari; tum sub ratihabitione ipsiusmet Parochi, vel Episcopi, tum etiam Summi Pontificis, si fortè de iniqua Parochi voluntate constaret. Nec Pontifices tàm inhumani existimandi sunt, vt velint priuare tali auxilio animas fideliũ in mortis articulo existentes, etiam per manus Regularium.

Paul. 3.

Imò Paulus III. in priuilegio pro administratione Eucharistię Societati Iesu concesso, excipiendo diẽ Resurrectionis, & articulum mortis: Addit, *Nisi necessitas vrgeret.* Ergo liquidè apparet, Pontificem in tali necessitate consentire. *Rodriq.* 1. *tom. quęst. regul. q.* 56. *art.* 5. *Eman. Sà Eucharistia, num.* 4. *& verbo extrema vnctio, num.* 8. *Suar. tom.* 4. *disp.* 44. *sect.* 2. *nu.* 4. *in fine, de extrema vnctione, cum Soto, Valentia, Caiet. verbo excommunicatio, cap.* 64. & alij ab istis citati.

Rodriq. Eman. Sà. Suar. Sot. Valentia. Caiet.

Ad fundamentum contrariæ opinionis. Respondetur, quod quamuis ista duo Sacramenta non sint simpliciter de necessitate salutis, sunt tamen taliter necessaria secundum quid, quod æquiparantur simpliciter necessariò; vnde Nauarrus loquendo de necessitate extremę vnctionis, dicit: *Per hoc Sacramentum extremæ vnctionis remittuntur peccata, non tantum venialia, sed etiam mortalia (si fuerit saltem attritus) vnde fieri potest, vt aliquis moriens absque hoc Sacramento damnaretur, & vnctus eo, saluaretur; fieri enim potest, vt aliquis sua peccata confiteri non valeat, aut quamuis possit, non esset ei necessarium confiteri, quia est iam confessus, sine tamen attritione ad remis-*

Nauar.

sionem sufficiẽti, & postea tanta attritio ei superueniat, quæ licet de se non sufficiat ad remissionem peccatorum, Sacramenti tamen calore adiuncto, sufficeret, iuxta D.Thom.3.p.q.79.art.1. communiter receptum. Hęc Nauar.*cap.22.num.*13.cui etiam concordat Suarez *loco supra citato, eodem num.4.in fin. Sot.in 4. dist. 23. q.2.art.1.col.penult. Zabar.in dicta Clementin.1.q.39. Graff.1.p.lib.4.cap.20.num.6.*Tabiena *excom.5.casu 11.num.*5.Qui dicit, hanc esse probabiliorem, & veriorem opinionem, animabusquè magis fauorabilẽ, qui citat pro se Angelum, & Rosellam, verbo Excõmunicatio, contra D.Antoninum. D. Thom. Nauar. Suar. Sot. Zab. Graff. Tab.

Dub.11.An Religiosi incurrãt in dictam Clemẽtinam, si ista Sacramenta alijs Regularibus ministrauerint.

Respondet D.Antoninus affirmatiuè, quam suam opinionem securiorẽ esse asserit, & per consequens, Religiosi debent abstinere à tali administratione. D.Ant.

Contraria verò est verior, & sequẽda, etiam si hoc fecerint extra necessitatem, vel in die Paschatis ad satisfaciendum Ecclesiæ præcepto; nam liquidè patet ex verbis dictæ Clementinæ, scilicet; *Religiosi, qui laicis, aut clericis Sacramentum unctionis extremæ, aut Eucharistiæ ministrare præsumunt, &c.* Tres enim personarum species distinguit; nempè, Religiosos, laicos, & clericos; Primi enim prohibentur, quoad secundos, & tertios; ergo quoad primos, non comprehenduntur.

Prætereà lex dicit, *nisi de licentia Parochi*, certè ad Parochum non pertinet concedere licẽtiam pro Sacramentis, Regularibus administrandis, cùm sint exempti, sed tantum suis subditis, scilicet clericis, &

Tolet. laicis suæ Parochiæ, ergo, &c. Ita *Tolet. lib. 1. cap. 36. num. 2.* & hoc est verum, etiam si sint diuersæ Reli-
Tab. gionis, vt dicit Tabiena *excom. 5. casu. 11. nu. 3.* affir-
Panormit. mans cum Panormitano *in rubr. de vita, & honestate clericorum*, quòd in odiosis, nomine clericorum non veniunt Religiosi, vt in casu nostro, & in hoc citat pro se summam Angelicam. Ita etiam
Suarez. *Suar. tom. 4.*
Caiet. *disp. 44. sect. 2. num. 4. circa med. Caiet. verb. excomm.*
Graff. *casu 64. Graff. 1. p. lib. 4. cap. 20. num. 7.* & alij contra Syluestrum.

Nota etiam, quòd sicut nomine clericorum non comprehenduntur Religiosi, vt probauimus, sic nec comprehenduntur moniales existentes intra clausuram. Quapropter Regularis habens licentiam à Prælato, seu Vicario monialium ingrediendi claustra monasterij ad audiendam cõfessionem alicuius monialis infirmæ, si ipse Confessarius prudenter iudicauerit debere illi, etiam Viaticum ministrare, seu extremam vnctionem, poterit absque vllo scrupulo, hoc facere; tum quia sunt à iurisdictione parochiali exemptæ; tum etiam, quia, cùm non veniant nomine laicorum, seu clericorum, non comprehenduntur in dicta Clementina; tum denique sub ratihabitione Prælati, qui sicut iam cõcessit ingressum pro vno Sacramento, intelligitur etiam pro cæteris ad salutem opportunis, absque noua licentia, cũ iam Confessarius intra claustra reperiatur, sed nõ potest exire, & postea cum Sacramentis iterum introire absq; noua licentia, ideò ab alio Sacerdote per fenestellã illa sibi porrigenda curabit, vt ex præfatis Doctoribus colligitur.

Dub. 12. An Regulares, viaticum, & extremam

vn-

vnctionem suis familiaribus, seu illis seruientibus intra septa Monasterii ministrare valeant.

Respondetur affirmatiuè, dummodò actu seruiãt, & degant intra septa Monasterii, nam prohibitio illius Clementinæ fuit, nè perturbaretur iurisdictio Parochorum, quòd non accidit cum seruitoribus, & familiaribus existentibus intra claustra Religiosorũ ad eorum seruitia, & famulatum, in quibus non licet Parochis introire pro Sacramentis pręfatis personis administrandis, secus inferretur Regularibus præiudicium, cùm sint exempti à subiectione Ordinariorum; tum etiam, quia hæc administratio Sacramentorum prædictis seruis, & familiaribus facienda, est specialiter Regularibus concessa per diuersos Summos Pontifices. Ita concessit Clemens IV. Minoribus, concessione 315. Sixtus IV. Benedictinis, concessione 96. (qui fuit post Clementẽ V.) à quo emanata fuit prędicta Clementina, *Religiosi, &c.* Clem. 4. Sixt. IV.

Et denique post omnes, Leo X. prædictum priuilegium confirmauit, concessione 74. vt videre est apud compendium priuilegiorum à Sorbo, verbo *familiares*, seù *famuli fratrum*, & Rodriquez *in quæst. regul. tom. 1. q. 56. art. 14.* qui adducit quoque priuilegium Martini V. concessum Benedictinis obseruantiæ Hispaniarum, per quod possunt, non tantùm famulis intra claustra existentibus, verum etiam extra, omnia Sacramenta infirmorum administrare, scilicet viaticum, & extremam vnctionem, omniaq; sunt priuilegia authentica. Leo X. Sorb. Rodriq. Mart. V.

Verum (inquit ipse) hoc priuilegium, quoad famulos extra claustra existentes tantùm, est abrogatum per Concilium Tridentinum *sess. 24. cap. 11.* nõ Conc. Tri.

au-

autem quoad illos intra claustra degentes, & actu seruientes (vt supra diximus) circa quos priuilegiũ remanet in robore suo, vt in dicto Concilio Tridentino habetur, cuius verba sunt hæc: *Exceptis tamen ijs, qui prædictis locis, aut militijs actu seruiunt, & intra eorum septa, ac domos resident, subquè eorum obedientia viuunt. Ioannes de Cruz in epit. priuileg. regul. lib. 2. cap. 5. dub. 4. Bonac. de Sacram. disp. 4. q. 7. pun. 2. n. 10.* vide supra dub. 9. vers. *Hoc autem.*

Io. Cruz. Bonac.

Dub. 13. In prædicto priuilegio, dubium ingerit nobis Capuccini annotatio, in dicto verbo *familiares, & famuli fratrum*, vbi habetur, *Hoc sanè debet intelligi, secundùm constitutionem Leonis X. videlicet, pro tempore, quando in actuali eorum seruitio perseuerauerint, & sint professi.* Ista particula *(& sint professi)* satis nos vrget ad dubitandum.

Leo X.

Respondendum tamen, quòd (gratia tanti viri) hæc particula, gratis dicta fuit; nam professi non indigent famulorum priuilegiis pro receptione omnium Sacramentorum, quippè quia à semetipsis sufficientissima priuilegia, & exemptiones habent.

Leo X.

Nec in Bulla ipsius Leonis X. habetur *(quod sint professi)* sed simpliciter dicit, *Insistentibus obsequio eorundem fratrum, Sacramenta huiusmodi ministrare valeant, durante illorum obsequio*, vt ipse perlegi in prædicta Bulla Leonis, quæ est 45. num. 7. ex Bullis, relatis à Rodriquez in suis collectionibus Bullarum Apostolicarum pro Regularibus, fol. 313. quæ incipit, *Dum intra mentis arcana, &c.* quæ etiam in Bullario magno est in num. 17. Bullarum Leonis X. ergo, &c.

Conc. Tri.

Nec obstant verba Concilij Tridentini *sess. 24.*

cap.

cap.11.citati; imò fauent; nam postquam ibi dicitur, *Exceptis ijs, qui actu seruiunt, & intra eorum septa, ac domos resident, subquè eorum obedientia viuunt*, statim subiungit, *nouum genus personarum*, cum dictione disiunctiua (*siuè*) dicens, *Siue ijs, qui legitimè, & secundùm regulam earundem militiarum, professionem fecerint*, Ergo apertè patet, quod in prima exceptione (*ijs*) Conciliũ loquitur de merè laicis secularibus, non profitẽtibus, & intra septa Monasteriorum Regularium seruientibus. At in secunda exceptione (*ijs*) loquitur de profitentibus in militiis, licet viuãt habitu seculari extra septa Monasteriorum, vt sunt Equites Sancti Ioannis Hierosolymitani, qui professionem emittunt, sunt enim verè Religiosi; cum enim sint duo genera personarum, vnum distinctum ab altero, non debet confundi priuilegium per ly, *& sint professi*, sic enim explicat Prosper Farinacius in decisionibus Rotæ Romanæ, & in declarationibus Concilii Tridentini in prædicta sess. 24.cap.11. his verbis, *Quòd Equites Sancti Ioannis Hierosolymitani, qui non inseruiunt actu militiæ, nec inseruiunt in eius domo, nec sub vllius obedientia, si non probauerint in ea legitimam professionem emisisse, non debent eorum priuilegio gaudere*. Hæc ille. Farinac.

Nostra ergo conclusio pro famulis, & seruis Regularium remanet in robore suo. Vide etiam Rodriquez *tom.1.qq.regul.q.66.art.14.per totum*. Rodriq.

Dub.14. Vtrum prædicti serui, ac familiares Religiosorum possint absolui ab ipsis Regularibus, ab Episcopo loci, non approbatis.

Responsio est negatiua, hoc enim expressè cauetur iure, non obstantibus priuilegiis. Ita *Concil.* Conc.Tri

Trid.

Trid. Io. Cruz. Rodriq. *Trid. sess. 23. cap. 15. Ioannez Cruz loc. cit. Rodriquez tom. 1. q. 67. art. 1.* & est communis, excepto articulo mortis, vt supra de communione dictum fuit.

Dub. 15. An vltra prædicta Sacramenta, possit etiam dari prædictis famulis sepultura intra Ecclesiam eorundem Regularium, nulla Parochorum requisita licentia, si ex hac vita decesserint.

Iulius II. Responsio est affirmatiua, etiam Parochis cõtradicentibus, & recusantibus. Ità concessit Iulius II. & alij Summi Pontifices, imò prædictus Iulius II. concessit ipsius Religiosorum famulis omnia, & singula priuilegia, & exemptiones, concessas ipsismet Io: Cruz. Regularibus Ordinis Minorum, vt refert Ioannes Cruz in suo epitome priuilegiorum Regularium, *lib. 2. cap. 5. dub. 4. & seq.* & clarius, & copiosius in *cap. 6. dub. 1.*

Quæ priuilegia omnia (vt supra) sunt authentica, & in vsu aliorum Religiosorum, vt ipse à Patribus Benedectinis, & ab aliis sciscitatus sum.

Greg. XV. Dub. 16. Per cõstitutionem Gregorij XV. nuper emanatam, de exemptorum priuilegiis, quæ incipit, *Inscrutabili Dei prouidentia, &c.* sub datum Romæ anno 1623. subiiciuntur omnes Regulares Episcopis locorum, quoad Sacramẽtorum administrationem tantum, non obstantibus eorum priuilegiis; ergo omnia priuilegia, supra allata ruunt, nullaquè videntur.

Respondeo, ꝙ idem Gregorius XV. supplicationibus ipsorum Regulariũ inclinatus, reuocauit prędicatam constitutionem, & declarauit, priuilegia, & exemptiones Regularium remanere in robore suo, etiam quoad administrationes Sacramentorum,

per

per nouum decretum, His verbis.

Sacra Congregatio Cardinalium Concilij Tridentini intrepretũ censuit, Constitutionem S.D.N. Gregor. XV. de exemptorum priuilegijs, nequaquam subijcere Regulares exemptos (quibus cura animarum secularium non incumbit) Episcoporum iurisdictioni, in his, quę Sacramentorum administrationem concernunt, nisi cùm in Sacramentis, personis secularibus administrandis, ijdem Regulares delinquunt, quod decretum fuit confirmatum ab Vrbano VIII. suo successore, ad præsens feliciter viuente. Sac.Cong. Vrb.8.

Immo eadem Sacra Congregatio, in secũdo dubio illius decreti interrogata: an Episcopi possint Regularibus præscribere, vt certis tantùm locis, ac temporibus, aut certarum personarum confessiones audiant, vel aliàs illorum priuilegia restringere, ac moderari in Sacramentis administrandis.

Respondit Sacra Congregatio, Constitutionem nihil noui iuris in hac parte induxisse, nec vllam nouam auctoritatem Episcopis in Regulares attribuisse, ideòq; in vim ipsius Constitutionis, non posse Episcopos Regularibus præscribere, vt certis tantũ in locis, ac temporibus, aut certarum personarum confessiones audiant, vel aliter illorum priuilegia in Sacramentis administrandis, restringere, aut moderari. Sac.Cong.

Ex dictis, hæc conclusio desumitur. Regulares, vigore prædictorum priuilegiorum, possunt familiaribus, & famulis infirmantibus intra septa Monasteriorum, durante eorum seruitio, & famulatu, omnia Sacramenta ministrare; nec non sepulturam in eo-

rum Ecclesijs dare, nulla Ordinariorum, seu Parochorum requisita licentia, immò illis etiam contradicentibus.

Greg. XV. Dub. 17. In præfata Constitutione Gregorij XV. adest illa particula, *Nisi cùm in Sacramentis personis secularibus administrandis, ijdem Regulares delinquunt*: Modo dubitatur. An Episcopi possint condere leges contra Regulares antequam circa huiusmodi Sacramenta administranda delinquant.

Respondeo, Pontificem, vigore illius Constitutionis, seu decreti, nihil noui iuris in hac parte indixisse, nec vllam nouam auctoritatē in Regulares, Episcopis attribuisse, vt patet in prædicta declaratione Cardinalium, in responsione ad secundum. Et propterea, antequam Regulares delinquant circa dictam administrationem Sacramentorum personis secularibus, nullum ius, nullamquè potestatem habent Episcopi in eos; at postquā deliquerint, vt præfertur, acquirunt ius in eos, ratione delicti; cognita tamen prius causa iuridicè, & tunc poterunt illos punire, auctoritate eis concessa à Summo Pontifice in hac parte.

Dixi, *Post patratum delictum, & non antea*, nam Episcopus ius acquirit in Religiosū, ratione patrati delicti, quippe quia (vt inquit Bonacina) delinquēs in alieno territorio, ratione delicti commissi in foro externo, & contentioso efficitur subditus Superiori illius loci, vbi delinquit. *Bonac. de censur. disp. 5. q. 6. punct. 5. §. 2. num. 12. vers. Obijcies, &c.* Ita, & in casu nostro, Episcopus ius acquirit in Religiosum post delictum commissum circa Sacramenta personis secularibus administrata, & non antea.

Bonac.

Dixi

Dixi, *& non antea*, quia si hoc prius eis licitum esset, nulla esset differentia inter clericos seculares, & Regulares; nam circa seculares clericos, Episcopus potest condere leges, & censuras pro futuris culpis antequam delinquant, quæ obligant in conscientia suos subditos antequam delictum deducatur in iudicium, vt puta si lex dicat, *sub pœna excommunicationis, vel suspensionis ipso facto*: At non ita dicendum de Regularibus, qui cum non sint Episcopis subiecti, sed immediatè Summo Pontifici, pro tempore existenti, leges contra illos condere nequeunt; leges enim respiciunt proprios subditos, quos ligandi, & restringendi vim habent. *l. 1. ff. de leg. & in l. extra territorium, ff. de iurisdictione omnium iudic.* & notant communiter Doctores in *l. omnes populi, ff. de iust. & iur.* & si contra hoc aliquid attentauerint, nullius roboris esset, nullumquè produceret effectum.

Dixi, *Cognito delicto iuridicè*, quia cum Regulares sint exempti ab Ordinariorum iurisdictione, vt dixi, necesse est, vt post patratum delictum, appareat de iustitia recti iudicii, iustæquè sentētiæ per cognitionem causæ iuridicè factam, aliàs esset cōtra prædictum decretum, seu Constitutionem Gregor. XV. & Vrbani VIII. & contra exemptiones ipsorum Regularium per diuersos Summos Pontifices concessas, scilicet per Clementem IV. concessione 342. num. 8. in compendio priuilegiorum Capuccini per Nicol. IV. & V. per Bonifac. VIII. per Benedictum XI. Martinum V. *Sixt.* IV. Gregor. XIII. & XIV. nostrę *Religioni*, & per alios Summos Pōtifices, vt in compend. priuil. sup. allato, suntq; omnia authētica.

Greg. 15. Vrb. 8. Clem. 4. Nicol. 4. & 5. Bonif. 8. Bened. 11. Mart. 5. Sixt. 4. Greg. 13 Greg. 14

Dixi, *in Sacramentis personis secularibus*, quia cum ipsi Regulares delinquunt in Sacramentis aliis Regularibus exemptis administrandis, tunc cognitio delicti, & punitio, non ad Episcopos, sed ad eorum Regularium Superiores, pertinet; nisi sit delictum sollicitationis in confessione; tunc enim ad Inquisitores, & ad Episcopos pertinet, vt in Bulla Gregor. XV. contra sollicitantes in confessionibus, incipiẽte, *Vniuersi Dominici gregis curam*, *&c.* sub annulo Piscatoris, die 30. Augusti 1622. Põtificatus sui anno primo, apparet.

Greg. XV.

Dub. 18. Quomodo se gerere debeat Sacerdos in administrando Eucharistiam infirmis peste affectis.

Respondet Tabiena, & absolutè affirmat, Sacerdotem nõ teneri exponere se periculo mortis, propter talem administrationem; non enim (inquit ipse) hoc Sacramẽtum ad salutem esse necessarium. *Tab. verb. Episcopus, num. 6. conclus. 4. cui concordat* Rodriq. *in summa 1. p. cap. 67. n. 2. &* 18.

Tab. Rodriq.

Contraria est verior, & magis pia, per consequens, amplectenda; quam tenet Suarez *tom. 4. disp. 44. sect. 3. num. 17. &* 18. vbi inquit: Quamuis non sit necessarium simpliciter hoc Sacramẽtum; tamen est necessarium moraliter, quia auxilium, quod per hoc Sacramentum datur, moraliter necessariũ censetur ad perseuerandum in iustitia, per pœnitentiam recuperata, & vincendas tentationes illo tempore occurrentes; vel etiam quia potest conferre gratiã primam, quam imperfecta pœnitentia prius non cõtulit:

Et multo magis si non valuit confiteri, quia amisit

ſit loquelam, vel eſt ſurdus, vel non adeſt Sacerdos, ſed tantum Diaconus pro adminiſtratione in tali neceſsitate, vel etiam nè amittatur fructus tanti Sacramenti.

Ex quibus omnibus quędam neceſsitas inſurgit, quæ licet non ſit extrema; tamen eſt adeò grauis, vt obligetur Parochus ad adminiſtrandam Euchariſtiam cum aliquo periculo communi, & ordinario talis ægritudinis peſtis; & in hoc caſu, licet non ſit neceſsitas extrema, tamen Parochi obligantur non tantum ex charitate, verum etiam ex iuſtitia; nam in extrema neceſsitate, etiam illi obligãtur, qui Paſtores non ſunt. Hæc Suarez *loc.cit.ex D.Thom.2.2. q.184.art.7.& in q.185.ar.5*.loquẽs de obligatione Paſtorũ animarum. *Sot. in 4.diſt.12.q.1.art.11.dub. vlt.Victorel.in addit.ad Poſſeu.c.8.n.34*.& alij ab iſtis citati. Suarez. Sot. Victorel.

Idem Suarez *loc.cit.num.19*.conciliat opinionem Tabienæ dicens; Quòd tunc eſt vera, quando Parochus eſt ſolus pro Sacramentis adminiſtrandis peſte affectis, & non eſt alius, qui ſupplere poſſit, tunc ſi periclitaretur eius vita pro adminiſtratione viatici, & confeſſionis toti populo, excuſabitur ab adminiſtratione viatici, tanquam minus neceſſarium, quã confeſſio, quæ eſt de neceſſitate ſalutis ſimpliciter, ſuppoſito peccato mortali. Hæc Suarez. Suarez.

Dub. 19. An Sacerdos teneatur propria manu peſte laborantibus Euchariſtiam miniſtrare, vel poſſit aliquo decenti inſtrumento vti, ad euitandum mortis periculum.

Reſpondeo in hoc, duas eſſe opiniones; quarum prima negat hoc fieri poſſe aliquo inſtrumento, ſed

tantum propria manu, quia sic postulat reuerentia tanto Sacramēto debita. Et rationabilius est, mortis periculum subire communicando, seruata reuerentia Sanctissimo Sacramento debita, quam Eucharistiam infectis peste denegare, vel eam ministrare, non seruata forma ab Ecclesia præscripta. *Bonac. de Sacram. disp. 4. q. 5. pun. 2. n. 10. fol. 186.*

Bonac. Posseuin. Immò Posseuinus *cap. 8. num. 34.* affirmat, tempore Sancti Caroli Borromæi, vetitum fuisse ministrare aliquo instrumento, sed tātùm manu propria, Rodriq. & Rodriquez in summa 1. *par. cap. 67. nu.* 2. assignat rationem: *Quia tales infirmi præ calore pestilenti, quo sunt affecti, sæpius non possunt Sacramentum sumere, sed illis remanet in ore, vel saltem aliquæ reliquiæ adhærentes palato, & gutturi; vnde conuenit, vt adsit minister, qui purificationem, seu lauatorium præbeat, ad hoc necessarium.* Hæc Rodriquez citatus.

Secunda opinio est, posse, secluso periculo irreuerentiæ tanti Sacramenti, vti aliquo decenti instrumento ad euitandum mortis periculum; nam quod sibi prodest, & alteri non nocet, facilè concedendum est. Posseui. *Posseu. cap. 8. n. 34. & 35.* quem sequitur Victor. Victorellus *in Addit. ipsius Posseu. loco citato,* qui dicit, sicut potest administrari patena, ita & aliquo instrumento affabrè facto, etiam si istud non sit consecratum, vt est patena; nam posset responderi pyxidem, in qua seruantur particulæ, nec benedictam Azor. de necessitate debere esse, vt inquit Azor. *p. 1. Instit.* Em. Sà. *moral. lib. 10. cap. 27. q. 7. Eman. Sà verbo Eucharistia, n. 31.* Ita nec instrumentum ad hunc effectum affa- Posseui. brè factum. Ita *Posseu. loc. cit.*

Quam opinionem Bonacina loco citato proba-

bilem

bilem esse putat; immò Victorell. *in addit. ad Posseu. cap.8.num.*34.inquit, *Quod Scotiæ Regina, fide, pietate, alijsquè Christianis virtutibus insignis, cùm in Anglia iniustæ mortis supplicium subitura esset, diuinum viaticum, clam allatũ, summa cũ veneratione sibi ipsi ministrauit.* Hęc Victorell. citãs Suar. *to.*4. *disp.*72. *sect.*3. Victor. Suarez.

Ad rationem Rodriquez dicentis, quod Sacramentum palato adhæret, & ideò indiget ministro pro purificatione porrigenda; Respondeo, quod ipsimet ministri, qui ad corporale ministerium infirmorum peste affectorum, sunt destinati, hoc officium porrigendi purificationem faciunt, & sic non erit periculum irreuerentię, ab ipso suppositum.

Non ergo erit incongruum, cum decenti instrumento, & debita reuerentia, absque scandalo, hoc Sacramentum, tempore pestis administrare.

Accedit denique vsus assiduus, quem tenet Reuerendissimus Dominus D. Petrus de Marchis Archiepiscopus Smirnensis, in sua Diœcesi, in qua ferè assiduè pestis vrget, vt ipsemet Patribus meæ Religionis restulit, estquè huiusmodi.

Post illorum Confessionem Sacramentalem, Sacerdos ponit reuerenter particulam consecratam super folium paginæ albæ, extensę super scabellum ad id præparatum, et dictis verbis, *Domine non sum dignus*, infirmus accedit ad Sacramentum, & lingua particulam reuerenter sumit, accipitquè à ministris purificationem; interim clericus candela accẽsa in summitate virgæ, paginã illam comburit. Hæc præfatus Dominus Archiepiscopus, quẽ vsum probabilem puto, tutaq; conscientia teneri posse, tempore pestis tantùm.

Præ-

Prædictus Dominus Archiepiscopus extremam vnctionem in illis partibus, peste quoque affectis, sic Sacerdotes administrare asseruit: ligant in summitate virgæ paruæ globulum bambaceum, quem oleo sancto intingunt, & vngunt partes corporis vnguendas, cum debita forma, deinde alia parua virga (in cuius summitate, est alligatus paruus globulus stuppæ, seu bombacis) partes vnctas abstergit. Hæc ille. Quem modum vngendi, vtendo aliqua virgula oblonga à distãtiori loco, approbat Suarez *tom.4.disp.44.sect.3.n.20.fol.*549.vide infra pract.9. dub.14.

Suar.

Dub.20. An Sacerdos peste affectus, possit extra missam seipsum communicare.

Respondetur affirmatiuè, & ratio est, quia proprijs manibus sumere potest, & sic periculum irreuerentiæ euitabitur. *Rodriq. in summa par.* 1 *.cap.* 67. *num.2. in fin. Caiet. verbo Communicare, tit. de ministro Communionis. Armill. eodem verb. num.* 8. & est communis.

Rodriq. Caiet. Armill.

Si verò non poterit accedere ad altare, & non aderit alius Sacerdos, suo iussu illud à diacono sibi deferri faciet, sicut etiam ipsemet diaconus, deficiente Sacerdote poterit illud in necessitate alijs ministrare; nam in tali casu, suo vtitur officio. *Victorell. in Addit. ad Posseu. cap.*8.*n.*34.*vers. Diaconus, &c.* & est communis.

Victorel.

Dub.21. An morsus à cane rabido, possit Eucharistiam sumere.

Responsio est negatiua, secundum Posseuinum; nam tali morbo laborantes, non possunt aliquid deglutire (vt aiunt Medici) nisi maxima cum difficul-

tate,

tate,& præcipuè omne liquidum abhorrent, & per consequens non possunt purificationem aquæ, seu vini sumere. Immò aliquando vidi, rabidum hominem nolle, neque syrupum recipere; vnde sequitur, adesse manifestum irreuerentię periculum, quia poterit Sacramentum palato inhęrere. *Posseu. cap.* 8. *nu.* 35. *de Rabido.* Posseuin.

Secus verò, si tales possent facilè deglutire, & sumere aquam, vel vinum pro purificatione, & tunc diligenter hoc faciendum est, ne illius saliuam digitis tangat Sacerdos: ideò prius linteo os infirmi est abstergendum. Tali etiam diligentia sunt communicandi leprosi, vel habentes cancrum, vel vulcus maximè fętidum, quibus accedendum est solū in actu communicationis. P*osseu. cap.* 8. *num.* 37. Posseui.

Qui vero charitate Dei, & proximi feruent, nihil timere debent, nec sunt deserendi, non tantùm pro Sacramentis administrandis, verùm etiam pro cibo, & potu eis porrigendo, & præcipuè hoc agere debent, qui voto astricti sunt ad inseruiendum infirmis, quos etiam pestis incesserit, vt sunt Religionis nostræ professi, qui hoc quarto ligantur voto.

Vnde Tabiena *verbo Episcopus, num.* 6. *conclus.* 1. inquit: quòd non solùm Prælatus (cui ex officio cōpetit) sed etiam quilibet alius Sacerdos, qui videt aliquem subiacere periculo animæ, cum potest illi subuenire, etiam exponēdo se periculo mortis corporalis, tenetur subuenire, cuius verba sunt hæc: *Nō tantùm si viderem aliquem deceptum ab infideli; vel si viderem puerum moriturum absque Baptismo in casu pestilentiæ: verum etiam, si viderem fratrem meum peste laborantem, qui desperat, nisi ad eum vadam: in his,* Tabien.

& similibus teneor exponere proprium corpus pro salute animæ eius. Hæc Tabiena loc.cit.

Si hæc doctrina est pro omnibus Sacerdotibus in communi (vt patet) quanto magis spectabit ad eos, qui ex officio, vel voto astringuntur?

Dub. 22. An infirmo non valenti Sacramentum Eucharistiæ sumere, possit illud afferri saltē ad adorandum.

Conc. Tri. Farinac. Respondetur negatiuè, cum sit hoc prohibitum à Sacra Congregatione Concilij Tridentini *sess.* 13. *can.* 7. *Farinac. in declarat. Rot. Romana, & decis. Conc. Trid. sess.* 13. *cit.* §. *Adorandum, &c.* fuit etiā hoc pro-

Pius V. Eman. Sà. hibitum à Pio V. vt ait ipsemet Farinacius. *Eman. Sà Eucharistia, num.* 6.

Dub. 23. An in die Parescene, idest Veneris Sancti, possit Sanctissima Eucharistia infirmis administrari.

Sac. Cong. Responsio est affirmatiua, ex decreto Sacræ Rituum Congregationis, sub die 19. Februarij 1622.

Gauant. decretorum à Patre Gauanto collectorum, nu. 20.

Vbi etiam habetur, quod si in tali die incidet festum Sanctissimæ Annuntiatæ, fideles non teneantur Sacrum audire, cum in tali die propriè non dicatur missa.

Dub. 24. An in casu necessitatis communicandi infirmum, si non adsunt particulæ consecratæ, possit Sacerdos, non ieiunus celebrare.

Responsio est negatiua, quia tunc infirmus, etiam

Nauar. Suar. Azor. Posseui. Coninc. si sit in articulo mortis, excusabitur à receptione Eucharistiæ. *Nauar. cap.* 21. *nu.* 53. *Suar. disp.* 68. *sect.* 1. *vers. secundum dubium, &c. Azor. p.* 1. *l.* 10. *cap.* 30. *quæsit.* 2. *Posseu. cap.* 8. *n.* 25. *Coninc. q.* 80. *art.* 8. *nu.* 56.

Syl-

Syluest. Eucharistia, 3. n. 6. Reginald. lib. 29. num. 121. Bonac. de Sacram. disp. 4. q. 6. pun. 2. num. 24. & est cõmunis. Sylu. Reginald. Bonac.

De sumptione cibi corporalis.

SIcut hucusque diximus de sumptione cibi spiritualis, scilicet Sanctissimæ Eucharistię; ita nũc opere pretium duxi, de sumptione cibi corporalis aliqua pertractare.

Dub. 25. An infirmus peccet mortaliter non sumendo cibum, vel medicinam à Medico ordinatam ad suam salutem.

Respondetur distinguendo: vel adest magna spes vitæ, vel exigua: Si exigua, aut ferè nulla spes erit vitæ, & tunc, si infirmus propter nimiam difficultatem non sumit cibum, vel medicinam, non peccat mortaliter; Secus si adesset spes probabilis vitæ, in quo casu debet seipsum conari ad sumendum cibũ, & pharmaca, sub pœna peccati; Si verò adhuc adesset nimia difficultas, censetur impossibilitas, & tunc etiam excusabitur à mortali. *Em. Sà verbo infirmus, num. 1. Lopez p. 1. cap. 64. col. 3. §. sed neque, &c.* Eman. Sà. Lopez.

Dub. 26. An teneatur infirmus migrare ad loca salubriora, vel emere exquisita, seu pretiosa remedia pro salute corporis recuperanda.

Respondetur negatiuè, sed sufficit vti remedijs communibus, & ordinarijs in illa Ciuitate vbi deget. *Lopez par. 1. cap. 41. in fin.* Si verò erit diues, & absque detrimento familiæ vult prædicta pretiosa quærere, eisquè vti poterit absque peccato. Lopez.

Dub. 27. An infirmus nolens sumere remedia

propter mortificationẽ corporis, peccet mortaliter.

Respondetur, si non esset periculum vitę, sed tantum prorogationis infirmitatis, non solùm non erit peccatum, sed meritum, secundùm Caietanum. Secus verò si esset periculum vitæ, quia nemo debet esse homicida sui ipsius. *Lopez p.1.cap.41.in fin.*

Lopez.

Limitatur etiam, quando infirmus suo labore solebat alere familiam suam, tunc tenetur sub peccato mortali procurare sanitatem.

Dub.28. An ægrotus sumens cibum obnoxium, vel potum aquæ contra ordinem Medici, peccet mortaliter.

Respondetur, quòd si probabiliter putabat, se in mortis periculũ incursurum, vel in febrim m... vtrique mortaliter peccauit, sed si non put... sed tantùm aliqualiter morbum proroga... tius aliquid boni facere, sitim ardentem ... do, applicando contraria cont... lic... lum habuerit exitum, tame... mortaliter non peccauit, n... non egisset; grauior enim ... quàm febris. *Graff. par.1. ... 66.n.8. per totum, Sylu. v...*

Graff.
Syla.

Dub.29. An mulie... ostendere, ad sanitate...

Respondetur, quò... dicitiam, aut ex nim... set, etiam cum ad ... rium, non tenetur ...

Eman. Sà.

Poterit verò ... Medico referat ... da præcipiat.

Dub. 30. An is, cui à Medico vsus carnium conceſſus eſt, ſit ſolutus à lege ieiunij, ita vt poſſit bis 1 die comedere.

Reſponſio videtur affirmatiua: Et ratio eſt, quia ieiunium eſt inſtitutum ad carnis mortificationem, quæ non poteſt conſiſtere cum eſu carnium; Ergo &c. *Tolet. lib.6.cap 2. & 3.num.2.Henriq.lib.7.cap. 3.§ 12. Bart. à Medin. Inſtruct. Confeſſ. lib. 1. cap. 4.§.10.Caiet.2.2.q.147.art.7.ad vlt.& art.8. Azor. l.7.cap.10.q.3.*& alij. Tolet. Henriq. Medina. Caiet. Azor.

Contraria verò ſententia eſt verior, & tutior, ſi loquamur cum diſtinctione, quam non fecerũt prædicti Doctores, videlicet.

Vel conceditur eſus carnium ex infirmitate corporis, ſeu ad vires recuperandas ex prçterito morbo, & tunc quidem liber eſt à lege ieiunij propter eſum carnium, cum prima Doctorum ſententia.

Vel talis eſus carnium conceditur ad vires corporis præſeruandas, ſeu ad periculum futuri morbi euitandum, & præcauendum, ſeu quia piſces abhorret, aut naturæ temperamento nocere putantur, & tunc cauſa non ſubeſt, cur gemina comeſtio concedatur, ideò cum eſu carnium ieiunare debet, vnicamquè comeſtionem ſeruare, vt ſit tutus in conſcientia. *Cordub. in ſumma, quæſt. 143. f. 420. Nauar. cap. 21. num. 22. Reginald. lib. 4. num. 168. Valent. tom. 3 diſp. 9. q. 2. [illegible] .5. verſ. Qui dicunt, &c. Eman. Sà verbo ieiun. num.* [illegible] *Summa Victor. de ieiun. cit. à Rodriq.* [illegible] *1. cap.* [illegible] *à Medin. de ieiun q. 5. dub. 1. Leſſius li*[illegible] *ieiunio, dub. 6. num. 45. in fine. Andre*[illegible] *Addit. ad Tolet. loc. ſup. cit. Bonac. de* [illegible] *de præceptis Eccleſiç, quæſt. 1. pun. 1.* Cordub. Nauar. Reginald. Valent. Eman. Sà. Victor. Rodriq. Med. Leſſ. Victoril. Bonac.

num.

tantum propria manu, quia sic postulat reuerentia tanto Sacramēto debita. Et rationabilius est, mortis periculum subire communicando, seruata reuerentia Sanctissimo Sacramento debita, quam Eucharistiam infectis peste denegare, vel eam administrare, non seruata forma ab Ecclesia præscripta. *Bonac. de Sacram. disp. 4. q. 5. pun. 2. n. 10. fol. 186.*

Bonac.

Posseuin. Immò Posseuinus *cap. 8. num. 34.* affirmat, tempore Sancti Caroli Borromæi, vetitum fuisse ministrare aliquo instrumento, sed tātùm manu propria, & Rodriquez in summa *1. par. cap. 67. nu. 2.* assignat rationem: *Quia tales infirmi præ calore pestilenti, quo sunt affecti, sæpius non possunt Sacramentum sumere, sed illis remanet in ore, vel saltem aliquæ reliquiæ adhærentes palato, & gutturi; vnde conuenit, vt adsit minister, qui purificationem, seu lauatorium præbeat, ad hoc necessarium.* Hæc Rodriquez citatus.

Rodriq.

Secunda opinio est, posse, secluso periculo irreuerentiæ tanti Sacramenti, vti aliquo decenti instrumento ad euitandum mortis periculum; nam quod sibi prodest, & alteri non nocet, facilè concedendum est. *Posseu. cap. 8. n. 34. & 35.* quem sequitur Victorellus *in Addit. ipsius Posseu. loco citato,* qui dicit, sicut potest administrari patena, ita & aliquo instrumento affabrè facto, etiam si istud non sit consecratum, vt est patena; nam posset responderi pyxidem, in qua seruantur particulæ, nec benedictam de necessitate debere esse, vt inquit Azor. *p. 1. Instit. moral. lib. 10. cap. 27. q. 7. Eman. Sà verbo Eucharistia, n. 31.* Ita nec instrumentum ad hunc effectum affabrè factum. Ita *Posseu. loc. cit.*

Posseui.
Victor.
Azor.
Em. Sà.
Posseui.

Quam opinionem Bonacina loco citato proba-

bilem

bilem esse putat; immò Victorell. *in addit. ad Posseu. cap.8.num.*34.inquit, *Quod Scotiæ Regina, fide, pietate, alijsquè Christianis virtutibus insignis, cùm in Anglia iniustæ mortis supplicium subitura esset, diuinum viaticum, clam allatũ, summa cũ veneratione sibi ipsi ministrauit.* Hęc Victorell. citãs Suar. *to.*4. *disp.*72. *sect.*3. Victor. Suarez.

Ad rationem Rodriquez dicentis, quod Sacramentum palato adhæret, & ideò indiget ministro pro purificatione porrigenda; Respondeo, quod ipsimet ministri, qui ad corporale ministerium infirmorum peste affectorum, sunt destinati, hoc officium porrigendi purificationem faciunt, & sic non erit periculum irreuerentię, ab ipso suppositum.

Non ergo erit incongruum, cum decenti instrumento, & debita reuerentia, absque scandalo, hoc Sacramentum, tempore pestis administrare.

Accedit denique vsus assiduus, quem tenet Reuerendissimus Dominus D. Petrus de Marchis Archiepiscopus Smirnensis, in sua Diœcesi, in qua ferè assiduè pestis vrget, vt ipsemet Patribus meæ Religionis restulit, estquè huiusmodi.

Post illorum Confessionem Sacramentalem, Sacerdos ponit reuerenter particulam consecratam super folium paginæ albæ, extensę super scabellum ad id præparatum, et dictis verbis, *Domine non sum dignus*, infirmus accedit ad Sacramentum, & lingua particulam reuerenter sumit, accipitquè à ministris purificationem; interim clericus candela accẽsa in summitate virgæ, paginã illam comburit. Hæc præfatus Dominus Archiepiscopus, quẽ vsum probabilem puto, tutaq; conscientia teneri posse, tempore pestis tantùm.

Præ-

Prædictus Dominus Archiepiscopus extremam vnctionem in illis partibus, peste quoque affectis, sic Sacerdotes administrare asseruit: ligant in summitate virgæ paruæ globulum bambaceum, quem oleo sancto intingunt,& vngunt partes corporis vnguendas, cum debita forma, deinde alia parua virga (in cuius summitate, est alligatus paruus globulus stuppæ, seu bombacis) partes vnctas abstergit. Hæc ille. Quem modum vngendi, vtendo aliqua virgula oblonga à distãtiori loco, approbat Suarez *tom.4.disp.44.sect.3.n.20.fol.*549.vide infra pract.9. dub.14.

Suar.

Dub.20. An Sacerdos peste affectus, possit extra missam seipsum communicare.

Respondetur affirmatiuè, & ratio est, quia proprijs manibus sumere potest, & sic periculum irreuerentiæ euitabitur. *Rodriq.in summa par.1.cap.67. num.2.in fin.Caiet.verbo Communicare,tit.de ministro Communionis.Armill.eodem verb.num.*8. & est communis.

Rodriq. Caiet. Armill.

Si verò non poterit accedere ad altare, & non aderit alius Sacerdos, suo iussu illud à diacono sibi deferri faciet, sicut etiam ipsemet diaconus, deficiente Sacerdote poterit illud in necessitate alijs ministrare; nam in tali casu, suo vtitur officio. *Victorell.in Addit.ad Posseu.cap.*8.*n.*34.*vers.Diaconus,&c.* & est communis.

Victorel.

Dub.21. An morsus à cane rabido, possit Eucharistiam sumere.

Responsio est negatiua, secundum Posseuinum; nam tali morbo laborantes, non possunt aliquid deglutire (vt aiunt Medici) nisi maxima cum difficul-

tate,

tate,& præcipuè omne liquidum abhorrent, & per consequens non possunt purificationem aquæ, seu vini sumere. Immò aliquando vidi, rabidum hominem nolle, neque syrupum recipere; vnde sequitur, adesse manifestum irreuerentię periculum, quia poterit Sacramentum palato inhęrere. *Posseu. cap.* 8. *nu.* 35. *de Rabido.* Posseuin.

Secus verò, si tales possent facilè deglutire, & sumere aquam, vel vinum pro purificatione, & tunc diligenter hoc faciendum est, ne illius saliuam digitis tangat Sacerdos: ideò prius linteo os infirmi est abstergendum. Tali etiam diligentia sunt communicandi leprosi, vel habentes cancrum, vel vulcus maximè fętidum, quibus accedendum est solũ in actu communicationis. P*osseu. cap.* 8. *num.* 37. Posseui.

Qui vero charitate Dei, & proximi feruent, nihil timere debent, nec sunt deserendi, non tantùm pro Sacramentis administrandis, verùm etiam pro cibo, & potu eis porrigendo, & præcipuè hoc agere debent, qui voto astricti sunt ad inseruiendum infirmis, quos etiam pestis incesserit, vt sunt Religionis nostræ professi, qui hoc quarto ligantur voto.

Vnde Tabiena *verbo Episcopus, num.* 6. *conclus.* 1. inquit: quòd non solùm Prælatus (cui ex officio cõpetit) sed etiam quilibet alius Sacerdos, qui videt aliquem subiacere periculo animæ, cum potest illi subuenire, etiam exponẽdo se periculo mortis corporalis, tenetur subuenire, cuius verba sunt hæc: *Nõ tantùm si viderem aliquem deceptum ab infideli; vel si viderem puerum moriturum absque Baptismo in casu pestilentiæ: verum etiam, si viderem fratrem meum peste laborantem, qui desperat, nisi ad eum vadam: in his,* Tabien.

Pp & si-

& similibus teneor exponere proprium corpus pro salute animæ eius. Hæc Tabiena loc.cit.

Si hæc doctrina est pro omnibus Sacerdotibus in communi (vt patet) quanto magis spectabit ad eos, qui ex officio, vel voto astringuntur?

Dub. 22. An infirmo non valenti Sacramentum Eucharistiæ sumere, possit illud afferri saltē ad adorandum.

Conc. Tri. Farinac. *Respondetur* negatiuè, cum sit hoc prohibitum à Sacra Congregatione Concilij Tridentini *sess.* 13. *can.* 7. *Farinac. in declarat. Rot. Romana, & decis. Conc. Trid. sess.* 13. *cit.* §. *Adorandum, &c.* fuit etiā hoc prohibitum à Pio V. vt ait ipsemet Farinacius. *Eman. Sà Eucharistia, num.* 6.

Pius V. Eman. Sà.

Dub. 23. An in die Parefceue, id est Veneris Sancti, possit Sanctissima Eucharistia infirmis administrari.

Sac. Cong. *Responsio* est affirmatiua, ex decreto Sacræ *Rituum* Congregationis, sub die 19. Februarij 1622. decretorum à Patre Gauanto collectorum, nu. 20.

Gauant.

Vbi etiam habetur, quod si in tali die incidet festum Sanctissimæ Annuntiatæ, fideles non teneantur Sacrum audire, cum in tali die propriè non dicatur missa.

Dub. 24. An in casu necessitatis communicandi infirmum, si non adsunt particulæ consecratæ, possit Sacerdos, non ieiunus celebrare.

Responsio est negatiua, quia tunc infirmus, etiam si sit in articulo mortis, excusabitur à receptione Eucharistiæ. *Nauar. cap.* 21. *nu.* 53. *Suar. disp.* 68. *sect.* 1. *vers. secundum dubium, &c. Azor. p.* 1. *l.* 10. *cap.* 30. *quæsit.* 2. *Posseu. cap.* 8. *n.* 25. *Coninc. q.* 80. *art.* 8. *nu.* 56.

Nauar. Suar. Azor. Posseui. Coninc.

Syl-

Syluest. Eucharistia, 3. n. 6. Reginald. lib. 29. num. 121. Bonac. de Sacram. disp. 4. q. 6. pun. 2. num. 24. & est cōmunis. Sylu. Reginald. Bonac.

De sumptione cibi corporalis.

SIcut hucusque diximus de sumptione cibi spiritualis, scilicet Sanctissimæ Eucharistię; ita nūc opere pretium duxi, de sumptione cibi corporalis aliqua pertractare.

Dub. 25. An infirmus peccet mortaliter non sumendo cibum, vel medicinam à Medico ordinatam ad suam salutem.

Respondetur distinguendo: vel adest magna spes vitæ, vel exigua: Si exigua, aut ferè nulla spes erit vitæ, & tunc, si infirmus propter nimiam difficultatem non sumit cibum, vel medicinam, non peccat mortaliter; Secus si adesset spes probabilis vitæ, in quo casu debet seipsum conari ad sumendum cibū, & pharmaca, sub pœna peccati; Si verò adhuc adesset nimia difficultas, censetur impossibilitas, & tunc etiam excusabitur à mortali. *Em. Sà verbo infirmus, num. 1. Lopez p. 1. cap. 64. col. 3. §. sed neque, &c.* Eman. Sà. Lopez.

Dub. 26. An teneatur infirmus migrare ad loca salubriora, vel emere exquisita, seu pretiosa remedia pro salute corporis recuperanda.

Respondetur negatiuè, sed sufficit vti remedijs communibus, & ordinarijs in illa Ciuitate vbi deget. *Lopez par. 1. cap. 41. in fin.* Si verò erit diues, & absque detrimento familiæ vult prædicta pretiosa quærere, eisquè vti poterit absque peccato. Lopez.

Dub. 27. An infirmus nolens sumere remedia

propter mortificationẽ corporis, peccet mortaliter.

Respondetur, si non esset periculum vitę, sed tantum prorogationis infirmitatis, non solùm non erit peccatum, sed meritum, secundùm Caietanum. Secus verò si esset periculum vitæ, quia nemo debet esse homicida sui ipsius. *Lopez p. 1. cap. 41. in fin.*

Lopez.

Limitatur etiam, quando infirmus suo labore solebat alere familiam suam, tunc tenetur sub peccato mortali procurare sanitatem.

Dub. 28. An ægrotus sumens cibum obnoxium, vel potum aquæ contra ordinem Medici, peccet mortaliter.

Respondetur, quòd si probabiliter putabat, se in mortis periculũ incursurum, vel in febrim malignã, vtique mortaliter peccauit, sed si non putabat hoc, sed tantùm aliqualiter morbum prorogare, vel potius aliquid boni facere, sitim ardentem extinguendo, applicando contraria contrarijs, licet postea malum habuerit exitum, tamen quia bona fide egit, mortaliter non peccauit, nam si hoc sciuisset, vtiquè non egisset; grauior enim potest esse afflictio sitis, quàm febris. *Graff. par. 1. lib. 2. de homicid. casuali, cap. 66. n. 8. per totum, Sylu. verbo Medicus, q. 7.* & alij.

Graff.
Sylu.

Dub. 29. An mulier teneatur pudenda Medico ostendere, ad sanitatem recuperandam.

Respondetur, quòd si velit, poterit; si verò ob pudicitiam, aut ex nimia verecundia ostendere recusset, etiam cum ad sanitatem hoc videatur necessarium, non tenetur. *Eman. Sà loc. cit. num. 2.*

Eman. Sà.

Poterit verò alicui peritæ mulieri ostendere, quę Medico referat, vt medicamina ab ipsamet applicãda præcipiat.

Dub.

Dub.30. An is, cui à Medico vſus carnium conceſſus eſt, ſit ſolutus à lege ieiunij, ita vt poſſit bis in die comedere.

Reſponſio videtur affirmatiua: Et ratio eſt, quia ieiunium eſt inſtitutum ad carnis mortificationem, quæ non poteſt conſiſtere cum eſu carnium; Ergo &c. *Tolet. lib.6.cap 2. & 3.num.2.* Henriq.*lib.7.cap.* 13.§ 12. *Bart. à Medin. Inſtruct. Confeſſ. lib. 1. cap.* 14.§.10.*Caiet.2.2.q.147.art.7.ad vlt. & art.*8. *Azor. lib.7.cap.10.q.3.*& alij. Tolet. Henriq. Medina. Caiet. Azor.

Contraria verò ſententia eſt verior, & tutior, ſi loquamur cum diſtinctione, quam non fecerũt præfati Doctores, videlicet.

Vel conceditur eſus carnium ex infirmitate corporis, ſeu ad vires recuperandas ex pręterito morbo, & tunc quidem liber eſt à lege ieiunij propter eſum carnium, cum prima Doctorum ſententia.

Vel talis eſus carnium conceditur ad vires corporis præſeruandas, ſeu ad periculum futuri morbi euitandum, & præcauendum, ſeu quia piſces abhorret, aut naturæ temperamento nocere putantur, & tunc cauſa non ſubeſt, cur gemina comeſtio concedatur, ideò cum eſu carnium ieiunare debet, vnicamquè comeſtionem ſeruare, vt ſit tutus in conſcientia. *Cordub. in ſumma, quæſt.143.f.420. Nauar. cap.21.num.22.Reginald.lib.4.num.168.Valent.tom. 3.diſp.9.q.2.p.5.verſ.Qui dicunt,&c.Eman. Sà verbo ieiun. num. 11. Summa Victor. de ieiun. cit.à* Rodriq. *p.1.cap.24.Ioannes à Medin.de ieiun.q.5.dub. 1. Leſſius lib.4.cap.2.de ieiunio, dub.6.num.45. in fine. Andreas Victor.in Addit.ad Tolet.loc. ſup. cit. Bonac.de legib. diſp. vlt. de præceptis Eccleſię, quæſt. 1. pun. 1.* Cordub. Nauar. Regina. Valent. Eman. Victor. Rodriq. Med. Leſſ. Victore. Bonac.

num.

num. 3. Alijquè Neoterici communiter.

Ad rationem propositam, scilicet, quòd ieiunium non potest consistere cum esu carnium, quia institutum est ad carnis mortificationem.

*R*espõdeo, quòd hoc verum est, cum illis, quibus concessum est comedere carnem ex corporis infirmitate, vel ad vires deperditas recuperandas ex præterita ęgritudine, vt diximus: non autem cum illis, quibus est concessum ad futuri morbi præseruationem, vel quia cibi quadragesimales corporis temperamento nocent; immò istis valdè vtilis est sobrietas, & vnica comestio; Ideò cum esu carnium ieiunare debent, ac tenentur, vt secunda sententia Doctorum affirmat.

Accedit quoque, quòd in ieiunio duo pręcepta adsunt: Alterum negatiuum, de non comedendo carnes: Alterum verò affirmatiuum de vnica comestione seruanda: Cùm verò Medicus ad carnes propter præseruationem futuri morbi dispensat, non proptereà dispensat, nec dispensare potest ad secũdum præceptum vnicę comestionis: sobrietas enim valdè perutilis est ad valetudinem seruandam, & ad ægritudines præcauendas: ergo cum vnica comestione carnium, in tali casu legem ieiunij seruare tenetur, saltem quoad partes, & si non in totum, vt

*N*auar. inquit Nauarrus *loco citat.* & probat ex textu in capitulo *cùm dilecti, de dolo, & contum.*

Denique accedit Summi Pontificis intentio, sic sentientis, cùm enim aliquando Dominę D. Iuliæ

Paulus V. de Aragonia Principissæ Roccellę, à Paulo V. tempore Quadragesimæ propter præseruationem, ad carnes dispensatum fuisset, Pontifex ei imposuit, vt

cum

cum esu carnium, ieiunij legem, vnica comestione, seruaret, & sic ieiunii meritum non amittere.

Immò ipse multos nòui, hanc legem ieiunij, vnica comestione cum esu carnium seruare, quando eis à Medico concessum fuit ad præseruationem futuri morbi; dispensati ergo ad carnes, ieiunij tempore oculos aperiant.

Dub. 31. An seruientes infirmis teneantur ieiunare.

Respondetur negatiuè; nam redderentur debiles ad charitatem miseris præstandam (vt suppono) & ad excubias, vigiliasquè, noctis tempore faciendas, præcipuè si seruitium erit assiduum. Et ratio est, quia charitas maior est ieiunio, nam illa est de præcepto naturali, & diuino, istud est de præcepto positiuo; Propterea, nec Confessarius, qui multum laborat in audiendis confessionibus, tenetur ieiunare. *Nauarrus cap. 21. num. 17. Tolet. lib. 6. cap. 4. nu. 4. Azor. lib. 7. à cap. 8. Ludou. Carbon. de præcept. Ecclesiæ. Eman. Sà verbo ieiunium, num. 9. Syluest. Tab.* & communis. Nauar. Tolet. Azor. Carbon. Eman. S. Sylu. Tab.

Immò, si infirmus non potest relinqui solus absq; detrimento illius, aut periculo, custos excusatur ab auditione missæ in die festo. *Azor. lib. 7. cap. 7. Suarez disp. 88. sect. 16. Tolet. lib. 6. cap. 9. num. 2. Nauar. cap. 21. num. 3.* & communis. Azor. Suarez. Tolet. Nauar.

ADDITIO.

DVb. primum. An infirmum in articulo, vel periculo mortis constitutum, de iure diuino Eucharistiam sumere teneri, aliqua ratione probari possit.

Re-

Respendeo negatiuè, si saltem semel in vita, ad quod de iure diuino, ex illo Ioannis 6. *Nisi manducaueritis carnem filij hominis, &c.* posito quòd debitam ætatem habeat, obligatur, illam susceperit; si enim fideles de iure diuino ad hoc tenerentur, posset Sacerdos non ieiunus, vel bis ad infirmum cōmunicandum Sacrum facere, cùm hoc tantùm de iure Ecclesiastico prohibeatur, quod iuri diuino minimè præcedit, sed communiter Doctores dicūt id fieri non posse; ergo infirmus de iure diuino ad hoc minimè tenetur, sed tenetur tantùm ad scandalum vitandum, propter fidelium consuetudinem vbiquè receptam communicandi in tali tempore. *Villalob. in sum. tom. 1. tract. 8. difficult. 34. num. 3. Fagund. de præcept. Eccles. precept. 3. lib. 2. cap. 1. num. 17. Syluest. verb. Euch. 3. num. 1. Fernandez de Hereida de Euchar. dist. 2. p. 2. dub. 2. per totum.*

Ioan. 6. vers. 53.

Villalob. Fagundez. Sylu. Fernand. Hereida.

Dub. 2. An si infirmus paulò antè infirmitatem, puta per quatuor, sex, vel octo etiam dies Eucharistiam susceperit, illam iterum sumere teneatur.

Respondeo negatiuè, nam ideò inter cætera, ad illam sumendam infirmus obligatur, vt se ad transitum ex hac vita præparet; talis autem per Eucharistiam paulò antè receptam se præparasse censetur, Quod tamen verū est, nisi alicubi adsit quoad hoc consuetudo fidelium in contrarium; nam tunc ad scandalum vitandum, illam adhuc sumere teneretur. *Molfes. in sum. tract. 3. cap. 8. num. 96. Bonacin. de Sacram. Euch. disp. 4. quæst. 7. pun. 1. num. 2. Layman. lib. 5. tract. 4. cap. 5. num. 4. Zambran. de casib. in art. mort. cap. 3. dub. 1.* Quod idem eadem ratione dicendum, si infirmus in ipsamet infirmitate, intra præfa-

Molfes. Bonac. Laym. Zamb.

tum tempus post Eucharistiam receptam, in idem mortis periculum incidat; si verò infirmus ex deuotione, non instante periculo mortis, ieiunus communicare vellet, id præstare posset, vt poterat dum erat sanus, quamuis non fic sępè ob reuerētiam Sacramenti in eo ad illum continuo non deferendo. *Persicus de offic. Sacerd. lib. 1. cap. 3. dub. 9. n. 82. Tabien. verb. communicare, q. 48. n. 54.* Persic. Tabien.

Dub. 3. An qui sumpto viatico labitur in mortale, illud confessione præmissa, iterum sumere teneatur.

Respōdeo negatiuè, quia (pro vt dub. 2. diximus) infirmus per antecedentem Eucharistiæ sumptionem, sufficienter pro transitu ex hac vita præparatur, & alioqui pro delendo peccato commisso, pœnitentiæ Sacramentum sufficit, cum Eucharistia ad hoc per se primo instituta non sit, licet per accidens id præstare possit, cùm scilicet quis bona fide, putas se lætali labe non esse infectum, ad illam accedit, tunc enim Eucharistia, peccata etiam mortalia delet, vt dicemus infra in simili dub. 29. *Henriq. lib. 8. cap. 5. num. 3. Filiuc. tract. 4. cap. 2. q. 7. nu. 52. Coninc. q. 80. art. 11. dub. 3. n. 100.* Henriq. Filiuc. Coninc.

Dub. 4. An Sacerdos, deficiētibus particulis pro communicando infirmo, partem suæ hostiæ hoc fine transmittere possit.

Respondeo affirmatiuè, quia id nullo iure fieri prohibetur, & alioqui ad pietatem, ac charitatem pertinet, cùm per hoc Sacerdos saluti spirituali sui proximi consulat, immo facilè accidere potest, vt per tale Sacramentum infirmus fiat de attrito contritus, & saluetur, qui aliàs minimè saluaretur prop-

ter aliquod mortale inuincibiliter oblitum,& nullo modo,neque per Sacramentum pœnitentię,neque per dolorem,ne quidem generalem, vel sufficiẽtem retractatum;nisi fortè dicas,tũc supplere misericordiam Dei, illum scilicet ad actum contritionis excitando; quia facienti quod in se est,Deus non deficit,seu non denegat gratiã,vt Ecclesia Sãcta docet. Tum quia hoc non obstante, adhuc sacrificium in vtraque specie pro suo significato esset integrum, cùm Christus indiuisibiliter sub speciebus consecratis sit totus in toto,& totus in qualibet parte totius. *Scortia de sacrificio missæ,lib.4. cap. 29. num. 12. Zanardus in directorio,p.1.de Eucharistia,cap. 9. num. 15.& cap.10.num.13.Eman. Sà verb. Eucharistia, num. 5. Zambran.de casib.in art.mort.cap.3.dub.6.n.6.* quod idem quoad sanum etiam, pro sua deuotione cõmunicandum,fieri posse asserit Sancius in select. *disp.22.num.*21.cum alijs apud ipsum. *Fagundez de præceptis Ecclesiæ,præcepto 1.lib.3.cap.20.num.8. cum Syluestra Paludano,Diuo Thoma,& Suario.*

Scortia. Zanard. Em.Sà. Zambran.

Sancius. Fagund. Sylu. Palud. D. Thom. Suar.

Dub. 5. An ad hoc Sacerdos, vel simpliciter ad Eucharistiam fidelibus administrandam sub mortali teneatur.

Respõdeo affirmatiuè,si loquamur de Curatis in ordine ad infirmos,& sanos etiam,cùm præceptum communicandi vrget;nam ipsi ex officio,etiam cum notabili incommodo suos Parochianos in grauibus necessitatibus constitutos,idest ad leges,& præcepta,eos sub graui obligantia adiuuare tenentur, dum sine ipsorum adiutorio,illas obseruare non possunt; in ordine verò ad sanos,cùm pręceptum communicandi non vrget, sed ex deuotione tantùm cõmuni-

ni-

nicare intendunt, quoties sine graui incommodo, & seruato tempore ad hoc congruenti, illis Eucharistiam administrare queunt, ad id sanè tenentur, cū ad suorum Parochianorum profectum, pręcipuè per exercitium Sacramentorum attendere debeant; secus si hoc sine graui incommodo agere non valeant, quia ad ea, quæ ex superogatione, & ex abūdantia illi faciunt, ipsi cum graui incommodo, ratione numeris nullatenus se obligasse censentur; si verò loquamur de simplicibus Sacerdotibus nō obligantur, nisi in articulo mortis, si desit, qui hoc ex officio præstet, idquè sine graui incommodo agere queant, quia tunc fideles in graui necessitate, idest graui obligationi à nobis supra dub. 1. explicatę satisfacturi, constituti censentur, in graui autem proximi necessitate, vnusquisque etiam non ex officio astrictus ei succurrere tenetur, si absque suo notabili incommodo possit, nam charitas, citrà extremam proximi necessitatem non obligat cum graui incōmodo, vt communiter sentiunt Doctores cum Bonacina *in decal. disp. 3. quæst. 4. punct. 4. nu. 4.* Nec obstat, quod huiusmodi Sacerdotes id sine eorum graui incommodo præstare nequirent, ex eo quia id agendo mortaliter peccarent, alterius iurisdictionē, nimirū proprij Pastoris munus sibi vsurpando, quod quoad Sacerdotes Regulares præsertim patet ex Clementina 1. *Religiosi, de priuileg. & excess. priuilegiorum* à Clemente V. in Concilio Vien. edita; nam ad hoc Respōdetur, vt infra in addit. ad pract. 9. dub. 14. fine; extra verò articulum mortis, tales Sacerdotes ad hoc nullo modo tenentur, vt si fideles ex deuotione communicare vellent, vel ad indulgentias

lucrandas, &c. tùm quia solùm Parochi ad id præstandum astringuntur, pro vt supra dictum est; tum quia hoc eis graue incommodum afferret, cum quo, vt diximus, charitas sanè nõ ligat; quod si facilè possent, idquè præstare omitterẽt, dic vt infra in Addit. ad dictam Pract. 9. dub. 14. Nec item tenentur cum fideles præcepto communicãdi in Paschate ex præfato capitulo *omnis* citato satisfacere vellẽt; nam cũ ipsi ex prædicto capitulo *omnis*, & ex pręcitata Clemẽtina 1. *Religiosi, etc.* hoc Sacramentũ de manu Parochi tũc suscipere teneãtur, si Parochus absit, à pręcepti transgressione excusantur, ac proindè in nulla necessitate constituti censentur. Quare autem hæc necessitas sumendi Eucharistiam in articulo mortis vocetur grauis, & non extrema; vide infra dub. 28. Et an detur casus, in quo infirmus de tali Sacramẽto extremam necessitatem habeat, vt quis cum graui suo incommodo, etiam cum periculo vitæ illud administrare teneatur, dicemus etiam infra dub. 29.

Fagund. Posseui. Sot. Bonac. *Fagundez de præceptis Ecclesiæ, præcept. 3. lib. 3. cap. 3. num. 4. & 5. & cap. 2. num. 20. & 21. Posseu. de administratione Sacramentorum, cap. 5. num. 8. cum Soto. Bonacina de Eucharistia, disp. 4. q. 5. punct. 1. n. 15. & in decal. disp. 3. q. 4. pun. 4. n. 4.*

Dub. 6. An pueri vsum rationis habentes, & in articulo mortis constituti, ad viaticum suscipiendum teneantur.

Respondeo negatiuè, si non dum ad ætatem decem, duodecim, &c. annorum, in qua tale Sacramẽtum pueri sani suscipere solent, peruenerint, nec in proxima dispositione ad illud suscipiendum antea erant, & præterea in loco, vbi inueniuntur nulla cõ-

sue-

ſuetudo illo ſe reficiendi in minori ætate iam dicta plus,minus,&c.in contrarium adſit,cum nullus textus id probans afferri poſſit;Nec ad id tenentur, vt ſatisfaciant precepto diuino communicandi,ex illo *Ioãnis 6.Nisi manducaueritis carnem filij hominis,&c.* quia,cum Chriſtus perſonarum conditiones,an ſcilicet paruuli,vel in perfecta ætate conſtituti, &c.nõ determinauerit,id Eccleſię determinationi reliquit, ex cuius conſuetudine recepta, ac Summo Pontifici,qui in his errare non poteſt,nota,conſtat,tale Sacramentum non dari pueris vſum rationis habentibus,niſi ita illo polleant, vt tanti Sacramenti dignitatem,excellentiam,& effectus cognoſcere poſſint, quod tamen, ipſum Sacramentum , ſicut cætera in dignitate pręcellit,ex eo quia Chriſtum totius gratiæ actorem continet,ita etiam ex natura rei pro ſui diſpoſitione requirere videtur , idquè etiam innuit capitulũ *omnis vtriuſque ſexus, de pœniten. & remiſſ.* vbi poſtquam aſſerit,pueros vſum rationis habentes,hoc Sacramẽto ſaltem in Paſchate refici debere,ſubiungit,*niſi fortè de proprij Sacerdotis conſilio , ob aliquam rationabilem cauſam, ad tempus ab huiuſmodi perceptione duxerit abſtinendum*,quæ cauſa alia eſſe non poteſt, niſi quia perfectum rationis vſum pro tanto Sacramento,vt ſupra dictum eſt, puer nõ habeat;Ex quo capite clarẽ patet,quòd ſi puer in ætate ſeptem annorum tantæ prudentię ſit,vt huiuſmodi rationis vſum habeat , idquè euidentiſſimè conſtet,communicare poſſit , cùm finis conſuetudinis Eccleſiæ de non communicando in tali ætate ceſſet,& alioqui obligatio illa dub.1. explicata cõmunicandi in articulo mortis,& præcepti diuini com-

Ioann. 6. verſ. 5

mu-

municandi semel in vita vrgere supponimus. Nec prætereà ad id tenentur pueri in articulo mortis, quia tale Sacramentum est simpliciter necessarium ad salutem, quia inde sequeretur, Ecclesiam errare, non admittendo statim post vsum rationis pueros ad Eucharistiæ sumptionem; nam dum illa est simpliciter necessaria ad salutem, ita vt, si non sumatur, quis saluari non possit, pueri post vsum rationis illā non sumentes, constituerentur in continuo periculo æternæ damnationis, nimirùm decedendi sine tali medio simpliciter ad salutem necessario, quod falsissimum esse patet, estquè contra D. Thomā 3 *p. quæst.* 73. *art.* 3. eiusquè sectatores; ergo si ante articulum mortis nondum perfecta ætate, vt supra adepta, hoc Sacramentum non est ad salutem simpliciter necessarium, ita neque sic erit necessarium eadem ætate tempore mortis nō completa. *Nauar. in manu. cap.* 21. *nu.* 57. *Vasq. disp.* 114. *cap.* 4. *Reginald. lib.* 29. *num.* 85. *cum Tabiena, & Caiet. Dian.* 1. *p. tract.* 14. *resolut.* 79. *propè finem, in med. verb. tertio pueros, Caiet. verb. Communio,* §. 7. *Corduba in summa Hispan. quæst.* 6.

D. Thom.

Nauar. Vasq. Reginald. Tabien. Caiet. Diana. Cordub.

Dub. 7. An puer in articulo mortis constitutus, dubitans, num sufficientem ætatem habeat, citra mortale communicare possit, vt præcepto diuino de communicando semel in vita, & consuetudini illæ de viatico sumēdo in articulo mortis, pro vt dub. 1. dictum fuit, satisfaciat.

Respondeo in hoc tuta conscientia, se consilio, ac dictis parentum, vel sui Confessarij accommodare posse, & viaticum omittere, vel sumere, pro vt ipsi consulent, alioquin mortaliter, vel venialiter,

pro

pro qualitate dubii de mortali, vel veniali peccaret. *Graff.p.1.lib.2.cap.38.num.15.Posseu. de commun. sanorum, cap.8.n.9.& 10.Caiet.dub.praeced.cit.* Graff. Posseui. Caiet.

Dub.8. An qui eodem die quo capite plectēdus, est, vsque ad Eucharistiæ sumptionem, si ex aliqua iusta causa ad tempus vespertinum differēda sit, sub mortali, se ieiunum conseruare teneatur.

Respondeo negatiuè, si hoc absque suo graui incommodo præstare non possit, quia præceptum Ecclesiasticum, cuiusmodi est ieiunus Eucharistiam sumere, non obligat cum graui incommodo, & alioqui graue etiam incommodum esset condemnato tunc fructu tanti Sacramenti priuari, præsertim ratione supra dub.4.allata; tum quia sicut ex Concilio Constantiensi 13. infirmo non ieiuno Eucharistia licitè dari potest, ita etiam ad mortem condemnato non ieiuno, qui infirmo æquiparatur dari poterit, cum vtrobique eadem ratio militet. *Coninc. q.80.art.8.num.51.Tolet.lib.2.cap.18.n.3.vers.tertia est, Dian. 2.p. tract.14.resol.75. & 4.p.tract.4.resol. 104.vers.notandum est, Filiuc.tract.4.num.238. vers. quarto extenditur.* Concil. Constan. Coninc. Tolet. Dian. Filiuc.

Dub.9. An Iudex teneatur absoluere Reum, qui confiteri, vel communicare renuit, quamuis illum in mortali decedere credat.

Respondeo negatiuè, quia Rei punitio spectat ad bonum commune, quod bono ipsius particulari præferri debet, & alioqui eius damnatio, quia non est occasio data, cum bono cōmuni expediat, vt ipse moriatur, sed accepta, ipsi, & non Iudici imputari debet. *Sotus de iust. & iur.lib.5.q.1.art.2.in respōsione ad secundum,* Reginald.*lib.29.n.71.vers.prima est.* Sot. Regina.

Dub.

Dub. 10. An Sacerdos extra horam debitam, vel bis, seu non ieiunus, deficientibus particulis, pro infirmo communicando, sacrum facere possit.

Respondeo affirmatiuè, si infirmus præcepto diuino de communicando semel in vita satisfacere debet, puta si debitam ætatem habeat, ac nondum sacro cibo se refecerit; celebrare enim ieiunus, non bis, &c. est de iure positiuo, quod iuri diuino minimè præcedit, ac proindè tunc Summus Pontifex tacitè consentire censetur, cum aditum obseruantiæ præceptorum diuinorum, præsertim istius, districtissimè in illo *Ioan. 6. Nisi manducaueritis, &c.* ibi, *non habebitis vitam*, nobis iniunctę, suis præceptis præcludere non possit, nec vllo modo velle præsumi debeat; & alioqui, scandalo, quod inde astantes recipere possent (præterquam quòd respectu Sacerdotis celebrantis non esset peccaminosum, quia actio in se, vt supponimus licita esset, & ex alia parte vtilius scandalum nasci permittatur, quam veritas deseratur, *de reg. iur. cap. 3.*) occurri posset, eos de honestate actionis certificando; licet his temporibus propter multitudinem Sacerdotũ, Parochiarum, & Monasteriorum (communiter loquendo) id accidere difficile sit. Verum cum casus contingeret, id fieri non posse puto, quando vestes pro missa celebrãda haberi non possent, saltem principales, puta Amictus, Alba, & Planeta, quia esset magnum dedecus, seu irreuerentia, vt astipulatur etiam Persicus *de officio Sacerdotis, lib. 1. c. 4. dub. 5. n. 53. prope finẽ*, sine his saltem vestibus tũc celebrare, & vilesceret magnum sacrificii misterium, illud sine vlla veste offerendo, vel si aliud etiam deesset, sine quo prudentis

Ioan. 6. vers. 53.

Persicus.

iu-

iudicio ſacrificare magna irreuerentia foret, vel ſi præfatæ veſtes non eſſent benedictæ, quia cũ tales non ſunt, perinde res ſe habet, ac ſi ſine illis ſacrum fieret; quare in ſimili caſu non cenſeretur Deus hoc ſuum præceptum de cõmunicando ſemel in vita, cũ tanti miſterij à ſe inſtituti contemptione vim habere velle, proindequè infirmus illud non ſeruando, neutiquam peccaret, quippe quia dicto diuino pręcepto, non communicando, nullatenus contrairet, & ſic, ſi moreretur, adhuc ſaluus fieret. *Fagundez de præcept Eccleſiæ, præcept. 1. lib. 3. cap. 16. nu. 8. cum Nauarr. Ledeſm. Paludan. &c. item Paulus Layman lib. 5. tract. 4. cap. 6. num. 21. Petrus Matthæus in addit. ad rubricas Miſſal. par. 1. cap. 9. num. 1. Maior. in 4. diſt. 9. q. 3. ad 5. Suar. tom. 3. in 3. par. diſp. 82. ſect. 3. § ſecũdo dicendum, & diſp. 83. ſect. 3. § ſecundo dubitari.* Fagund. Nauar. Ledeſm. Palud. Layman. Pet. Matt. Maior. Suar.

Dub. 11. An infirmus, qui Sacramentum ſub ſpecie panis deglutire non poteſt, citra mortale ſub ſpecie vini communicari poſſit.

Reſpondeo affirmatiuè, ſi præcepto diuino communicandi ſemel in vita non dum ſatisfecerit, eadem prorſus ratione dubio præcedenti allata; nam Doctores qui id fieri poſſe negant, non loquuntur in hoc caſu, ſed tantùm, cùm infirmi ob deuotionem, vel, vt obligationi dub. 1. recenſitę de tunc communicãdo ſatisfaciãt, vt inter alios loquitur Suarez *tom. 3. in 3. par. D. Tho. diſp. 71 ſect. 3. fine apud Fagũdez de præcept. Eccleſ. præcept. 3. lib. 3. c. 4. nu. 20.* Tum quia aliqui id negant propter periculum irreuerentiæ Sacramenti, quia nimirùm facilè aliquæ ſanguinis reliquiæ effundi poſsẽt, ergo quãdo tale periculum præcauetur, id licitè fieri poteſt, non autem Suarez. Fagund.

indè sequitur, quòd simpliciter in tali casu id fieri non possit; tùm quia, sicut absq; vllo peccato, & irreuerentię nota potest laicus tempore mortis, (& factum etiã fuisse legitur) absẽte Sacerdote, Diacono, &c. proprijs manibus cõmunicare seipsum, vt fatetur Caietanus *in Matthæũ 26. & Suar. etiam cit. disp. 72. sect. 3. ad finem*, non obstante duplici Ecclesiæ prohibitione ex parte laici, nimirùm de tangendo Sacramento, ac se ipsum communicando, non alia ratione, nisi quia, necessitas omnem irreuerentiam, ac iuris positiui transgressionem tollit, cur idem etiã in casu nostro, citrà vllum peccatum, ac irreuerentiam fieri non potest? tùm quia, sicut ad obseruantiam iuris diuini, nimirùm ad euitãdam irreuerentiã Sacramenti, potest laicus sumere sanguinem, si calix in manus hostium fidei venturus timeatur, vt cõcedit Fagũdez citatus *n. 21. cum Suar.* quanto magis ad obseruantiam iuris diuini de communicando semel in vita, infirmus, non valens sub speciebus panis, sub speciebus vini communicari potest? Quod si indè fortè pusilanimes scandalizarẽtur, quoad hoc faciendum, prout dubio præcedenti dictum fuit. Verum in hoc, sicut in omnibus alijs meis assertis, iudicio S.R.E. me submitto.

Caiet. in Matth. 26. Suar.

Fagund. Suarez.

Dub. 12. An dubitans, se esse ieiunum, Eucharistiam sumere possit.

Respondeo negatiuè, quia in dubio melior est cõditio possidentis. *Reg. in pari 65. de reg. iur. in 6.* possessio autem stat pro præcepto Ecclesiastico, de quo certum est, quòd præcipit, vt quis ieiunus ad hoc Sacramentum accedat. *Cap. liquido apparet, de consecrat. dist. 2. Villalobos in summ. tom. 1. tract. 1. diff. 21.* Villalob.

n. 6.

num.6.Sanchez de matrim.tom.1.lib.2.disp.41.nu.40. Megala in Promptuario,verb.dies, n.4. in medio,verb. vnde merito, Sanchez,Stephanus Fagundez de praeceptis Ecclesię,praecepto 4.lib.1. cap. 10. num. primo.

Dub.13. An qui eodem die,quo peccat peccato carnis,cōfessione præmissa,ob solam suā deuotionē, Eucharistiā citra mortale, vel veniale sumere possit.

Respondeo affirmatiuè, id enim nullo iure prohibitum esse videtur,cùm talis iam cōfessus,ac probatus,vt vult scriptura 1.*Corinth.*11. *Probet autem seipsum homo*, &c. ac proinde absque vlla prorsus peccati macula,tàm in anima,quàm in corpore, accedat;quia,& si in lege veteri, peccatū aliquas maculas relinquebat in corpore (de quo S.Thomas 1. 2.*q.*102.*ar.*5.*ad* 5.& alij) tamen, quia talis lex per legem gratiæ iam cessauit,ex D.Thoma *ibid.q.*103. *ar.*3.*ad* 2.nūc peccatū huiusmodi effectū nō habet, & alioqui illa distractio , seu mentis euagatio ad res venereas,quā fortè tale peccatū carnis reliquit, sufficit,si à cōmunicaturo cohibeatur,vt indeuotus ad hoc Sacramentū accedere dici nō possit. *Sancius in select.disp.*23.*n.*30.*Faustus de Eucharist.lib.*1.*q.* 369. *vers.alij in ea sententia,Fagundez de pręcept. Eccles.lib.* 3.*praecepto* 3.*cap.*6.*num.* 8. *Bellarminus lib.*1. *de clericis,cap.*19.*Henriq.lib.*8.*de Eucharistia,cap* 51.*num.*1. Nec obstat D. Thomas 3. *p. q.* 80. *art.* 7. in contrarium ab aliquibus adductus,nam ibi loquitur,quod in hoc casu est de congruentia, & non de necessitate à communione abstinere,quod autem est de cōgruentia,est opus superogationis , ne quidem sub veniali obligans,vt ipsemet in responsione ad secūdum,explicans Diuum Gregorium sentire videtur,

Sanc
Meg
Fag
1.Co
S.Th
Sanc
Fau
Fagu
Bella
Hen
D. T

alioquin Diuus Thomas,dicendo nõ esse de necessitate abstinere à communione, si non abstinere esset peccatum veniale, in hoc negotio consuluisset peccatum veniale,quod dici nullatenus debet. *Nauar. in manu. cap.* 11. *num.* 51. *Basil. Pontius de matrimon.lib.*10.*cap.*9.*num.*2.*verb. at si copulati*, *Angel. Euch.*3.*n.*30.*Graff.p.*1.*dec.lib.*2.*c.* 83. *n.*9. *Victor.in sum.de Euchar.n.*81.*Raguc.de Euch.quæsit.*34. & 37.

Nauar. Basil. Põt. Angel. Graff. Victor. Raguc.

Dub.14 An vxorati nocte præcedente actum matrimonialem consumantes, mane postea, absque vllo peccati mortalis,vel venialis scrupulo communicare queant.

Respondeo affirmatiuè,si talem actum procreandæ prolis causa,vel redditionis debiti exercuerint. *D.Thom.*3.*p.quæst.* 80.*art.* 7. *in responsione ad secundum;*quod idem dicendum,si ad fornicationem, vel aliam carnis tentationem vitandam id egerint;quia tunc,cùm actus nullo modo sit peccaminosus,accedunt ex omni parte à culpa immunes, & non peccant, prout in casu dubij præcedentis dictum fuit; Si verò præcisè propter delectationem sensualem id agant,& si secundariò ad gignendam prolem, quia tamen finem matrimonij peruertunt,venialiter tantùm peccant;& sic,si tale peccatum, confessione, aqua benedicta,&c. deleant, vel si cum illius complacentia non accedant, vel si attritionem de illo habeant, ex congruentia ad summum ex sententia D.Thomæ, quæ vt dubio pręcedenti probauimus, ne quidem sub veniali obligat, à communione abstinere debent;sin minus, complacentiam saltem,si fortè adsit de tali peccato non tollant,venialiter accedendo peccant, cùm pro omni fructu huius Sa-

D. Thom.

cra-

cramenti recipiendo, nimirum pro illius etiam peccati venialis remissione, indispositi prorsus communicent. *Sancius in selectis disp. 23. num. 13. Marciglia in additione ad memorial. Compostel. fol. 73.* Quod si quæras, an vxorati, si eodem die quo sacra synaxi reficiuntur actum matrimonialem exerceant, peccent, certè, nec id dici queit, quia, cum talis actus eis licitus sit, ex huiusmodi circumstantia, quod scilicet communicauerint, malus nullo pacto reddi potest; Eucharistiæ .n. sumptio nullum virtutis actũ, vt inter alios est matrimonij vsus, put innuit Basilius Pontius *de matrim. lib. 1. c. 1.* peccaminosũ reddere queit; nam sicut Eucharistię sumptio pro eodem die non impedit aliarum virtutum actus, ita etiã nec impedire potest hunc. *Nauar. cap. 21. num. 51. fine. Victoria in summ. de Eucharistia, num. 82. Sanchez de matrim. lib. 9. disp. 13. num. 17.*

Sancius. Marciglia. Basil. Põt. Nauar. Victor. Sanch.

Dub. 15. An Sacerdos, præcisa extrema necessitate, præcauensquè aliorum scandalum, nec sacrum ex aliquo impedimento facere valens, seipsum cõmunicare possit.

Respondeo affirmatiuè, cùm id nullo iure prohiberi videatur, pręsertim Sacerdotali ordine insignitis, qui Eucharistiam liberè tangere possunt; si enim in missa seipsos communicare queunt, cur nõ etiam extra? Nec obstat, quia hoc videtur esse contra consuetudinem Ecclesię, vt patet in die Iouis Sancti, in quo Sacerdotes de manu celebrantis communicãtur; id enim non fit propter prohibitionem, qua Sacerdotes proprijs manibus se communicare non possint, sed ad significandum institutionem Sanctissimi Sacramenti Altaris, in qua omnes Apostolos

Barbos.
Vgolin.

Christus Dominus proprijs manibus communicauit. *Barbos. de potest. Parochi, cap. 20. num. 24. Vgolin. de off. Episcopi. cap. 15. §. 7. num. 9.* Quod idem de Diacono dici non debet, cum eius administrandi facultas, ex Ecclesiæ obseruatione sit limitata, nimirùm ex concessione proprij Sacerdotis, & tempore necessitatis; ergo tunc etiam, & non alio tempore tali facultate respectu sui vti potest, aliàs mortaliter peccat, quia munus sui proprij Pastoris in re graui sibi vsurpat. *Faustus de Eucharist. lib. 1. q. 211. fine, cũ Coninc. Fagund. de præcep. Eccles. præcept. 3. lib. 3. cap. 1. num. 5.*

Faust.
Coninc.
Fagund.

Dub. 16. An Sacerdos, dum absque stola ad communionem accedit, peccet, & censuram in capitulo *Ecclesiastica, 23. dist.* incurrat.

Respondeo negatiuè, quia talis excommunicatio in desuetudinem abijsse testatur Rodericus à Chuna *in comment. ad dictum cap. Naldus in summa, verb. Sacerdos, n. 6. Bonac. de Sacram. Euch. disp. 4. q. 6. pun. 2. num. 2. Antonius de Litteratis in sua summa, par. 6. cap. 3. nu. 10. Turrecrem. in c. Ecclesiastica, 23. dist.*

Roderic. à Chuna.
Nald.
Bonac.
Anton. de Litteratis.
Turrecre.

Dub. 17. An laicus in articulo, vel periculo mortis constitutus, deficiente pro tunc Eucharistiæ ministro, scilicet Sacerdote, vel Diacono, se ipsum cõmunicare possit, non obstante, quod ei Eucharistiã tangere prohibeatur. *arg. cap. trib. de consecrat.* & clarius ex dispositione capituli *Peruenit, eod. tit. dist. 2.*

Respondẽt affirmatiuè Suarius *tom. 3. q. 82. disp. 72. sect. 3. Posseuinus de officio Curat. cap. 8. nu. 24. Caietanus in Matthæum 26.* & alij; & ratio fortè esse potest, quia præcepta Ecslesiastica non obligant cũ graui incommodo, graue autem incommodum es-

Suarez.
Posseuin.
Caiet.

set

ſet ægroto, præſertim in illa circumſtantia, fructibus tanti Sacramenti priuari, eo vel maximè, quia facilè tunc per hoc ſaluari poſſet, qui aliàs minimè ſaluaretur prout ſupra dub. 4. recenſuimus. Verùm ſi iſte debitam ætatem habeat, & non dum tale Sacramẽtum ſuſceperit, citrà vllam dubitationẽ, id fieri poſſe aſſero, idquè ſi ipſe commodè præſtare non poſſit, per alium laicum communicari poteſt, ratione, qua ſupra in ſimili dub. 10. Ad diſpoſitionem verò præfatorum canonum, præſertim capituli *Peruenit*, dico, ibi ſermonem eſſe, cum Presbyteri poſſunt infirmis Euchariſtiam præbere, eamquè per laicos ad illos deferri faciunt; quare hic neceſſitatis caſus ſub illorum prohibitione minimè comprehendi videtur. *Victorel. ad Poſſeuin. cap. 8. Append. 1. verſ. dum ne.* Victorell.

Dub. 18. An tempore interdicti localis hoc Sacramentum infirmis adminiſtrari poſſit.

Reſpondeo affirmatiuè, cum id de iure fieri poſſe concedatur. *cap. quod in te, de pœnit. & remiſſ. & cap. permittimus, de ſenten. excommun. & gloſſa ibi*, & tunc quidem cum ſolitis, ac præſcriptis ſolemnitatibus, & orationibus Sacramentum deferri debet, quia gratiæ ſunt ampliandę. *cap. odia, de reg. iur. in 6.* præſertim verò cum hoc, ad reuerentiam tanti Sacramenti faciat. *Nauar. in manu. cap. 27. num. 178. Sayr. de cenſur. lib. 5. cap. 7. à num. 16. & 26. Auil. de cenſur. p. 5. diſp. 4. ſect. 1. dub. 4. conc. 4. Henriqu. de excom. lib. 13. cap. 45. num. 2.* Nauar. Sayr. Auila. Henriq.

Dub. 19. An fideles in Paſchate ſatisfaciant præcepto Eccleſiæ *capitulo omnis vtriuſque ſexus*, ſi non communicent in propria Parochia, ſed in Eccleſia Cathedrali, & vniuerſaliter, an inuito Parocho, Pa-

ro-

rochiani pro Sacramentis recipiendis, proprium Episcopum licitè adire possint.

Respondeo affirmatiuè, nam cura animarum Episcopis principaliter demandata est; ergo cùm quis communicat in Ecclesia Episcopi, à præfata obligatione videtur immunis, cum à proprijssimo eius Sacerdote Sacramenta recipere vere dicatur. Hi etiā præcepto Ecclesię de communicando in Paschate satisfaciunt, & si non in die Paschatis, sed, vel infra hebdomadam Sanctam, vel infra octauam Paschatis communicent, ex Bulla Eugenij IV. Constit. 20. incipit, *Fide digna*, sub die 8 Iulij 1440. *Piasecius in praxi Episcop. p. 2. cap. 3. num. 24. vers. circa festum*,

Piasec. *Barbos. de potest. Paroch. cap. 20. num. 12. Marc. Anton.*

Barbos. Genuens. *Genuens. in praxi, cap. 61. fine.*

Dub. 20. An Sacerdos, qui in nocte Natiuitatis Domini paulò ante, quàm horologia mediam noctem significarēt comedit, ea significata, citra mortale celebrare possit.

Respondeo affirmatiuè, cùm pro die sequenti ieiunus verè dicatur; Et alioqui ex D. Thoma, Reginaldo, & Nauarro infra citandis neutiquam requiratur, vt celebraturus, cibum, quem comedit, digesserit, vel vt in ea nocte ob cibi digestionem dormierit, cū nullo iure id probari queat; Verum Reginaldus loco citando putat, quod si Sacerdos ante mediam noctem Natiuitatis Domini nimium comedisset, vt si ex aliqua infirmitate exemptus fuisset à ieiunio Vigiliæ Natiuitatis, & ante dictam mediā noctem fortiter pranxisset, vel ex aliqua legitima causa prandium pro serò distulisset, sentiretque se, ita nimio cibo paulò ante mediam noctem sum-

pto grauatum, vt post mediam noctem debita cum deuotione celebrare non posset, post mediam noctem celebrando, venialiter peccaret; quod ego non affirmo, quia, quod Sacerdos sacrum facturus nõ se sentiat deuotione affectum, hoc nullo modo impedit, quin sacrum licitè facere valeat; sufficit enim si pro tunc positiua irreuerentia absit, cum ex Rubricis Missalis, *Rubrica 9. num.* 2. supponatur esse solum de consilio, quod Sacerdos, cum in se deuotionem minimè experitur, à Sacro faciendo, aliquando, vt loquitur textus (cum. s. sacrum non faciendi pro tũc cõmoda se se offert occasio) abstinere debeat; ꝙ autem est de consilio, præciso contemptu, nè quidem sub veniali obligat, pro vt communiter Doctores asserunt, præsertim Azor. *p. par. lib. 4. cap. 9. quæsit.* 15. Rubr. Mis. Azor.

Peccaret verò mortaliter talis Sacerdos, si sic indigestus, vel ob illam breuem temporis intercapedinẽ inter comestionem, seu potationem, & celebrationem, sacrum faciẽdo, vomitus periculo se exponere prçuideret, & nihilominus celebrare vellet, tunc. n. grauem Christi corpori, & sanguini irrogaret iniuriam, permittendo, vel huic periculo se exponendo, vt illa extra per os eiecta comburerentur, vel putrescerent, &c. quòd tamen non celebrando præcauere posset, & per hoc, quod tali periculo se exponeret, mortaliter peccaret, etiam si fortè casus postea minimè eueniret. *Diana p. 3. tract. 4. resol. 44. & Henriquez apud ipsum. D. Thom. 3. par. q. 80. art. 8. ad secundum Reginald. lib. 29. num. 119. vers. notandum est quarto. Nauar. in manuali, cap. 21. num. 53. vers. dixi etiam.* Diana. Henriq. D. Thom. Reginald. Nauar.

Dub. 21. Quid si in tali casu, vnum horologium

ſonuerit mediam noctem, aliud verò non.

Reſpondeo adhuc affirmatiuè, quia horologia ſe habent, vt opiniones probabiles, quarum vna, altera relicta, tuta conſcientia ſequi poteſt; idquè procedit etiam ſi Sacerdos primo horologio pulſanti adhærere ſe determinauerit, quod ſanè in opinionibus eligendis fieri poteſt; verùm hoc intelligitur, modo horologia communiter pro fidelibus habeātur, & prętereà, modo dato primo pulſu medię noctis, nihil amplius comedat, & ſi fortè buccellam actu in ore maſtiget, ſtatim illam expuat, quia dato primo pulſu, hora eſt expleta, ac proinde media nox tranſacta; Niſi fortè alteri horologio, tertiò pulſati, adhærere vellet, quod in opinionibus eligendis, vt mox diximus præſtari licitè poteſt, quia dum media nox ſimpliciter, & abſolutè, præſcriptis ſcilicet omnibus horologijs, nondum eſt tranſacta, illa electio horologij, quæ ſe habet, vt electio opinionis probabilis, nondum cenſetur exequutioni mandata, & cōſequenter adhuc mutari poteſt, vſque dum omnia horologia pulſare deſinant. *Megal. in prompt. v. dies.*

Megal.

Quod ſi quæras, quare conceſſio ſacrum faciendi in nocte Natiuitatis Domini non habeat latitudinem, ita vt Sacerdos, qui paulò ante mediā noctem celebrat, vel celebrationem inchoat, mortaliter peccet, & tamen conceſsio celebrandi ab Aurora vſque ad meridiem habet latitudinem, ita vt poſsit quis citra mortale paulò ante Auroram, puta vnius quadrantis ſpatio cum dimidio incipere ſacrum, & ante meridiem, ita illud incipere, vt nullū peccatum cōmittat paulò poſt meridiem, ideſt per quadrantem cum dimidio illud abſoluere, prout

te-

tenent Doctores apud Petrum Anellum Persicum *de officio Sacerd. lib.* 1. *cap.* 4. *dub.* 13. *num.* 109. & sunt Sotus, Azor, Fagundez, & alij, & tamen, nec ante Auroram, nec post meridiem de iure, & consequenter absque peccato celebrari potest, prout patet ex Bulla Pij V. edita super Missale Romanum, eiusdéq; Rubricis *tit.* 15. ibi enim habetur, nè sacrum fiat, nisi ab Aurora vsque ad meridiem, idquè confirmatur etiam ex Cõcilio Tridẽtino *sess.* 22. sub titulo De obseruãdis in celebratione missę, posito post canonem 9. vbi habetur, quod Sacerdotes caueãt celebrare alio tempore, quam debitis horis, & ex Concilio Toletano citato à Persico *dicto cap.* 4. *dub.* 17. *num.* 141. vbi asseritur, quod nullus ante Auroram, aut post meridiẽ celebret; ergo sicut non obstante quod ante Auroram, & post meridiem celebrari non possit, paulò ante eiusmodi tempus, citra culpam celebrari queit, ita etiam dicendum videtur, quod licet in nocte Natiuitatis Domini ante mediam noctem celebrare prohibitum sit, tamen paulò antè mediam noctem, saltem in casu, quo Sacerdos celebraturus nihil die antecedẽti, puta in Vigilia Natiuitatis comederit, ita vt ieiunus pro missa celebranda inueniatur, absque vllo peccato sacrum fieri possit; nam Respondeo, quod in computatione Auroręseu meridiei, magis vel minus, ante vel post, nõ variat Auroræ, & meridiei computationem, & statum, & ideò, qui paulò antè auroram celebrat, adhuc in aurora, & tempore non prohibito celebrare dicitur, & qui paulò post meridiem missam absoluit, adhuc in meridie, & tempore debito sacrificium absoluere reputatur; At verò in computatione termini, in quo

Persicus.

Pius V.

Conc. Tri.

Persic.

incipit dies naturalis, qui est à media nocte citra diei antecedentis, magis vel minus, variat moraliter loquendo, & secundum communem hominum existimationem diei naturalis inceptionem, ideoq; huius termini inceptio, indiuisibilem computationẽ habet, ita vt qui paulò antè talis termini inceptionem, in quo dies naturalis ortum habet, & incipit, celebrat, in illo die, qui à media nocte citra incipit, neutiquã celebrare dicitur, sed dicitur celebrare in quadam parte temporis diei præcedentis, cum dies naturalis incipiat indiuisibiliter secundũ omnium existimationem à media nocte citra diei præcedentis, non verò ante mediam noctem; quæcunq; enim temporis pars ante talem mediam noctem, est pars diei præcedentis, non verò subsequentis; ergo cum in die solum Natalis Domini, computando nimirum à media nocte citra diei præcedentis diem Natalis, vsque ad meridiem illiusmet diei inclusiuè cõcessum sit plures missas facere, fit, quod qui paulò ante mediam noctem diei Natiuitatis Domini sacrũ facit, vel illud incipit, non dicatur sacrum facere, vel illud incipere in die Natalis Christi Domini, sed supra meridiem diei præcentis .s. Vigiliæ Natiuitatis; in quo sanè die, & in omnibus alijs, ex iuribus supra adductis sacrum facere, vel incipere tali hora, & tempore est prohibitum, & consequenter lætale id agere; quippe quia eiusmodi prohibitio est in re graui, vtpotè in materia, quæ ab Ecclesia plurimi fit, in eaquè fidelium conscientiæ rigorosè procedunt. Et si qui paulò antè mediam noctẽ Natalis Domini celebrat, & in die Vigiliæ aliquid comederit, cum (vt supra probatum est) dicatur sa-

crum

crum facere, vel illud incipere, non in die Natalis Domini, sed in parte diei præcedentis, nimirum Vigiliæ Natiuitatis, consequenter dicitur missam incipere, vel dicere nō ieiunus, quod est peccatum contra Ecclesiæ prohibitionem, contentam in capitulo *Nihil*, 7.*q*.1.& in capitulo *ex parte, de celebratione missarum*, & in Concilio Carthaginensi, Africano, Toletano, Antisiodorensi, & Matisconensi adductis à Layman *lib*.5.*tract*.4.*de Eucharistia, cap*. 6.*nu*.17. sicquè Sacerdos paulò ante mediam noctem Natiuitatis Domini non ieiunus celebrando, duplex peccatum committit, & nimirum contra iura supra allata de non celebrando post meridiem, & contra hos vltimos Canones, & Conciliorum prohibitionem de non celebrando non ieiunus; Et ex his omnibus patet, quare paulò antè auroram missas incipere, & paulò post meridiem eas absoluere non sit peccatum, idquè licitè fieri queat, & paulò antè mediam noctem Natiuitatis Domini celebrari, vel sacrum incipi absque peccato nequeat. *Sanchez de matrim.tom*.1.*lib*.2.*disp*.41.*num*.4. *Villalobos ex parte in summ.tom*.1.*tract*.1.*difficult*.21.*nu*.7.*Sancius in selectis, disp*.42.*num*.18.19.& 20.*Garsias de benef*.1.*tom.p*.5.*cap*.1.*à num*.524.

Laym. Sanch. Villalob. Sancius. Garf.

Dub.22. An qui Eucharistiam recipit in mortali, & statim conteritur, illius effectum tunc verè recipiat.

Respondeo affirmatiuè, si Eucharistiam, non ante, sed post contritionem in stomachum traijciat, etiam si postea casu statim illam euomat, quia hoc Sacramentum in ipsa actuali manducatione, & sumptione suum præstat effectū, vt ex ipsis verbis Do-

mini

incipit dies naturalis, qui est à media nocte citra diei antecedentis, magis vel minus, variat moraliter loquendo, & secundum communem hominum existimationem diei naturalis inceptionem, ideoq; huius termini inceptio, indiuisibilem computationē habet, ita vt qui paulò antè talis termini inceptionem, in quo dies naturalis ortum habet, & incipit, celebrat, in illo die, qui à media nocte citra incipit, neutiquā celebrare dicitur, sed dicitur celebrare in quadam parte temporis diei præcedentis, cum dies naturalis incipiat indiuisibiliter secundū omnium existimationem à media nocte citra diei præcedentis, non verò ante mediam noctem; quæcunq; enim temporis pars ante talem mediam noctem, est pars diei præcedentis, non verò subsequentis; ergo cum in die solum Natalis Domini, computando nimirum à media nocte citra diei præcedentis diem Natalis, vsque ad meridiem illiusmet diei inclusiuè cōcessum sit plures missas facere, fit, quod qui paulò ante mediam noctem diei Natiuitatis Domini sacrū facit, vel illud incipit, non dicatur sacrum facere, vel illud incipere in die Natalis Christi Domini, sed supra meridiem diei præcentis .s. Vigiliæ Natiuitatis; in quo sanè die, & in omnibus alijs, ex iuribus supra adductis sacrum facere, vel incipere tali hora, & tempore est prohibitum, & consequenter lætale id agere; quippe quia eiusmodi prohibitio est in re graui, vtpotè in materia, quæ ab Ecclesia plurimi fit, in eaquè fidelium conscientiæ rigorosè procedunt; Et si qui paulò ante mediam noctē Natalis Domini celebrat, & in die Vigiliæ aliquid comederit, cum (vt supra probatum est) dicatur sa-

crum

crum facere, vel illud incipere, non in die Natalis Domini, sed in parte diei præcedentis, nimirum Vigiliæ Natiuitatis, consequenter dicitur missam incipere, vel dicere nõ ieiunus, quod est peccatum contra Ecclesiæ prohibitionem, contentam in capitulo *Nihil*, 7.*q*.1.& in capitulo *ex parte, de celebratione missarum*, & in Concilio Carthaginensi, Africano, Toletano, Antisiodorensi, & Matisconensi adductis à Layman *lib*.5.*tract*.4.*de Eucharistia, cap*. 6.*nu*.17. sicquè Sacerdos paulò ante mediam noctem Natiuitatis Domini non ieiunus celebrando, duplex peccatum committit, & nimirum contra iura supra allata de non celebrando post meridiem, & contra hos vltimos Canones, & Conciliorum prohibitionem de non celebrando non ieiunus; Et ex his omnibus patet, quare paulò antè auroram missas incipere, & paulò post meridiem eas absoluere non sit peccatum, idquè licitè fieri queat, & paulò antè mediam noctem Natiuitatis Domini celebrari, vel sacrum incipi absque peccato nequeat. *Sanchez de matrim. tom*.1.*lib*.2.*disp*.41.*num*.4. *Villalobos ex parte in summ. tom*.1.*tract*.1.*difficult*.21.*nu*.7. *Sancius in selectis, disp*.42.*num*.18.19.& 20. *Garsias de benef*.1.*tom. p*.5.*cap*.1.*à num*.524. Laym. Sanch. Villalob. Sancius. Garſ.

Dub.22. An qui Eucharistiam recipit in mortali, & statim conteritur, illius effectum tunc verè recipiat.

Respondeo affirmatiuè, si Eucharistiam, non ante, sed post contritionem in stomachum traijciat, etiam si postea casu statim illam euomat, quia hoc Sacramentum in ipsa actuali manducatione, & sumptione suum præstat effectũ, vt ex ipsis verbis Do-

mini

Ioan.6. vers.51. & 53.

mini *Ioan.6.*ibi, *si quis manducauerit ex hoc pane*, & ibi, *nisi manducaueritis carnem filij hominis,&c.*patet, sed in hoc casu talis verè dispositus, nimirùm cum contritione Sacramentum manducare, ac sumere dicitur, ergo illius etiam verè sortitur effectum. *Reginald.lib.29.num.140.Caiet.3.p.q.79.art.1.Suar.in 3.p.q.79.disp.63.sect.5.fine, Fagundez de præcept. Eccles.præcept.3.lib.4.cap.1.num.3.cum Henriq.Suar.Ledesm.Victoria*,& alijs apud ipsum.

Reginald. Caiet. Suarez. Fagund. Henriq. Suar. Ledesm. Victor.

Dub.23. An idem etiam dici possit, si actus contritionis eliciatur, postquam Eucharistia in stomachum descendit.

Respondeo negatiuè, nam quando suppletur dispositio, Sacramentum amplius manducari, ac sumi dici non potest, & consequenter nec suum tribuere potest effectum, ratione qua supra dubio pręcedenti. *Filiuc.tract.4.cap.6.nu.145.Bonac.de Eucharistia, disp.4.q.5.pun.2.num.4.*

Filiuc. Bonac.

Dub.24. Si quis mox Eucharistiam sumpturus, in circulo de aliquo mortali recordetur, & absque infamiæ nota, puta sui peccati suspicione, nullo modo confessionem præmittere, nec vllam tergiuersationem inuenire valeat, aduertatquè, se non esse contritum, an citra mortale communicare possit.

Respondeo, quòd pręterquàm quod, se non esse contritum certò cognoscere posse non puto, tamen dato quod ita sit, id absq; vllo peccato fieri potest; nam quando concurrunt duo præcepta eiusdem rationis, illud seruandum, quo seruato minora incommoda sequuntur, ac seruato altero, de duobus enim malis minus eligendum *cap.duo mala*, 13.*cap.Nerui*, 13.*Aristoteles*, 2.*Ethicorum*, *cap.*9.quare, quamuis sit

Aristot.

de

de iure diuino euitare irreuerentiam Sacramenti, illudquè in mortali nequaquam recipere, cum sancta, sanctè tractanda sint, & de iure etiam diuino sit euitare scandalum proximi ex illo *Matth.* 18. nimirùm astantium, qui temerè aliquid de illo, qui à circulo discederet, suspicari possent, tamen minora mala ex talis scandali deuitatione sequerentur, quam cum peccato communicare, quia in primo casu plura proximi peccata vitarentur, in secundo verò non nisi vnũ, quod profectò, neque esset peccatum, nisi materialiter tantùm, nam cùm assumeretur tanquam medium ad assequendum aliquod bonum, nimirum ad euitandũ maius malum, & media specificentur à fine, ipsum esset etiam bonum, & materialiter tantùm malum, vt elegãter suo more asserit Sanchez *in sum. lib.* 1. *cap.* 10. *num.* 16. *fine, cum Vasquez, Metina, Azorio, &c.* idquè euidenti paritate patet; nam idem peccatum est, & eiusdẽ speciei, Sacramenta subiecto incapaci, & indigno exhibere, quàm subiectum incapax illa recipere, cum in vtroque casu sancta, non sanctè tractentur; ergo sicut Sacerdos ad scandalum vitandum, existenti in peccato mortali, & Eucharistiam publicè petenti, illam ex communi Doctorum sententia citrà mortale exhibere potest, ita etiam existens in peccato mortali, ad euitandum scandalum, illam etiam citrà mortale recipere poterit. *Ex Sancio in selectis, in simili, disp.* 8. *num.* 11. *vers. senserunt Auctores, Nauarr. cap.* 21. *nu.* 49. *& apud illum Scotus, & Syluester.* Hãc sententiam tenet expresse Lugo *de Sacramentis in communi, disp.* 9. *sect. prima, nu.* 8. *Vasquez tom.* 3. *disp.* 207. *de Eucharistia, cap.* 1. *num.* 3. *&* 4. *Diana* 4. *par.*

Sanch. Vasq. Met. Azor.

Sancius. Nauar. Scotus. Sylu. Lugo. Vasq. Diana.

tract.

Ioan.6. vers.51. & 53. mini *Ioan.6.* ibi, *si quis manducauerit ex hoc pane*, & ibi, *nisi manducaueritis carnem filij hominis, &c.* patet, sed in hoc casu talis verè dispositus, nimirùm cum contritione Sacramentum manducare, ac sumere dicitur, ergo illius etiam verè sortitur effectum. *Reginald. lib. 29. num. 140. Caiet. 3. p. q. 79. art. 1. Suar. in 3. p. q. 79. disp. 63. sect. 5. fine, Fagundez de præcept. Eccles. præcept. 3. lib. 4. cap. 1. num. 3. cum Henriq. Suar. Ledesm. Victoria*, & alijs apud ipsum.

Reginald. Caiet. Suarez. Fagund. Henriq. Suar. Ledesm. Victor.

Dub. 23. An idem etiam dici possit, si actus contritionis eliciatur, postquam Eucharistia in stomachum descendit.

Respondeo negatiuè, nam quando suppletur dispositio, Sacramentum amplius manducari, ac sumi dici non potest, & consequenter nec suum tribuere potest effectum, ratione qua supra dubio prçcedenti. *Filiuc. tract. 4. cap. 6. nu. 145. Bonac. de Eucharistia, disp. 4. q. 5. pun. 2. num. 4.*

Filiuc. Bonac.

Dub. 24. *S*i quis mox Eucharistiam sumpturus, in circulo de aliquo mortali recordetur, & absque infamiæ nota, puta sui peccati suspicione, nullo modo confessionem præmittere, nec vllam tergiuersationem inuenire valeat, aduertatquè, se non esse contritum, an citra mortale communicare possit.

Respondeo, quòd prçterquàm quod, se non esse contritum certò cognoscere posse non puto, tamen dato quod ita sit, id absq; vllo peccato fieri potest; nam quando concurrunt duo præcepta eiusdem rationis, illud seruandum, quo seruato minora incommoda sequuntur, ac seruato altero, de duobus enim malis minus eligendum. *cap. duo mala, 13. cap. Nerui, 13. Aristoteles, 2. Ethicorum, cap. 9.* quare, quamuis sit

Aristot.

de

de iure diuino euitare irreuerentiam Sacramenti, illudquè in mortali nequaquam recipere, cum sancta, sanctè tractanda sint, & de iure etiam diuino sit euitare scandalum proximi ex illo *Matth.* 18. nimirùm astantium, qui temerè aliquid de illo, qui à circulo discederet, suspicari possent, tamen minora mala ex talis scandali deuitatione sequerentur, quam cum peccato communicare, quia in primo casu plura proximi peccata vitarentur, in secundo verò non nisi vnū, quod profectò, neque esset peccatum, nisi materialiter tantùm, nam cùm assumeretur tanquam medium ad assequendum aliquod bonum, nimirum ad euitandū maius malum, & media specificentur à fine, ipsum esset etiam bonum, & materialiter tantùm malum, vt elegāter suo more asserit Sanchez *in sum. lib.* 1. *cap.* 10. *num.* 16. *fine, cum Vasquez, Metina. Azorio, &c.* idquè euidenti paritate patet; nam idem peccatum est, & eiusdē speciei, Sacramenta subiecto incapaci, & indigno exhibere, quàm subiectum incapax illa recipere, cum in vtroque casu sancta, non sanctè tractentur; ergo sicut Sacerdos ad scandalum vitandum, existenti in peccato mortali, & Eucharistiam publicè petenti, illam ex communi Doctorum sententia citrà mortale exhibere potest, ita etiam existens in peccato mortali, ad euitandum scandalum, illam etiam citrà mortale recipere poterit. *Ex Sancio in selectis, in simili, disp.* 8. *num.* 11. *vers. senserunt Auctores, Nauarr. cap.* 21. *nu.* 49. *& apud illum Scotus, & Syluester.* Hāc sententiam tenet expresse Lugo *de Sacramentis in communi, disp.* 9. *sect. prima, nu.* 8. *Vasquez tom.* 3. *disp.* 207. *de Eucharistia, cap.* 1. *num.* 3. *&* 4. *Diana* 4. *par.*

Sanch. Vasq. Met. Azor.

Sancius. Nauar. Scotus. Sylu. Lugo. Vasq. Diana.

Hurtad. Petr. de Ochagau.

tract. 4. resolut. 98. cum Hurtado, & Petro de Ochagauia.

Dub. 25. An Regulares in die Paschatis, Peregrinos, & viatores in suis Ecclesijs absque Parochi loci consensu, & excommunicationis in Clementina *Religiosi, de priuilegijs* contentæ incursu communicare possint, ita tamen, vt præcepto annualis cõmunionis ipsi per hoc verè satisfaciant.

Respondeo, ita sanè asserere Fagundez *de precep. Ecclesiæ*, cum multis alijs vt infrà, & accedit ratio; nam Parochi dare possunt licentiam suis subditis, vt in die Paschatis Eucharistiam à Regularibus sumant, vt multoties per schedulas, & oretenus commissum mihi fuit, dum eram Nuceriæ Paganorum in Monasterio Sancti Ioannis Baptistæ de familia, sed qui peregrinantur, ex consuetudine licentiam tacitam saltem habent sumendi in itinere Sacramẽta vbicunque placuerit; ergo, cum hoc ad Presbyteros seculares minimè restringatur, & alioqui hæc licentia, fauor quidam sit, & in nullius præiudicium resultet, id licitè Peregrini in Ecclesijs Regularium præstare poterunt; non enim cedit in præiudicium Parochi ipsorum Peregrinorum, quia cùm præfatæ Clementinæ prohibitio in fauorem Parochorum respectu suorum subditorũ facta sit, huiusmodi Parochi per hanc licentiam suo fauori cessisse cẽsentur; nec prætereà cedit in præiudicium Parochi illius loci, vbi pro tunc Peregrini inueniuntur; nam sicut Religiosi in vna Diœcesi, ex speciali commissione proprij Parochi alterius Diœcesis, eius Parochianum cum schedula accedentem, in die Paschatis communicare possunt, ita etiam cum licentia

ge-

generali supra explicata id poterunt. *Fagundez de precept. Eccles. precept.* 3. *lib.* 1. *cap.* 5. *num.* 10. *& lib.* 3. *cap.* 2. *num.* 22. quod idem etiam asserit de vagabũdis; verùm id ego non affirmo, quia cum isti nullum determinatum Parochum habeant, de iure illi Parocho plenè subdi censentur, vbi pro tunc actu inueniuntur, faciente præsertim ad hoc declaratione Sacræ Congregationis allata ab ipsomet Fagũdez *cap.* 5. *num.* 7. mox citato; Idem tenent etiam Henriquez *tom.* 2. *lib.* 8. *de Eucharistia, cap.* 55. *nu.* 1. *Rodriquez tom.* 1. *qq. Regul. q.* 65. *art.* 3. *Diana par. prima, tract.* 10. *resol.* 15. *vers. secunda opinio, Sanchez de matrim. tom.* 1. *lib.* 3. *disp.* 23. *num.* 17. Fagund. Henriq. Rodriq. Diana. Sanch.

Dub. 26. An Sacerdos in mortali existens, nec confessionem præmittere, nec ad contritionem se excitare valens, absque peccato Sacramẽta necessitatis, puta baptismi, & pœnitentiæ infirmis administrare possit.

Respondeo affirmatiuè, si pro tunc alius Sacerdos, qui hoc sine peccato agere queat, illic non inueniatur, & alioqui periculum sit in mora; quia quãdo concurrũt duo præcepta eiusdem ordinis, illud, quod ad perfectiorem virtutem pertinet, obseruari debet, vt optimè Sanchez *in sum. lib.* 1. *cap.* 10. *num.* 17. quare, quamuis virtus Religionis communiter loquendo præstantior sit virtute charitatis, ex eo quia illa pręcipit actus immediatè Deum attingẽtes, hæc verò immediatè proximum respicientes, tamen quando virtus Religionis præcipit actus magnam misericordiam, pietatem, ac proximi charitatem inuoluentes, cuiusmodi sunt horum Sacramẽtorum administrationes in his circumstantijs, præ- Sanch.

stantior est apud Deum ipsa charitas erga proximũ ad salutem simpliciter necessaria, quàm actus virtutis Religionis, idest ille cultus diuinus exterior, qui in Sacramentorum administratione consistit, teste Diuo Thoma 2.2.*q*.30.*art*.4.*ad* 1. ergo, cum in hoc casu præstantior censeatur charitas erga proximũ, ei scilicet hæc Sacramenta ministrando, quam ille cultus diuinus per huiusmodi Sacramentorum exhibitionem exercitus, consequenter præceptum charitatis potius in hoc casu præcedere debet, & talia Sacramenta infirmis impertiri, quam pręceptũ Religionis de tali cultu sine peccato exercendo, idest de Sacramẽtis sine culpa administrãdis seruari. Et ratio huius rei adhuc à priori est, quia, dum agitur de salute animæ fidelibus necessaria, Deus ob suam magnam misericordiam cedit iuri suo de reuerentia sibi seruanda, quia si cessit, vitæ, & mortem pertulit pro hominibus à Dęmonis seruitute redimendis, idquè pro vno tantum homine saluando etiam pertulisset, ita etiam supponi debet cedere reuerentiæ sibi debitæ, ad hoc, vt homo saluetur, atque adeò, cum in casu nostro agatur de vitando periculo æternæ damnationis alicuius Christiani, Deus cedit iuri suo de reuerentia sibi in Sacramẽtorum administratione seruanda, dum per illorum collationem, dictum periculum vitari potest, ita vt non censeatur Deus imputare ad peccatum Sacerdoti existenti in mortali, cuius confessionem, nec præmittere, nec illud cõfiteri posse aduertit, si Sacramenta in Sacerdotum, qui id ritè agant defectũ, in mortali, & non cum debita reuerentia, quæ cultui diuino, atque adeo ipsi Deo debetur (nam san-

D. Thom.

cta,

cta, ideſt Sacramenta, ſanctè tractanda ſunt, ideſt in mortali non confici, ſeu alijs conferri, vt habetur ex illo Matthęi 7. verſ. 6.) vt præfatum periculũ æternæ damnationis proximi vitet, miniſtret. *Sancius in ſelectis, diſp.* 8. *num.* 11. *verſ. ſenſerunt Auctores, & verſu poſtquam igitur, cum Vaſquez de Sacram. diſp.* 136. *cap.* 3. *num.* 40. *& opuſc. de ſcandalo, dub. vlt. num.* 60. *Coninc. quæſt.* 64. *art.* 6. *num.* 22. *Hurtado de Euchariſtia, diſp.* 9. *difficult.* 9. *item Reginaldus, lib.* 26. *num.* 57. *lit.* C. Secus verò dic, ſi adeſſet alius Sacerdos, qui abſque peccato id exequi poſſet, vel ſi periculum non eſſet in mora, tunc enim præcepta impoſſibiliter ſimul non concurrerent, ac proindè Sacerdos, qui præceptum illud de non adminiſtrando Sacramenta in mortali non ſeruaret, lætalis culpæ reus eſſet, quandoquidem tranſgreſſio eſſet vitabilis, illamquè voluntariè non vitaret.

Matth. 7. verſ. 6. Sancius. Vaſq. Coninc. Hurtado. Regin.

Dub. 27. An id, quod de his duobus Sacramentis dictum eſt, nimirùm, quòd in neceſſitate Sacerdos lætali culpa fœdatus, citrà mortale illa adminiſtrare poſſit, de alijs etiam Sacramentis procedere queat.

Reſpondeo negatiuè, quia alia Sacramenta non ſunt ſimpliciter neceſſaria ad ſalutem, cùm quis ſine illis adhuc ſaluari poſſit, & conſequenter in his Sacramentis non procedit illa ratio de duobus Sacramentis, dubio præcedenti aſſignata; nàm charitas, quæ in horum Sacramentorum adminiſtratione oſtenditur, non eſt ſumma charitas, qua ſcilicet proximus ſimpliciter, & abſolutè indigeat, ac ab æterno damnationis periculo liberetur, Deoquè animæ lucrentur, quia hic eſt ille amor erga proximum,

quem Deus tanti facit, ac præstantior est virtute Religionis, vt dubio præcedenti diximus; ex quo principio, dum simul concurrunt, huic virtuti, amor ille præcedit, & Sacramenta in necessitate, à Sacerdote peccatore licitè administrari possunt, non obstante, quòd virtus Religionis ex se contrariū præcipiat, nè scilicet Sacramenta à ministro labe fœdato administrentur; Ridiculum enim esset dicere, omnem actum charitatis, vt sic, quicunque ille sit, circà proximum exhibitū, Deum pluris facere, quā actum Religionis, seu sacrificium ipsum, vt loquitur
S.Thom. Sanctus Thomas dubio præcedenti citatus. Et quāuis id de Sacramento Eucharistiæ tantùm affirmari
Ioan.6. vers. 53. posse videatur, per illud *Ioan.6. Nisi manducaueritis, &c.* ibi, *non habebitis vitam, &c.* tamen locus iste intelligitur, cùm quis licitam vndequaque illud suscipiendi opportunitatem habet, & voluntariè id præstare omittit, vt dicemus dubio sequenti 28. non verò quod sit simpliciter necessarium ad salutem; Vide etiam supra dubio 6. Nec obstat, quod cùm virtus Religionis de non administrando Sacramenta fœdatus, concurrat cum virtute obedientiæ de Eucharistia semel in vita, vel in anno, &c. sumenda, hęc
15 Reg.15 vtpotè illa præstantior ex illo 15. *Regum* 15. *Melior enim est obedientia, quàm victima,* præcedere debet, id enim intelligitur de obedientia, quæ Deo placeat, cuiusmodi non est illa, quæ fit in rebus non necessarijs, cum alterius offensione virtutis, vt accidit in casu nostro; & patet de eo, qui furari non potest, vt proximo non multum indigenti succurrat, qui aliàs posset, si proximus extrema necessitate laboraret.

Dub.

Dub. 28. An cum necessitas vrget, & periculum est in mora, Sacerdos sine solemnitatibus ab Ecclesia requisitis, hoc Sacramentum administrare possit, puta sine luminaribus, sine superpelliceo, sine stola, possit festinare, & currere, etiam si pro fatuo propter hoc à circumstantibus habeatur.

Respondeo, quod attinet ad solemnitates, si infirmus Eucharistiam sumere debet, vt præcepto diuino de communicando semel in vita satisfaciat, cui scilicet nondum satisfecerit, & debitam ætatem habeat, id fieri posse puto; nam huiusmodi solemnitates adhibere, est de iure Ecclesiastico, quod iuri diuino minimè præcedit. Si autem infirmus semel in vita communicauerit, cum Sacerdos sine dictis solemnitatibus communicare non potest, quia cum infirmus ex Ecclesiæ obseruantia, atque adeò de iure positiuo, vt supra dubio 1. dictũ fuit, in articulo mortis communicare teneatur, & alioqui de iure etiam positiuo sit, vt patet ex Rituali Romano *in tit. De communione infirmorum*, Eucharistiam infirmis cũ dictis solemnitatibus administrare, fit quod nunquam supponi debeat ius positiuum in ea parte, in qua infirmum in articulo mortis communicare pręcipit, intendere, eiusmodi Sacramentum infirmis administrari debere, si in eo administrando dictæ solemnitates adhiberi non possint, nè sibi dictũ ius contrarium videatur; quamobrem tale ius in his circumstantijs, infirmum ab Eucharistię receptione, eiusquè ministros ab illius administratione deobligare videtur. Quod verò attinet ad id, si propter hoc Sacerdos pro fatuo habeatur, hoc præstari posse non censeo; nam charitas non obligat ad alteri

sub-

subueniendum cum dispendio propriæ existimationis, sicut nec etiam vitæ, nisi proximus sit in extrema necessitate constitutus, qui aliàs minimè saluaretur, vt in sequenti casu dicemus; infirmus autem, licet de iure diuino tale Sacramētum, saltem semel in vita, suscipere teneatur, tamen id non est simpliciter, & absolutè ad salutem necessarium, cum sine illo adhuc quis saluari possit, vt patet in illis, qui præfatum Sacramentum sumendi opportunitatem non habent, & qui vomitum patiuntur, & communicare nequeunt. *Barbos. de potest. Parochi, cap. 20. nu. 46. Posseu. cap. 5. n. 37.*

Barbos.
Posseuin.

Dub. 29. An in mortis articulo publicus peccator, confessionem petens, si Sacerdos absit, illum Diaconus citra mortale communicare possit.

*R*espondeo affirmatiuè, immò ad hoc sub mortali tenetur ex præcepto naturali diuino, nimirùm charitatis, ex eo quia per exhibitionem huius Sacramēti, talis peccator saluari potest, qui aliàs minimè saluaretur; nam ille dolor, quem confessionem petēdo de peccatis ostendit, licet fortè sit imperfectus, puta si sit attritio, ac proinde insufficiens pro Sacramēto Eucharistiæ dispositio, ad quod, cum sit Sacramētum viuorum, debet peccator accedere viuus vita spirituali, idest iustificatus, vel per pœnitentiam, vel p contritionem cum copia Confessarij deest; tamen hoc Sacramentum per accidens bona fide cum attritione susceptum, suscipienti gratiam cōfert, ac illi peccata dimittit, & eum reddit de attrito contritum; tum quia ex alia parte tēpore necessitatis, Diaconus est sufficiens minister huius Sacramenti; tùm quia in tali tempore, cùm copia Confessarij deest,

non

non necessariò requiritur peccatorum cõfessio, sed cum sola contritione, vel cum attritione, putata cõtritione, hoc Sacramentum suscipi potest, prout patet ex Tridẽtino *sess. 13. cap. 7. de Eucharistia*, ibi, *modo non desit copia Confessarij*, idquè asserunt etiã Doctores relati ibi à Barbosa *in collectaneis, n. 8.* Verùm tamen est, id citra mortale fieri non posse, cùm infirmus doctus est, ac se contritum non esse cognoscit, nam ad tale Sacramentum cum obice, & non probatus, idest per contritionem, vel confessionem iustificatus, ad quod sub mortali de iure diuino, ex illo 1. *Corinth.* 11. *Probet autem seipsum homo*, & de iure Ecclesiastico ex Tridentino mox citato tenetur, accedit. *Syluest. verb. Eucharistia, 3. num. 7. Regin. lib. 29. num. 79. & 109. vers. vnde sequitur, Bonac. de Eucharistia, disp. 4. quæst. 6. puncto 1. num. 21. 32. & 42. Filiuc. tract. 4. cap. 8. num. 219. & 220. Diana 3. par. tract. 6. resol. 98. vers. ex his.* Trid. Barbos. 1. Cor. 11. Sylu. Reginald. Bonac. Filiuc Diana.

Dub. 30. Quid si dubitetur, an infirmus, absente Sacerdote contritionem habeat, potest ne communicare, & ad id Diaconus sub graui obligatione teneatur?

Respondeo affirmatiuè, si infirmus sit rudis, nam eo ipso, quod rudis tali administrationi quiescit, se bona fide dispositum pro Sacramenti sumptione existimat, & sic eius dolor, & si sit attritio, est tamen reputata contritio, ac sufficiens pro fructu huius Sacramenti dispositio, prout dubio præcedẽti dictum fuit; si vero infirmus sit persona docta, & de sui dispositione dubitet, communicari non potest, quia se exponit periculo recipiendi indignè hoc Sacramẽtum, & minister sic etiam illud administrãdi, ex quo

vterque sacrilegium committit, sed alio modo tunc infirmus ad contritionem excitari debet. *Bonac. de Eucharistia, disp. 4. q. 6. punct. 2. num. 42. cum Syluest. Reginald. &c.*

Bonac. Sylu. Reginald.

Dub. 31. An Regulares in die Paschatis, vel in articulo mortis communicare possint seculares suis Monasterijs inseruientes, ac continuos eorum commensales.

Respondeo affirmatiuè, prout diximus supra in simili in Additione ad Practicã 4. de Sacramentali Confessione dub. 22. cum Diana, Portel. &c. quibus adde Barbosã, *ex Bonac. de offic. Parochi, cap. 20. n. 12. ante vers. animaduertant. idem Dian. 5. par. tract. 3. resol.* 52.

Diana. Portel. Barbos. Bonac.

Dub. 32. An præter gratiæ augumentum, alios etiam effectus hoc Sacramentum suscipienti conferat.

Respondeo affirmatiuè, & quidem hi sunt. Primo à mortalibus præseruare, ac etiam venialia, si de illis complacentia desit, tollere. Secundo auxilium ad rectè operandum, ad temperandum fomitem peccati, & ad tentationes repellendas, vltro præbere. Tertio susceptorem spiritualiter cum Christo vnire. Quarto primam gratiam, idest peccata mortalia, per accidens bona fide, prout supra dubio 29. dictũ fuit, ad illud accedenti dimittere. Quinto pœnam temporalem peccatis in Purgatorio debitam, iuxta suscipientis dispositionem auferre, & per species sacramentales corpus quoque nutrire, de quo *Reginald. lib. 29. cap. 8. Filiuc. tract. 4. cap. 6. Bonacin. de Eucharistia, disp. 4. q. 4. punct. 1. Pesantius in 3. par. D. Thom. q. 77. disp. 2. art. 6. concl. prima, Tolet. lib. 2. c. 29.*

Reginald. Filiuc. Bonac. Pesant. D. Thom. Tolet.

Fa-

Fagund. precepto 3. Ecclesiæ, lib. 4. cap. 2. ex Tridentino sess. 13. cap. 2. & ex D. Thom. 3. par. quæst. 79. art. 1. 2. 3. 4. 5. 6. & 8. & q. 77. art. 6. item Barthol. ab Angelo. Suarez, Syluest. Viuald. Coninc. Ledesm. & alij apud ipsos.

Fagund. Trid. D. Thom. Bart. ab Angel. Suar. Sylu. Viuald. Coninc. Ledesm.

Dub. 33. An, nõ solum damnatis ad mortem Eucharistia antequam suspendantur, seu decollentur duarum circiter horarum spatio prius absque scrupulo etiam per modum viatici, & non ieiunis, cum illorum aliquem sic communicare oporteret, dari queat, sed etiam sub mortali hoc Iudices concedere teneantur.

Respondeo affirmatiuè, quod quidem patet, et ratione, & auctoritate; ratione quidem, quia sicut Iudices sęculares mortaliter peccarent prohibẽdo, nè infirmus in carceribus, vel extra carceres constitutus communicaretur, priuando fideles effectibus tanti Sacramenti pro articulo mortis, ad quod petendum ius habent, ita etiam mortaliter peccant impediendo morti adiudicatum, ne sacra synaxi antequam mortis sententia executioni mandetur, reficiatur, cum eadem ratio sit de damnatis ad mortem, ac de infirmis; quippe quia iisdem spiritualibus auxilijs per Eucharistiam conferendis, morte violenta, ac naturali moriẽdus indiget, & adea pro tũc petẽda, sibiq; per ministrũ mediate subministranda ambo ius habent; & alioqui illa irreuerẽtia, quæ apparet, ꝙ in hoc casu Eucharistiæ Sacramento infertur, cõmunicando scilicet eũ, qui breui suspendendus, decollandus, &c. esset, tolleretur, seu vitaretur per hoc, quod morti adiudicatus, tãto tẽporis spatio prius cõmunicaretur, ad hoc vt Sacramenti species

digestæ pro tunc cum mortis sententia exequitur, inuenirentur, ita vt Eucharistiæ Sacramẽtum adhuc in stomacho suspendendi, seu decollandi, cum hi actu mortem subeunt, existere, supponi neutiquam posset.

An autem, vbi adest Synodalis Cõstitutio, quod morti adiudicatus, nisi sit ieiunus non communicetur, & Rex, Prorex, Potestas, vel supremus Iudex in aliquo repentino incidenti, Reum de serò, & consequenter non ieiunum suspendi præcipiat, tunc talis Constitutio seruari debeat, & Reum non communicare, certè id dici non potest; nulla enim lex censetur obligare tunc, cũ illam seruare esset mortale; quippe quia omnis lex ad morum directionem instituitur; mores antẽ, regula, seu lege, Dei offensã cõtinente, dirigendi nõ sunt; Quare talis Constitutio pro tũc vigere intelligeretur cũ seruari posset .s. Reum antequam mortis sententia exequatur, ieiunũ communicare, non autem quando seruari nõ posset, quia si adhuc tunc talis Constitutio locum haberet, esset contra charitatem; quia sicut infirmis non ieiunis, cum aliter communicari nequeũt, Eucharistiam denegare est mortale, per hoc scilicet, quod priuantur effectibus tanti Sacramenti pro tunc illis necessarijs, proficuis, & vtilibus absq; vrgenti causa, eiusmodi proximi vtilitati pręponderante, ita etiam in hoc casu, cum morte plectendus aliter, quam nõ ieiunus communicare non potest, ei Eucharistiam denegare lætalis culpa erit.

Patet id etiam auctoritate, nimirum ex capitulo *Quæsitum*, 13.*q*.2.ex capitulo *fures*, 2.*de furtis*, *de furibus*, *& latronibus*, ex glossa in capitulo *qui*, 1.

co-

eodem titulo, & expreſsè ex gloſſa in capitulo *si quis* infra citanda,ex capitulo *ſuper eo*, *de hæreticis, in 6.*ex gloſſa *verb.pœnitentiæ, in Clementinam 1. de pœnit.et remiſs.* & ex capitulo *quod in te,eodem titulo,* vbi habetur, damnatis ad mortem, Euchariſtiam ſi confeſſi fuerint, ideſt ſi non ſint impœnitentes nequaquam denegandam eſſe, & contraria conſuetudo, quoad hoc reprobata fuit à Pio V. in quodã ſpeciali motu,prout refert Fagundez infra citãdus, ad cuius motus obſeruantiam Rex Philippus Secundus per quãdam Pragmaticam anno 1569.editam ſanciuit, vt Rei ad mortem damnati,nõniſi cõfeſſi,& ſacra communione refecti morte plecterentur;& quamuis ex capitulo *si quis 2. q.3.* videatur, Euchariſtiam hominibus facinoroſis, & à fortiori damnatis ad mortem eſſe negandam; tamen gloſſa ibi *verbo communionem* aſſerit,id intelligi, niſi tales in articulo mortis reſipiſcant, ideſt niſi confiteãtur, quod idem habetur clariſſimè, ex gloſſa in capitulo *si quis,26.q.6. verb.neceſſarium*, & ex capitulo *pœnitentes,d.50.verb.omnibus.* Pius V.

Secus verò dic primo, ſi Iudex infra tam breuis temporis ſpatium,Reum ſuſpendi facere velit, vt ſi communicetur,ſpecies Sacramentales tempore, quo mortem ſubit, in eius ſtomacho digeſtæ minimè inueniantur;tunc enim illum communicare,in maximam Sacramenti irreuerentiam cederet,ex eo quia permittere,vt Sacramẽtum Euchariſtiæ repoſitum intra aliquod cadauer inueniatur,quod præcaueri poſſit, illud ſcilicet mox mortẽ ſubituro minimè tribuendo, eſt maximam iniuriam Sacramento Euchariſtiæ irrogare;ſed in caſu noſtro hoc per-

mitteretur; ergo qui id præstaret, mortaliter peccaret, ex eo quia maximam iniuriam Sacramento afferret; & licet cum Reus nunquam Eucharistiam sumpserit, teneatur, vt supra Dub. 1. 10. & 11. dictum fuit; de iure diuino semel saltem in vita, atque adeò tunc, cum è vita discessurus est, se Sacra Synaxi reficere; tñ nunquã ius diuinũ obligat, cũ sine maxima illius cõditoris irreuerẽtia, vt esset in hoc casu, seruari non potest; quandoquidẽ omnis lex, non solum ob alios fines, sed præcipuè ob reuerentiam legislatoris obseruanda est; quo fit, quod cum sine legislatoris offensa seruari nequit, obseruari non debeat, idquè euidenti ratione patet; si enim, & si de iure diuino sit Eucharistiam semel in vita sumere, tamen illi, qui iam rationis vsum nacti sunt, puta ad septennium peruenerunt, etiam si morti proximi sint, ab hoc præcepto eximuntur, non alia ratione, nisi quia maiori, quam par sit reuerentia tale Sacramentum sumere non possunt, ex eo quia clariori rationis lumine ad tam excellentem Sacramenti dignitatẽ cognoscendam nondum illustrati supponũtur, quanto magis ab hac lege sumẽdi eiusmodi Sacramentum deobligantur illi, qui nõ modo hoc Sacramentum ea, qua decet obseruãtia, sed illud positiue, (vt dictum est) nonnisi cum eius magna irreuerentia sumere nequeunt?

Secus verò dic secundo, si expectando, vt Reus communicetur, periculum sit in mora, ne è manibus ministrorum eripiatur, vt accidere solet in hominibus maximè Reipublicè infestis; tunc enim, si hoc timeatur, etiam in facto Confessarij, idest si Confessarius vocetur, ad finem permittendi, vt Reus cõfi-

teatur

teatur, ei tunc cōfessio quoque denegari citra mortale potest, sed sufficit permittere solum, vt Reus actum contritionis eliciat, & Deo se commēdet; nam talis tunc perinde se haberet, ac si alius illum occidendi modus Iudici non se offerret, sed in casu, quo Iudex Reos morte dignos alium modū illos è medio tollendi nō haberet, deberet, ac permittere posset, vt inconfessi occiderentur, vt de facto facit cū proscriptis, & bannitis; ergo idem etiā cum tali Reo citra mortale seruare posset, & sub mortali deberet, vt Rempublicā, & cōmunitatē hominibus facinorosis purgaret, ad ꝙ sub lætalis culpæ reatu ex officio obligatur; & quod tales tunc forsan damnētur, damnatio eis imputari debet, qui possent se à damnatione eripere, vel guidaticū acceptando, vel se Iudici præsentando, & sic cum Sacramentis mori, vel extra Prouinciam, seu Regnum, vbi proscripti nō sunt se recipere, vel paratos morti esse, & sua peccata confiteri, ad hoc, vt cum occiduntur, in gratia inueniantur, & saluentur. *Fagundez in decal. tom. 1. lib. 5. cap. 16. à num. 2. vsque ad 8. inclusiuè. Eman. Sà verb. Eucharistia, num. 2. fine. Petrus Nauar. lib. 2. de restit. cap. 5. num. 226. Lessius de iustitia, lib. 2. cap. 29. dub. 11. num. 98. Persicus lib. 1. cap. 3 nu. 77. & 78. cum S. Antonino, Aureolo, Armilla, Tabiena, Angel. Graff. Rodriq. Soto, Nauar. Naldo, Henriq. Toleto, Reginaldo, & Suario, Victorellus ad Possevinum, cap. 8. de communione infirmorum, vers. Homini, præcepto Iudicis, Faustus de Eucharistia, lib. 1 q. 251. Fragosus prima par. lib. 1. disp. 12. nu. 66. & 67. Raguccius in sua Lucerna Parochor. in titulo de Eucharistia, quæsit. 18. Syluest. verb. Eucharistia 3. num. 7. §. octauum.*

Faguad.
Eman. Sà.
Per. Nau.
Lessius.
Persic.
D. Ant.
Aureol.
Armill.
Tab.
Angel.
Graff.
Rodriq.
Sot.
Nauar.
Nald.
Henriq.
Tolet.
Reginald.
Suar.
Victorell.
Faustus
Fragos.
Raguc.
Sylu.

Dub. 34. An muti, & ſurdi à natiuitate, qui ſcribere neſciunt, ità vt per ſcriptũ de re difficili inſtrui, non poſſint, communicari queant.

Reſpondeo affirmatiuè, nã ſi quid obſtaret, quod hi communicari, non poſſent, eſſet, quia non poſſet eis tanti Sacramenti excellentia, & virtus demonſtrari, cum alias ex illo 1. *Corinth.* 11. *Probet autem ſe ipsum homo, etc.* videatur huius rei cognitio pro diſpoſitione in homine hoc Sacramentum ſuſcepturo requiri, ſed hoc non obſtat, quandoquidem, ſicut poſſunt hi quoad Sacramentum pœnitentię inſtrui, ità etiam poſſunt inſtrui quoad Sacramentum Euchariſtiæ, nimirum quod ſit eorum animæ proficuũ in ordine ad cœleſtem gloriam, quod in eo contineatur Chriſtus humani generis Redemptor, quod per Euchariſtiæ ſumptionem, cum Chriſto vnimur, ex eaquè multa bona ſumentis animæ eueniunt, &c. & quod, quoad hoc inſtructi ſint, colligi poterit, ſi tales erga huiuſmodi Auguſtiſſimum Sacramẽtum, deuotionem oſtendant; illudquè cum alijs adminiſtratur, venerentur, ſibiquè conferri annuant; tum quia ex Tridentino *ſeſſ.* 21. *cap.* 2. *de communione* habetur, tunc Sacramenta licitè adminiſtrari; cum ſalua eorum ſubſtantia, ſuſcipientium vtilitati, & eorundem Sacramentorum venerationi cõſulitur, ſed totum hoc accidit cum mutis, & ſurdis, quoad præfatum Sacramentum, prout ſuprà inſtructis, & erga illud deuotionis ſigna oſtendẽtibus Euchariſtia exhibetur, ergo ſimplicitèr, & abſolutè eis hoc Sacramentum adminiſtrari licite poteſt; tum quia Henriquez, & Reginaldus infra citandi, & alij grauiſſimi Doctores dicunt, ſemifatuos, & debilem

1. Cor. 11.

Conc. Tri.

vſum

vsum rationis habentes,hoc Sacramentum recipere posse, & satis solum esse, quod aliquam deuotionem, vel deuotionis signa erga illud ostendant, sed hanc deuotionem erga Sanctissimam Eucharistiam ostendere possunt muti,& surdi, ergo hi communicare,eisquè sacra synaxis tribui liberè, & licitè queit; Dicunt tamen præfati Auctores, tales,qui debilē rationis vsum habent,non debere, nisi in articulo mortis,& tempore satisfactionis præcepti de communicando in Paschate communicari ob reuerentiam Sacramenti,non illud scilicet administrando subiectis perfectam de illo cognitionem non habentibus,nisi in necessitate; Ex quo patet, quod si mutui,& surdi à natiuitate,se non esse benè de talis Sacramenti dignitate informatos ostendant,vel nisi illud magna cum deuotione sibi administrari petant, vel cum alijs datur, quam maximè illud venerentur,non nisi in articulo mortis,& in Paschate, vt dictum est, ratione mox assignata, communicari debeāt; secus verò dic, si post diligentem in hac re instructionem, nullam erga hoc Sacramentum deuotionem illos habere percipi possit; enim verò tunc illos communicando, Sacerdos mortaliter peccaret, faciendo in re graui contra Praxim Ecclesiæ,quæ in dicto 1.*Corinth.* loco fundata,tale Sacramentum non præbet, nisi tanti augustissimi cibi cognitionem,& erga illū venerationem habētibus; secus etiam dic de surdis, mutis, & cęcis à natiuitate,qui baptizandi solum essent, sed non communicandi,nec absoluēdi, nisi forte ex se de aliquo peccato signum pœnitentiæ darent, qui tamen tūc sub conditione absoluendi essent, si scilicet illud in or-

dine

dine ad claues, nimirum vt ab aliquo Sacerdote, forsan à Deo sic illustrati absoluerētur, in medium afferrent; An autem eis extrema vnctio dari valeat, dicemus Practica 9.dub.25. *Reginaldus lib.29.num. 80.vers.posterior, Henriq.lib.8.de Eucharistia, cap.42. num.3.& in commento, lit.S. cum Soto, Diana 5. par. tract.6.* & 7.

Reginald. Henriq. Sot. Diana.

Dub.35. An amentes à natiuitate communicari queant, & quid de amētibus post adeptum rationis vsum factis, & de phreneticis.

Respondeo ad primum negatiuè, ob defectum cognitionis tanti Sacramenti, quæ ad illud dignè recipiendum requiritur, prout dubio præcedenti dictum fuit, sed isti reputantur vti pueri vsum rationis carentes, qui nunquam, ratione iam dicta, ne quidem in articulo mortis ex Ecclesiæ obseruantia communicari possunt.

Respondeo ad secundum, ex D. Thoma, & Doctoribus infra citandis affirmatiuè, si absit periculū irreuerentiæ, vel spuitionis, cum actu illis Sacramētum exhibetur, & alioquin antequam in amentiam lapsi fuerint, aliquam deuotionem erga hoc Sacramentum ostenderint, & si lucida interualla in ipsa amentia non habeant, in ætate qua ad illud recipiēdum apti erānt, in amētiam inciderint; & præterea, eos in mortali in amentiam incidisse non constet; quod si lucida interualla in ipsa amētia, vel phrenesi habeant, & debitam ætatem ꝓ Eucharistia suscipienda nacti fuerint, & periculum irreuerentiæ, vel spuitionis cum actu Eucharistiam sumunt absit, & deuotionis signa erga dictum Sacramentum in ipsis lucidis interuallis ostendant, liberè communica-

ri possunt,& si eos in amentiam in mortali incidisse constet, prius quam Eucharistiam sumant, confiteri debent, quod si non possint, nec prius contritionis signa ante lapsum in amẽtiam dederint, tunc ei Eucharistia administrari citra mortale nullatenus potest, ratione supra dub. 29. allata. *Reginal. lib. 29. n. 78. et 79. D. Thom. 3. p. q. 80. art. 9. Henriq. lib. 8. de Eucharistia, cap. 42. num. 3.* Reginald D. Thom Henriq.

P. D. Laurentius Cutillus.

ADDITIO.

Ad Dub. 25. eiusdem Practicæ de sumptione cibi corporalis.

DVb. 1. An infirmus, dispensatus ad carnes, in die tamen Veneris v.g. Sabbati, &c. carnes nociuas, puta suinam, hædinam, bouinam, &c. citra mortale comedere possit.

Respondeo simpliciter negatiuè, nam dispensatio, & si absolutè sit facta, non intelligitur facta de cibis infirmo nociuis, nec licentia à Superiore concessa, de illicitis etiam concessa censetur. *l. merito, ff. pro socio*; tùm quia dispensationis causa cessante, & ipsa dispensatio cessat, cum cessante causa, cesset effectus. *c. cum cessante, de appell.* & patet etiã ex capitulo *generaliter, 16. q. 1. & cap. tua, de cler. nõ resid. & cap. Abbate, in fine, de verbor. signif.* nisi fortè dubitetur, an dispẽsationis causa cessarit, quia tunc possessio stat pro dispensatione, quæ est certa, vel nisi paululum ad appetitum excitandum, de præfatis cibis

infirmus accipiat, dum alium ad hoc aptiorem modum inuenire non potest, aliàs si possit, dum materia leuis est, venialiter saltem peccat. *Ioannes de la Cruz in directorio conscientiæ, prima par. præcept. 4. art. 8. dub. 8. con. 3. & Eman. Rodriq. apud ipsum, Paulus Layman. lib. 1. tract. 4. cap. 22. num. 14. Sanchez de matrim. tom. 3. lib. 8. disp. 30. num. 14. & n. 9.*

Io: Cruz. Rodriq. Layman. Sanch.

Dub. 2. An Carthusiani tempore infirmitatis, carnibus vesci sub mortali teneantur, cum id Medici necessarium esse dicunt.

Respondeo affirmatiuè, si alioqui vita infirmi omninò desperetur, & nulla prorsus spes euadendi subsit, vel alius cibus fortè non adsit; nam cùm nemo sit dominus propriæ vitæ, non potest illud votum absolutè emittere, ad cuius obseruantiam propria vita periclitatur, nisi tacitè saltem hanc conditionē, & exemptionem pro tali casu apponat, quæ alioqui de se semper apposita reputatur. Quod si dicas, ex hoc astantes scandalizari, Carthusianos carnes comedere videntes. Respondeo scandalum facilè tolli, illos de facti honestate in talibus circumstantijs certificando; Quod si iterum dicas, ex hoc valdè officí bono communi Religionis Carthusianæ, quæ bono particulari vitæ infirmi præferri debet. Respōdeo tale bonum tunc temporis iniustè à Religione possideri, quia votum in tali casu non obligat, ex eo quia eius materia transit ad materiam illicitam, & peccaminosam, vtpotè contra legem naturæ de defendendo indiuiduo à violentia mortis, cui fauori naturæ, nullus cedere potest, ex eo quia nemo est dominus propriæ vitę, omnes enim Doctores dicūt, quod cum materia voti euadit peccaminosa, vel im-

pos-

possibilis, non obligat, nec obligare potest; Et quãuis nonnulli, ad aliquam virtutem exercẽdam, propriam vitam periculo exponi posse velint, tamen quando talis actus exercitij virtutis non est per virtutem prudentiæ regulatus, idest factus cum aliqua proximi necessitas, vel quid simile, cui aliàs occurri non possit, vrgeat, prout diximus in Addit. ad Pract. 2. de Sacerdote vocato ad infirmos, dub. 4. si vitæ periculum sit euidens, id nisi ex speciali Dei impulsu fiat, citra mortale fieri non posse puto, ratione ibi in eodem dubio assignata; Ex quo patet, talem Carthusianum infirmum, tunc ne quidem ad alicuius virtutis exercitium, à carnibus cum periculo vitæ abstinere posse, quia talis actus exercitij non esset regulatus, quandoquidem nulla necessitas ad talem virtutem prudenter exercendam vrgeret, cui alia via prudenter etiã pro tunc satisfieri nequiret, vt diximus. Quę sentẽtia probatur adhuc efficaciter ex dispositione sacrorũ Canonũ, nimirum ex capitulo *non mediocriter, de consecratione, dist. 6.* vbi habẽtur hæc verba, *Ego Dominus odio habens rapinam holocaustorum, de rapina verò holocaustum offert, qui siue ciborum nimia egestate, vel somni penuria corpus immoderatè affligit,* ex quibus verbis habetur, eum mortaliter peccare, esseque Deo inuisum, qui nimia ciborum ad viuendum necessariorum egestate corpus suum affligit, sed cum Carthusianus ægrotat tali infirmitate, in qua Medicus fatetur, quod nisi carnes comedat, morietur, impossibilèq; esse eum viuere, si Carthusianus id agere renuat, nimia ciborum ad viuendum necessariorum egestate nõ solum suum corpus affigit, sed sibi vitam aufert, ergo in hoc vl-

Martin. de Magistr. Med. Almain. Vasq. Gerson. Eman. Sà. Maior. Bonac. Adrian. Panor. Alex. Sylu.

tro mortaliter peccat. *Martinus de Magistris, Medina, & Almainus apud Vasq. disp. 162. cap. 1. Gerson. in tract. de abstinentia Carthusianorum, Eman. Sà verbo Religio, num. 58. Maior. in 4. d. 38. q. 24. Bonac. de leg. disp. 2. quaest. 8. pun. 3. num. 16 Adrianus Quodlibet. 1. art. 3. ad 9. Panorm. in cap. si verò, num. 2. & ibi Alexander de Neuo, num. 15. de iure patron. Syluester iuramentum, 4. quaesito 10.*

Dub. 3. An infirmus, se ab aquae potu abstinere non valens, ex eo quia ad illum exardescentia febris nimiùm trahit, bibens, mortaliter peccet, si inde, se moriturum praeuideat.

Respondeo negatiuè, quia infirmus in tali circũstantia, ad suam vitam amplius tuendam impotens moraliter effectus iudicatur, vt benè Auctor supra dub. 25. ex Emanuele Sà asserit, impotẽtia autẽ ab omni culpa in ordine ad quamcunque legem, communiter excusat. *cap. exijt, de verbor. signif. in 6. §. nec quicquam.*

Dub. 4. An infirmus, carnes humanas per modũ medicinae comedere teneatur, cùm id à Medico ad propriam vitam tuendam necessarium esse iudicatur.

Respondeo negatiuè, si ab illarum comestione nimium abhorreat, ratione qua supra mox dubio praecedenti allata; sin minus, ad hoc sub mortali tenetur, cùm de iure naturae, ad propriam vitam conseruandam vnusquisque iuxta laesionis grauitatem, vel leuitatem, sub mortali, vel veniali obligetur; Nec tunc talis comestio est horrida, ac proinde vetita cibi sumptio, sed necessarij medicamenti cibatio; sicut aggressoris vitae priuatio, non est formalis;

& il-

& illicita illius occisio, sed opportuna, ac licita aggressi defensio. *Caiet. 2. 2. q. 148. nu. 2. Eman. Sà verb. comedere, num. 1. Tolet. in summa de peccatis mortal. cap. 60. n. 3. Sanch. in summ. lib. 1. cap. 18. n. 12.* Caiet. Eman. Sà Tolet. Sanch.

Dub. 5. An infirmus de consilio Medici ad euacuandum quid nociuum, quod in stomacho inest, cum alius aptior modus inueniri non potest, vsque ad vomitum inclusiuè citra mortale comedere possit.

Respondeo affirmatiuè, cum illa comestio, tanquam medium ad bonum vitæ tuendum solummodo assumatur, & consequenter, quia finis bonus est, ipsa quoque peccaminosa non erit, cùm omnis actio specificetur à fine. *l. qui iniuria, in principio, ff. de furtis, cap. cum voluntate, de sent. excomm.* nec alioqui dici potest, quod hæc actio ad crapulam reducatur, id enim verum est, cum quis ad corporis sensualitatem explendam se nimio cibo replet. *Em. Sà verbo comedere, num. 2.* Em. Sà.

Dub. 6. An teneatur infirmus permittere, vt sibi membrum rescindatur, si ad suam vitam conseruandam id simpliciter fieri oporteat.

Respondeo negatiuè, si in hoc grauissimum dolorem sentiat, sin minus, mortaliter peccat, ratione qua supra dubio 3. & 6. Nisi fortè infirmus esset Reipublicæ valde necessarius, & alioqui Respublica, seu communitas alium illi similem non haberet, tunc enim, sicut quis tenetur ob bonum commune Reipublicæ vitam corporalem exponere, cum bonum singulorum in communitate sit bonum particulare, & partes, vt sunt singuli de communitate debent postponere bonum proprium, quod est bonum

particulare, vt seruent bonum totius, ita etiam dum eiusmodi infirmus sua salute potest iuuare bono Reipublicæ, ad sanitatem acquirendam plusquam graues dolores subire tenetur, & membrum, vt corporis salutem, ex qua Reipublicæ bonum eueniat adipiscatur, sibi secari facere; nisi fortè dolores tam ingentes cruciatus infirmo afferant, vt illos, habitu suæ complexionis, & naturæ virium ratione, subire posse impossibile prorsus sit, tunc enim licet illos ex ratione supra adducta subire obligetur, per accidens ad id non astringitur, cum existat in quadam impossibilitate (quæ à quarumcunque legum obseruantia, & obligatione excusat) seruandi huiusmodi præceptum, & obligationẽ subeũdi tã graues, & ingentes dolores ad finem, vt acquisita per mẽbri abscissionem sanitate, pro loco, & tempore Reipublicæ, bonoquè communi iuuare valeat. *Fagundez in Decal. in 5. precep. lib. 5. cap. 13. num. 6. & 7. Petrus Nauar. Sot. Nauar. cum Syluestro apud Eman. Sà verbo homicidium, Sanch. in sum. lib. 1. cap. 18. nu. 14. in medio, Filiuc. tract. 29. num. 78.*

Fagund. Pet. Nau. Sot. Nauar. Sylu. Eman. Sà. Sanch. Filiuc.

Dub. 7. An in casu, quo infirmus Reipublicæ maximè iuuaret, is sub mortali, non communibus, sed extraordinarijs, & maximè pretiosis, posito quod id possit, vti remedijs teneatur.

Respondeo affirmatiuè, nam pars de iure naturæ toti succurrere debet, ergo si infirmus id præstare omitteret, omitteret etiam succurrere toti, puta iuuare pro loco, & tempore Reipublicæ, bonoquè communi, quod in tali culpa sanè non vacat. *Filiuc. dub. præced. cit.*

P. D. Laurentius Cutillus.

De

De Extrema vnctione.

PRACTICA IX.

HOrtetur infirmum Sacerdos, cùm tempus erit opportunum, vt quàm deuotè Sacram sumat vnctionem; timorem verò omnem ab eo expellet. Timidos enim, ac remissos, nõnullos infirmi domesticos vidi, ea tantùm causa, ne infirmus ipse perterreatur; quos in hoc non benè agere censeo, ac grauiter falli: propterea Sacerdotes ipsos rogatos velim, vt præstò sint, cùm ad ipsos cura pertineat animarum, quæ Christi sanguine redemptæ sunt, quibus omni sollicitudine curare debent, vt omnia ad salutem necessaria ministrentur; hæc autem magna dexteritate, æquè ac religiosa libertatę exequẽtur.

Post enim omnia corporalia medicamina, frustra parata, grauescente iam valetudine monendus erit infirmus, vt spiritualibus vtatur remedijs; peculiare etenim hoc est Sacramento Extremæ Vnctionis, vt corpus de infirmitate conualescat (si expediens erit) propterea animam purgat à peccatis, obliuioni datis, nedum venialibus, sed etiam mortalibus, faciens de attrito, contritum. Vnde D. Iacobus, nos monens, vt hoc Sacramento vtamur; *Infirmatur* (inquit) *quis in vobis? inducat Presbyteros Ecclesiæ, et orẽt super eum, vngẽtes eum oleo, in nomine Domini, & oratio fidei saluabit infirmum, & alleuiabit eum Dominus, & si in peccatis sit, remittentur ei.* D. Iacob. c. 5. ver. 14.

Nulla igitur mora interponenda est ab infirmo, vt hoc salubri Sacramento muniatur; si enim Domi-

no visum fuerit, ac in sui gloriam redundabit, sanitati pristinæ restituetur. Ego autem, in hoc testis oculatus sum, quamplurimos conualuisse vidi hac sacra vnctione recepta; si autem Dominus sua æterna dispositione statuerit, illum ex illa infirmitate mortem oppetere, armatus, paratusquè ad pugnam inuenietur, cum contra Diaboli tẽtationes sibi pugnandum sit, quod quidem magni faciendum est, immò & plus merentur, ac maiori efficacia muniũtur ij, qui hoc Sacramentum ore proprio sibi ministrari petierint, maior etenim eorum deuotio sine maiori præmio relinquenda non est à Domino, *Qui dat omnibus affluenter.*

1. Iacobi vers. 5.

Vidi autem innumeros hac sacra vnctione perungi, aliquos verò alijs maiori deuotione fulcitos; inter omnes verò, tanquam inter sydera Solem splẽdescere vidi deuotum illum seruum Dei nostræ *Re*ligionis Institutorem, Camillum, qui (vt in eius Vita iam prælo impressa narratur) cùm per multos dies me tunc suum Confessarium vrgeret, immò protestaretur, se hoc Sacramentum instãter expetere; ego verò tempus ipsum nondum venisse responderem; nec adhuc signa grauescentis valetudinis adesse, ille maiori deuotione, ac affectu impellebat: tãdem, vt eius desiderio potius indulgerem, quam necessitati, sacro Oleo inunctus fuit; Et cùm sensibus rectis polleret, ac si sanus esset, clara, & articulata voce confessionem recitauit (quam Confiteor, vocamus) ac cuiuslibet vnctionis actui, ad verba respondens, Amen, magna deuotione, ac circumstantium ædificatione omnia explens, hilaris remãsit. Postea verò in lecto sedẽs, maximo feruore nos ipsos, suos

in

in Christo filios, deuotissimè est allocutus, qui multas profundentes lachrymas, suam in Domino benedictionem accepimus: ille verò tribus illinc diebus, ad æternam, beatamquè vitam (vt piè credimus) feliciter migrauit.

Est igitur, non tantùm boni Christiani, sed etiam sancti viri opus proprio ore omnia Ecclesię Sacramēta, maximè autem Sacram Vnctionem expostulare, immò, nec benè facere eos puto, quos obtestari oportet, vel eos, qui monitionem expectant, vt hoc bonum exequantur: etenim maximo esset alijs exemplo, magnamquè præberent ædificationem, si ipsimet infirmi alios exposcant, vt præsto eis sint circa Sacramentorum administrationem.

Placuit exemplum breuiter adducere circa huius Sacramenti excellentiam, ac circa desiderium, affectumquè quo ipsi infirmi ardere deberent, vt illud exequantur.

Narrat Ioannes Herolt in suo Promptuario exēplorum, quod quidam vir magnorum operum cultor, in extremis laborans, cùm interrogatus fuisset, vtrum Oleo Sancto perungi vellet? Respondit, nolite obsecro talia mihi nunc dicere, nam omnes, qui vnguntur, moriuntur, et his dictis (iudicio Dei) spiritum exalauit, & mortuus est, sed cum linteaminibus corpus inuolueretur, Deo volente, spiritū reassumpsit, oculosquè aperiens locutus est, dicēs, quia Extremæ Vnctionis salutare Sacramentū (licet non ex contemptu) abhorrui, cētum annis ignibus Purgatorij, iusto Dei iudicio torquebor, sed si perunctus fuissem, vtique de hac ægritudine conualuissē; Sacra enim Vnctio non est mortis acceleratio, sed

Discip. in Prōptuar. exemplorum lit. V. exemp. 29

dilatio, sicquè verbis dictis, animam iterum exalauit. Hæc ille.

Poterunt enim omnia hæc à Sacerdote ponderari, ac adduci, vt infirmi animus accēdatur ad Sacram Vnctionem petendam antequam sensibus ipsis destituatur.

Dubia aliqua circa Sacramentum Extremæ Vnctionis.

DVb. 1. Quæ sit materia huius Sacramenti.

Respondeo, esse oleum oliuarum, ab Episcopo in die Cœnæ Domini benedictum, & hoc est de necessitate Sacramēti; quapropter inquit Toletus, quòd si per mixturam alterius olei, vel alterius liquoris mutaretur species, non esset Sacramentum. *Tolet. lib. 7. cap. 1. num. 1. ex Conc. Trident. sess. 24. c. 1. D. Tho. in supplem. q. 29. art. 4. & 6. Syluest. verb. Vnctio, in princ.*

Tolet.
Conc. Tri.
D. Thom.
Syluest.

Dub. 2. An Curatus vti possit oleo Extremæ Vnctionis benedicto anno præterito.

Respondetur negatiuè, ita decretum fuit in canone, *litteris de consecr. dist.* 3. in necessitate verò (citrà crassam negligentiam) quando nondum à Cathedrali potuit afferri oleum nouiter benedictum, & periculum esset in mora, poterit veteri chrismate vti sine peccato. *Bonac. disp. 7. de Sacramentis, quæst. vnica, pun. 2. num. 6.* Posseu. *cap. 9. nu. 1. Eman. Sà eod. verb. n. 6.* & alij communiter.

Bonac.
Posseuin.
Eman. Sà.

Non desunt qui dicunt, vti oleō veteri, sine contemptu, & scandalo, lethalem culpam non esse. Ita

An-

Andr. Victorel. in Addit. ad Posseu. cap. 9. nu. 1. Est probabilis. Victorel.

Dub. 3. An deficiente oleo benedicto, possit addi non benedictum.

Respondetur affirmatiuè, dummodò illud, quod additur, sit oliuarum, & guttatim addatur, ita vt nō benedictum, sit in minori quantitate. *Bonac. loc. cit. num.* 8. *Posseu. cap. 9. num.* 2. & alij. Bonac. Posseuin.

Dub. 4. An Diaconus hoc Sacramentum administrare possit.

Respondetur negatiuè, quia est proprium Sacerdotis officium, & Diaconus non conficeret Sacramentum, dicente Diuo Iacobo cap. 5. *Infirmatur quis in vobis? inducat Presbyteros Ecclesiæ*, & est de fide tenendum. *Concil. Trid. sess.* 14. *can.* 4. *de Extrema Vnctione.* Iacob. 5. Conc. Tri.

Et licet Diaconus possit administrare Sanctissimā Eucharistiam, tamen illud est Sacramētum à Sacerdote iam peractum: at Extrema Vnctio efficitur Sacramentum in actu administrationis tantùm, ideò non potest à Diacono confici, sed à solo Sacerdote. *D. Thom. in supplem. q.* 31. *art.* 2. & est communis sententia. S. Thom.

Dub. 5. An Parochus teneatur administrare hoc Sacramentum infirmo, sub pœna peccati mortalis.

Respondit Victorellus, Parochum teneri, sub peccato mortali hoc Sacramentum infirmo administrare, præcipuè cum alia Sacramenta recipere non valuit, quandoque enim infirmus erit attritus, & cum hoc Sacramento fiet contritus, & sic saluabitur: hac seclusa necessitate, lethale non erit, quia ex cæteris Sacramentis constitutus fuit in gratia. Ita *Victorel-*

Victorel. Posseui. Bonac. *lus citatus à Posseu.cap.9.num.3.Bonac.disp.7.quæst.5. pun.5.num.12.*& alij.

At quia Parochus de iustitia tenetur hoc Sacramentum administrare, ideò nisi excusetur ratione periculi vitæ, vel alterius causæ rationabilis, licet infirmus sumpserit cætera Sacramenta, non est excusandus Curatus ab hoc munere. Suar. *Suar.tom. 4. disp. 44.sect.3.de Extrema Vnctione,nu.*20. Vide quæ supra diximus Pract.8.Dub.18.

Dub.6.Quo tempore hoc Sacramentum infirmis conferri debet?

Respondetur, tunc esse, quando infirmus constitutus est in vltimo discrimine vitæ, imminente periculo mortis. Conc. Tri. Ita *Concil. Trident.sess.* 14. *cap.* 3. his verbis: *Hanc Vnctionem esse infirmis adhibendam; illis verò præsertim, qui tàm periculosè decumbunt, vt in exitu vitæ constituti videantur, vnde & Sacramentum exeuntium nuncupatur.* Hæc ibi.

Vbi notandum est ly, *in exitu vitæ constituti,* non debere accipi metaphysicè, sed moraliter, puta, quando adest probabile periculum vitæ, & tunc est, quando Medicus desperauit illius vitam, licet vsum rationis habeat, & optimè sit mentis compos, immò in tali statu rationis administrãdum esse (si fieri potest) vt magis ad fructũ huius Sacramenti recipiendum, se disponat. Bonac. Henriq. Cat.Rom. Sot. Coninc. Posseui. *Bonac.disp.7.q.5.pun.5.nu.* 7. *Henriquez lib.3.cap.11.num. 3. Catechismus Roman. c.*8. *Sot.dist.17.q.2.ar.4.Coninc.disp.19.dub.7.col.1.n.24. Posseu.cap.9.n.5.*& est communis.

Dub.7.An hoc Sacramentum cõferri debeat ijs, qui sani sunt, aut quibus penitus nullum imminet vitæ periculum.

Re-

Respondetur negatiuè, quia tunc ministrans non conficeret Sacramentum, cùm iam Sacramentum infirmorum esse probauimus, tum ex verbis D. Iacobi *cap. 5. Infirmatur quis in vobis? &c.* tùm etiam ex Concilio Tridentino affirmante, hoc esse exeuntium Sacramentum; ergo periculum mortis necessarium est. *Coninc. disp. 19. dub. 7. n. 25. vers. Dices, &c. ex Conc. Trid. sess. 14. cap. 3.* & communis. Iacob. c. 5. Coninc. Conc. Tri.

Dub. 8. An existenti in periculo mortis, adhuc autem adsit spes aliqua vitæ conferri possit.

Respondetur affirmatiuè, immò inquit Suarez, *Non esse expectandum tempus, in quo iam constet, infirmum non posse naturaliter viuere; nam hoc derogat secundario fini huius Sacramenti; quamuis enim hoc Sacramentum supernaturaliter iuuet ad sanitatem recuperandam, non tamen est consentaneum institutioni, nec rationi expectare tempus, in quo ferè manifestè sit necessarium miraculum; nam hoc est quodammodo tentare Deum, & virtutem Sacramenti velle experiri*. Hæc *Suarez tom. 4. disp. 42. sect. 2. num. 5. circa finem. Tolet. lib. 7. cap. 3. num. 2.* Patet ex verbis Concilij Tridẽtini citati, dicentis: *Quòd si infirmi post susceptã hanc Vnctionem conualuerint, &c.* ergo nõ debet expectari quousque non sit aliqua spes vitæ. *Bonac. disp. 7. q. 5. pun. 5. num. 7. Posseu. num. 4.* & communis. Suarez. Tolet. Bonac. Posseui.

Dub. 9: An hoc Sacramentum sit ministrandum ijs, qui sunt in periculo mortis, sed non sunt infirmi, v.g. gerentibus bellum; existentibus in mari cum periculo naufragandi; damnatis ad mortem per Iudicis sententiam, & similibus.

Respondetur negatiuè, & ratio est, quia non infirmantur, ideò nec conficeretur Sacramentum, tum

D. Iacob. c. 5. vers. 14. Bonac. Coninc. Henriq. D. Thom. Suar.

ex auctoritate D.Iacobi, *Infirmatur quis, &c.* tum ex verbis Concilij Tridentini, tum denique ex rationibus supra allatis. *Bonacina citatus, num. 4 & 5. Coninc. disp. 19. dub. 7. num. 25. Henriq. lib. 3. cap. 11. D. Tho. in suppl. q. 32. art. 1. Suar. cit.* & omnes communiter.

Dub. 10. An conferendum sit existentibus in articulo mortis, non ex præcedenti infirmitate, sed ex senectute, ex partu, & veneno, ex peste, ex vulnere lethali, ex morsu canis rabidi, & similibus.

Respondetur affirmatiuè, & ratio est, quia omnes isti dicuntur infirmi ex repentino morbo; nam eo ipso, quod sunt in via ad interitum, ex se, & naturaliter (licèt præcesserit causa ab extrinseco) infirmari dicuntur, & quoad senes attinet, senectus ipsa morbus est; quod verò ad rabidum ex morsu canis, monet Bonacina, vt Sacerdos caueat, ne saliuam illius, digitis suis attingat, nam attingentem inficit, ideò inquit Posseuinus, *Vngatur loco oris, pars vicina, vel linteo os prius abstergatur. Posseu. c. 9. n. 4. Bonacina disp. 7. q. 5. pun. 5. num. 6. Sylu. verbo Extrema Vnctio, num. 5. Armill. eod. verbo, num. 6. Tab. eod. n. 5.* & alii communiter.

Posseui. Bonac. Sylu. Armill. Tabien.

Dub. 11. An pueris ministrandum sit hoc Sacramentum.

Respondetur, quod si erunt doli capaces (vt post septimum annum euenit) administrari potest, probatur auctoritate D.Iacobi 5. *et si in peccatis sit, dimittentur ei*: Cum ergo in septennio peccare possunt, poterit etiam hoc Sacramentum conferri. *Tolet. lib. 7. cap. 3. num. 1. Eman. Sà verbo Extrema Vnctio, nu. 2.* colligitur ex D.Thoma *in suppl. quæst. 32. art. 4. ad secun-*

D. Iac. c. 5. Tolet. Eman. Sà. D. Thom.

cun-

cundum, vbi inquit, quod hoc Sacramentum nō datur pueris, qui habent solum originale, sed qui habēt peccata actualia, vt est in ætate prædicta, vt verificetur forma, scilicet: *quidquid per visum, locutionem, &c. deliquisti. Bonac. disp. 7. q. 5. pun. 5. num. 6. Suarez disp. 42. sect. 1. num. 2.* & alii communiter: quamuis Sotus *dist. 23. art. 2. conclus. 4.* dicat; Non esse dandā, antequam detur Eucharistia, cui contradicit etiam Bellarminus *de Extrema Vnctione, lib. 1. cap. 9.*

Bonac. Suarez. Sot. Bellarm.

Dub. 12. An amenti, vel phrenetico hoc Sacramentum conferri debeat;

Respondetur, si incidit in amentiam in euidenti peccato mortali, aut nūquam fuit mentis compos, sed fatuus à natiuitate, tunc illi administrandum minimè est; si verò habuit lucida interualla, & antequam in amentiam incideret, petiisset illud, aut deuotionem ostendisset, aut aliquem contritionis actū fecisset, vt est percussio pectoris, vel inuocatio nominis Iesu, vel Mariæ, & similia, tunc Vnctio Sacra tribuenda erit, immò quilibet Christianus præsumitur ad hoc Sacramentum dispositus, nisi oppositum constet; nullus enim Christianus præsumitur malus, nisi probetur. Ita docet Bonacina *disp. 7. q. 5. pun. 5. num. 2. & 3. Suarez disp. 42. sect. 1. num. 6. Nauar. cap. 22. num. 13. Henriq. lib. 1. cap. 22. num. 3. lib. 3. cap. 13. num. 1. Eman. Sà. Extr. Vnct. num. 1. Posseu. num. 4.* & alii communiter.

Bonac. Suar. Nauar. Henriq. Em. Sà. Posseuin.

Dub. 13. An conferri possit adulto incidenti in morbum lethalem statim post Baptismum susceptū. Et ratio dubitandi est, quia, cum non habeat actuale peccatum, non verificaretur forma, scilicet, *quidquid per visum, auditum, &c. deliquisti.*

Re-

Nugn. Respondet *Nugnus quaest.32.ar.4.* negando posse dari, quia vbi non erit peccatum, neque etiam medicina peccati, quia non verificaretur in forma ly, *deliquisti*.

Henriqu. Sylu. Nald. Posseu. Bart. ab Angel. Lopez. Contrariam verò sententiam probabiliorem esse affirmat Henriquez *lib.3.cap. 11.num. 3. Syluest. Extr.Vnct.in fin. Naldus eodem verbo, num. 9. Posseu. cap.9.num.4. Bart. ab Angel. Dialog.3.§.139. Lopez*, & alij quàplurimi: Et ratio est, quia potuit statim peccare saltem venialiter, nam, *Septies in die cadit iustus*, & nemo scit, odio, an amore dignus sit, ideò cū pro certo nesciatur, debet dari sub conditione saltem, v. g. (*si deliquisti*) & præterea, quia infirmus non debet priuari alijs effectibus istius Sacramēti, quāuis sit sine actuali peccato, vt est augmentum gratiæ, robur in resistendo Diaboli versutijs, &c. Suar. Bon. Tolet. *Suar. tom.4.disp.4.sect.2, num.7. & 8. Bonac. disp.7.q.5.p.5. num.13. & 14. Tolet. lib. 7. cap.3. num. 2.* & communis.

Dub. 14. An in casu necessitatis quando periculum est in mora, quia infirmus est iam moriturus, poterit Sacerdos relinquere orationes præcedentes, & tantùm vngere partes cum debita forma, & deindè supplere quod omissum fuit.

Respondet Suarez affirmatiuè, immò si periculū mortis esset tàm imminens, poterit Sacerdos vngere infirmum per vnicam formam, nec erit necesse in tali casu vngere ambas partes, sed vnum oculum, vnam aurem, &c. nec in qualibet vnctione vngere per modum Crucis, sed transeundo vngere simul, & proferre formam, v. g. *Per istam Sanctam Vnctionem, indulgeat tibi Deus quicquid per visum, audi-*

tum,

tum,odoratum, gustum, & tactum deliquisti. Si verò aderit tempus,poterit addere vnctionem pedũ,quę non erit necessaria necessitate Sacramenti,sed tantùm præcepti,vt infra dicemus.*Suar.tom.*4.*disp.* 41. *sect.*3.*fol.*528.*col.*2.*num.*7.*&* 8. Suar.

Nec hic modus caret auctoritate,& consuetudine (vt inquit ipse Suarez) *Nam in libro pastorali, seu manuali Mechliniensi canone* 9.*de Extrema Vnctione, de consilio, & sententia facultatis Theologicæ Louaniensi, ita decretum est.* Manual. Mechl.

In morbis contagiosis, & peste graßante, vt periculum vitetur, sufficit inungi sensus organum magis ad vnctionem expositum, aut detectum, dicendo, Per istam sanctam vnctionem, indulgeat tibi Deus quidquid per visum, per auditum, per odoratum, per gustum, per tactum, & gressum deliquisti. Hæc *Suarez, & Poßeu.cap.*9.*num.*19.*Bonac.disp.*7.*q.*2.*pun.*4.*num.* 5. *Eman.Sà verbo Extrema Vnctio,nu.* 16.*in Addit. Victorell.*& alij quamplurimi. Suar. Posseu. Bonac. Eman. Sà.

Qui verò non vult vti hoc modo,faciat secundũ communem vsum,& dum dubitat, an viuat, dicat sub conditione,*si adhuc viuis,* &c.*Possen.cap.*9.*num.* 19. sed melius est in extrema necessitate adhærere sententiæ Suarez.

Dub.15. An necessitate Sacramenti, sit necesse vngere vtrumque organum vnius sẽsus,v.g. vtrumque oculum,vtramque manum,&c.

Respondetur negatiuè, quia significatio huius Sacramenti saluatur per vnctionem vnius organi; de necessitate verò præcepti (extra casum necessitatis)seruanda est locorum consuetudo. *Bonac.disp.* 7.*q.*5.*punct.*5.*n.*21.*Suar.disp.*44.*sect.*2.& alij. Bonacin. Suarez.

Dub. 16. An hoc Sacramentum conferat gratiam in quinta vnctione quinti organi.

Respondetur affirmatiuè, ita vt, si obex peccati tollatur ante quintam vnctionem, gratiam consequatur infirmus peracta quinta vnctione. *Victorel. in Addit. ad Eman. Sà, n. 16. cum Bonac. disp. 7. q. 5. pun. 6. n. 2. & 3.* & alij communiter.

Victorell. Bonac.

Dub. 17. An vngere pedes, & renes sit de necessitate Sacramenti.

Respondetur negatiuè, immò vnctio in renibus, in fœminis penitus omittenda est. *Bonac. disp. 7. q. 5. pun. 5. n. 18. Posseu. cap. 9.* & communis.

Bonac. Posseuin.

Dub. 18. An Sacerdos vngi debeat in palma manus.

Respondetur negatiuè, sed supra manum, quia semel in susceptione ordinis Sacerdotalis fuit inunctus in palma. *Posseu. cap. 9. nu. 15. Bonac. cit. n. 19.* & communis.

Posseuin. Bonac.

Dub. 19. An necessariò sit seruandus aliquis ordo in vngendis quinque sensibus.

Respondetur negatiuè, necessitate Sacramenti, sed tantum necessitate præcepti; certè imminente periculo mortis, quando periculum esset in mora, ne infirmus decedat absque hoc Sacramento, poterit Sacerdos incipere vnctiones ab illo sensu magis exposito ad vngendum. *Suar. disp. 39. sect. 2. num. 9. Posseu. cap. 9. n. 14. Bonac disp. 7. q. vnica, pun. 6. n. 20.* & communis.

Suarez. Posseuin. Bonac.

Dub. 20. An cæcus à natiuitate, vel mutilatus sit vngendus.

Respondetur affirmatiuè, nam licet cæcus per visum non peccauerit, ob concupiscentiam tamen

il-

illius organi, vel per internam visionem peccauit, vel peccare potuit, ita etiam de surdo à natiuitate; mutilatus verò, ad partes propinquiores illius mẽbri vngendus est. *Tolet.lib.7.cap.3.n.4.ex D.Thom. in suppl.q.32.art.7.* estquè communis. Tolet. D. Thom.

Dub.21. An hoc Sacramentum iterari possit in eadem infirmitate.

Respondetur affirmatiuè, sed cum recedit, & iterum accedit periculum mortis, licet infirmus non surgat à lecto; nam tunc dicitur diuersus infirmitatis status, quoties nouum mortis periculum superuenit. *Tab. Vnctio Extrema, nu. 9.* & hoc accidere solet in diuturnis morbis, vt hydropisi, ethicia, &c. *D.Th.in suppl.q.33.art.2. Posseu.cap.9.num.18. Bonac.disp.7. q.vnica, pun.6.n.4. Syluest.eod.verb.nu.4. Tab.& Armill.eod.verb.n.9. Suar.tom.4.disp.40.sect.4.n.7. Coninc.disp.19.dub.8.n.26.* & est communis. D. Thom. Posseuin. Bonac. Sylu. Tab. Armill. Suar. Coninc.

Distantia temporis pro reiteratione istius Sacramenti (supposito nouo periculo mortis) mihi videtur illa, de qua diximus supra de reiteratione viatici dubio 2. scilicet per octo saltem dies post præcedentem vnctionem, in quo temporis spatio, verisimiliter peccare potuerit, saltem venialiter.

Dub. 22. An in necessitate Sacerdos possit ministrare hoc Sacramentum sine ministro.

Respõdetur affirmatiuè. *Tolet.lib.7.c.2.n.2. in fin.* Bonacina *disp.7.q.5.pun.6.nu.6.* qui dicit, non opus esse, dum Sacerdos hoc Sacramentum administrat, vt adsit minister ad respondendum; & Posseuinus affirmat, communiter sine ministro, hoc Sacramentũ conferri posse. *cap.9.n.11.* seruanda tamen est consuetudo loci, extra necessitatis tempus. Tolet. Bonac. Posseuin.

Dub.23. An in necessitate possint plures Sacerdotes simul hoc Sacramentum administrare.

*R*espōdetur affirmatiuè, dummodò vnusquisque suam formam proferat,& vngat locum distinctum à socio,& est communis sententia;attamen hoc minimè faciendum absque extrema necessitate; at si aliquando primus Sacerdos aliquo mortali accidēti moreretur, alius poterit supplere,vngendo tātum partes non vnctas à primo. *D.Thom.in* 4.*dist.* 23.*q.*1. *art.*1.*Syluest.verbo Vnctio loc.cit.Possеu.cap.*9.*num.*8. *Tab.eodem verb.num.*6.*Bonac.disp.*7.*q.*5.*pun.*4.*nu.*8. & alij communiter.

D. Thom. Syln. Posseu. Tab. Bonacin.

Dub.24. An simul sit proferenda forma cum applicatione materiæ in Sacramento Extremæ Vnctionis.

Respōdetur affirmatiuè,sufficit tamen,quod proferatur parum post vnctionem,vel parum antea, licet non sint simul physicè; debet tamen Sacerdos ad singulas vnctiones, nouam stuppam adhibere. *Tolet.lib.*7.*cap.*3.*in fin.* est communis.

Tolet.

Dub.25. An peste infectis sit conferendum hoc Sacramentum.

Responsum iam est supra Practica 8.Dub. 18. & 19,circa finem, vbi locuti fuimus de viatico peste infectis administrando, ideò hic nihil iterum dicemus.

Dub.26. An peccet mortaliter Sacerdos ministrando prius hoc Sacramentum,quam Sacramentū Pœnitentiæ,vel Eucharistiæ.

*R*espondetur negatiuè,sed tantum venialiter; & ratio est, quia infirmus potest se disponere ad hoc Sacramentum per contritionem, vel saltem per at-

tri-

tritionem, nam per illud efficitur de attrito contritus. *Posseuin. infra cit.* Si verò Sacerdos hoc faceret cum causa, puta, quia infirmus amisit loquelam, & sensus; tunc nec veniale esset; immò in hoc casu tenetur hoc Sacramentum illi ministrare, & si postea ad sensus redierit, tunc ei cætera Sacramenta ministrabit. *Bonac. disp. 7. q. vnica, pun. 5. n. 15. Suar. tom. 4. disp. 44. sect. 1. Posseu. cap. 9. n. 10. Eman. Sà n. 3. D. Antonin. 3. p. tit. 14. cap. 15. §. 6.* & alij communiter.

Posseuin. Bonac. Suar. Posseu. Em. Sà. D. Anton.

Dub. 27. An omittere hoc Sacramentum sit peccatum mortale.

Respondeo distinguendo, si infirmus hoc faceret ex contemptu, vel cum scandalo, erit peccatum lethale; secus verò si ex incuria, vel ex negligẽtia, vel putando non esse ad salutem necessarium, sicut reuera non est; et ratio est, quia nullum extat præceptum obligatorium ad hoc Sacramentum suscipiendum. *Tolet. lib. 7. cap. 3. n. 3. Bonac. disp. 7. q. 5. pun. 5. nu. 10. Suar. disp. 44. sect. 1. n. 1. vsque ad 7. Coninc. tom. 2. disp. 19. dub. 10. n. 30.* & alij communiter, licèt aliqui contrarium sentiant.

Tolet. Bonacina. Suar. Coninc.

Dub. 28. An Religiosi possint licitè hoc Sacramentum administrare.

Respondetur negatiuè, cum prohibitum sit illis sub pœna excommunicationis Papæ reseruatæ, vt in Clementina 1. *de priuileg.* vt diximus supra Practica 8. de Viatico, Dub. 9. At in casu necessitatis, & cum Parochus abesset, & periculum esset in mora, tunc Regularis absque peccato (cum spe ratihabitionis, non tantum Parochi, verum etiam Episcopi, & Papæ, qui non sunt existimandi tàm inhumani, circa salutem animarum illis à Domino comenda-

ta-

Bonacina. Suar. Nauar. tarum) illud administrare poterit. *Bonac. disp. 7. q. vnica, pun. 5. n. 6. Suar. tom. 4. disp. 44. sect. 2. n. 3. Nauar. cap. 17. n. 101.* & alij ab istis citati.

Dub. 29. An Parochus teneatur festinare, seu currere tempore necessitatis pro administrãdis Sacramentis infirmo, vel illa deferre sine lumine, & alijs requisitis cæremonijs Ecclesiæ.

Respondetur, quod sufficit si festinet in Sacramẽto Eucharistiæ, sed cum decenti grauitate, debita tanto Sacramento, cum non sit de necessitate salutis; ideò nec deferendum esset sine lumine, nec sine superpelliceo, & stola; secus dicendum erit de Extrema Vnctione, quæ cum non sit Sacramẽtum, nisi in actu administrationis, poterit oleum Sanctum deferre absque lumine, & stola, & alijs cęremonijs in casu vrgenti, nec tenetur festinare, ita vt habeatur fatuus, sed sufficit properare decenter; quando verò accedit ad baptizandum, vel ad audiendã Confessionem, si periculum esset in mora, quia ista sunt Sacramenta necessaria ad salutem, debet currere, nedum festinare; & non tãtum tenetur exponere propriam reputationem, verum etiam, & propriam vitã D. Thom. Posseuin. Bonacina. pro salute animæ proximi sui, vt ait D. Thomas 2. 2. *q. 185. art. 5. Posseu. cap. 5. n. 37. & 38. Bonac. disp. 4. q. 5. pun. 2. n. 8.*

Immò, cum vrgeret necessitas pro Baptismo, & Confessione, deberet Curatus accedere etiam semiuestitus, de nocte, etiam cum magna pluuia, etiã si esset hyems aspera, horridumque Cœlum, & denique Posseuin. teneri cum periculo propriæ vitæ. *Posseu. cit. n. 36.* & est communis.

Dub. 30. An liceat in necessitate ministrare hoc

Sa-

Sacramentum sine superpelliceo, & stola.

Respondetur negatiuè. *Bonac.disp.7.q.vnica,pun.6.n.9.Suar.disp.44.sect.2.n.7.*& alij; vel saltem cum stola,quia hæc dicitur ornatus Sacerdotalis, in necessitate tantùm. *Sà Eucharist.31.Azor.lib.10.cap.28.q.12.* Bonac. Suar. Eman. Sà. Azor.

Dub.31. An Sacerdos voluendo infirmũ vngendum,si accelerarretur mors,fiat irregularis.

Respondetur negatiuè;& ratio est,quia nullum delictum commissum est; tum quia intuitu charitatis,& præter malam intentionem fecit; tum etiam quia hæc irregularitas non reperitur in iure expressa;nulla enim irregularitas incurritur, nisi sit expressa in iure,ergo,&c. *Bonac.citatus,pun.4.n.10. Sot. lib.5.de iust.quæst.1.art.9.circa medium. Posseu. cap.9.num.17.* Bonac. Sot. Posseuin.

Caueat tamen Sacerdos ab ista infirmi volutatione,quia frustra fit,cum in hoc casu possit vngere partes viciniores illius sensus,si fieri poterit, sin autem,cautè voluatur,& nulla erit irregularitas, licet casu sequatur mors. *Posseu.cit.* Posseui.

ADDITIO.

DVb.1.An Sacramentum Extremæ Vnctionis validè administretur,non sub forma deprecatiua,scilicet,*Per istam sanctam vnctionem, & suauissimam misericordiam, indulgeat tibi Deus quidquid, &c.*sed sub forma indicatiua,puta per hanc, *Ego te vngo in nomine Patris,& Filij, &c. vt aereas possis superare potestates*,vel alia simili.

Respondeo negatiuè,quia ex Christi institutione

hoc

hoc Sacramentum ſub forma deprecatiua admini-
Iacobi 5. ſtrari debet, vt patet ex illo Iacobi 5. *inducat Presbyteros, &c.* ibi, *et orent ſuper eum*, tũ quia ſub tali forma
Conc. Florentinum, & Triden. adminiſtrari debere, determinauerunt Concilium Florentinum, & Tridentinum *ſeſſ.* 14. *cap.* 1. quæ in ijs præſertim, quæ ad Sacramentorum formas, & materias declarandas pertinent, decipi nõ poſſunt.
Suar, Filiuc. Bonac. *Suar. tom. 4. diſp. 40. ſect. 3. num. 6. Filiuc. tract. 3. cap. 4. num. 80. & 81. Bonac. de Extrema Vnctione, diſp. 7. q. vnic. pun. 3. num. 3. verſ. ex quo*. Eſſet autem hæc forma deprecatiua, & valeret Sacramentum, vt ſi quis diceret, *Vngo te Oleo Sancto, & Deus tibi remittat quidquid peccaſti*, ſed tunc miniſter mortaliter peccaret, quia in re graui aberraret à communi Eccleſiæ vſu in hoc Sacramento fidelibus adminiſtrãdo; non tamen valeret Sacramentum, ſi quis diceret abſolutè, *Vngo te*, quia forma non eſſet integra,
Filiuc. Ragucc. vt dicemus dub. ſeq. *Filiuc. cit. n.* 81. *Ragucc. hic, q.* 8.

Dub. 2. An omnia verba formæ præfati Sacramẽti de neceſſitate proferri debeant, ad hoc, vt ipſum validum ſit.

Reſpondeo negatiuè, ſed hæc tantum de neceſſitate Sacramenti proferenda ſunt, nimirum, *Per iſtã vnctionẽ indulgeat tibi Deus quidquid deliquiſti*, quare illa verba, *ſanctam, & ſuam pijſſimam miſericordiã*, & illa, *per viſum, auditum, guſtum, odoratum, & tactũ*, de neceſſitate exprimi non requirunt, cum per ly, *indulgeat tibi Deus*, ſatis poſtuletur actus miſericordiæ, & per ly, *per iſtam vnctionem*, & per ly, *deliquiſti*, ſatis etiam indicetur remitti omnia peccata, quæ à quolibet ſenſu originem trahunt; de neceſſitate verò præcepti, ſi periculum non ſit in mora, hæc om-

nia

nia verba pronunciari debent, cum materia grauis sit,& non recedendum à communi Ecclesiæ vsu;leuis verò,& peccatum veniale, si vnum tantum verbum omittatur.

Quod si queras,an hoc Sacramentum validè administretur,si loco illorum verborum formæ, idest, *indulgeat tibi Deus*,dicatur,*indulgeat tibi Christus*, sanè id dici non potest,quia Iacobi 5.vbi traditur forma huius Sacramenti, dicitur, hoc Sacramentum administrari debere in nomine Domini .s. Dei, prout patet ex illis verbis formæ, ibi, *Vngentes eum oleo in nomine Domini*,quod verbum *Domini*, seu *Dei*,est aptum significare tres personas diuinas, vt mox infra explicabimus,at nomen *Christi*,vnam tantū personam diuinam significat, & ideo substituendo loco illius verbi *Deus* nomen *Christi*, variaretur substantialiter significatum formæ huius Sacramenti, & consequenter verba formæ,gratiam causare non possent,& sic Sacramentum esset nullum; Secus verò,si loco illorum verborum *indulgeat tibi Deus*, dicatur,*indulgeat tibi Pater*,*et Filius*, *&* *Spiritus Sāctus*, quia per hoc non variaretur substantialiter sensus dictæ formæ, proindequè Sacramentum validum esset,siquidem id,quod significaret implicitè Deus, *significaretur* explicitè per illa verba, *Pater*, *&* *Filius*, *&* *Spiritus Sanctus*, Deus enim significat habens naturam diuinam, habens autem naturam diuinam,est Pater, Filius, & Spiritus Sanctus, sed Sacerdos id agens (præciso scandalo,nimirum si ibi adessent personæ,quæ coniectarent, talem verborū mutationem, ipsum ex sua peruicacia, & Ecclesiæ institutum paruifaciendo agere, idquè ipse aduer- Iacob. 5.

teret) venialiter peccaret, quãdoquidem à Ritu Ecclesiæ quoad administrationem huius Sacramenti in re leui, vnum ſcilicet formæ verbum variando, aberraret. *Reginald. lib. 28. num. 56. Filiuc. tract. 3. nu.* 83. 84. & 85. *Bonac. de Extrem. Vnct. diſp. 7. punct.* 3. *num.* 4.

[R]eginald.
[F]iliuc.
[B]onac.

Dub. 3. An præciſa neceſſitate, omittere in administratione huius Sacramenti orationes, quę ab Ecclesia præſcribuntur, ſit mortale.

Reſpondeo negatiuè, ſi loquamur de ſeptẽ Pſalmis pœnitentialibus, quia illos recitare non videtur eſſe vſu receptũ; tum quia Sacerdotes timoratæ conſcientiæ, huiuſmodi Pſalmos ſine vllo ſcrupulo prætermittunt; tum quia in aliquibus *R*itualibus, nõ à Sacerdote, ſed ab aſtantibus recitari præſcribuntur; Si verò loquamur de alijs orationibus, eſt mortale, ſi magna eorum pars omittatur, cum hoc non ſit ſe conformare communi Eccleſiæ vſui in re graui. *Poſſeu. de Extrema Vnct. num.* 20. *Zambranus de casibus articuli mortis, cap.* 5. *in princip. n.* 10. *Auguſt. Barboſ. de off. Parochi, cap.* 21. *n.* 39. & 40.

[P]oſſeuin.
[Z]ambran.
[B]arboſ.

Dub. 4. An hoc Sacramentum validè adminiſtretur abſque inuocatione Sãctiſſimæ Trinitatis, omittendo ſcilicet ly, *in nomine* Patris, & *Filij*, & *Spiritus Sancti.*

Reſpondeo affirmatiuè, cum hoc in verbis formæ à Chriſto Domino *Iacobi* 5. inſtitutæ nullo modo contineatur, nec talis inuocatio ad formæ verificationem neceſſaria ſit; imò nec etiam venialiter peccat, qui illam in adminiſtratione omittit, cum nequidem de præcepto requiratur; & quamuis alicubi adeſſet conſuetudo adiiciendi formæ talem inuo-

[Ia]cobi 5.

uocationem,tamen præciso scandalo,puto non esse mortale illam omittere , quia materia esset leuis, quandoquidem ob solam deuotionem, & ad superabundantiam introducta videtur. Nec obstat locus Iacobi 5.vbi assignatur forma huius Sacramenti, in qua tale Sacramentum cum inuocatione Sanctissimæ Trinitatis administrari debere, ostendi videtur per illa verba,ibi,*Vngentes eum oleo in nomine Domini*;nam respondeo,satis, superquè verificari verba formę huiusmodi Sacramēti,ipsumquè cum Domini inuocatione conferri,cum in organorum infirmi vnctione dicitur, *Per istam sanctam vnctionem , &c. indulgeat tibi Deus quidquid,&c.* & hoc modo per ly, *indulgeat tibi Deus* , hoc Sacramentum cum inuocatione Domini administrari dicitur , absque eo, quod in fine prolationis formæ dicatur , *in nomine Patris,& Filij, et Spiritus Sancti Coninc.de Extrema Vnct.disp.19.dub.4.n.15. Franciscus Pitignanus, dist. 23.q.vnica,art.4.ad fin. Candidus to.2.disq.24.dub.2.* Coninc. Pitign. Candidus.

Dub.5.An ad valorem huius Sacramenti, infirmus in forma crucis iniungi debeat.

Respondeo negatiuè,cum hoc, neque ex verbis formæ,neque ex scripturis,neque ex Concilijs colligi possit;ex consuetudine tamen ita faciendum, quam etiam consuetudinem supponit Rituale Romanum , in titulo *De Sacramento Extremæ Vnctionis*, cum dicit,*intincto pollice in Oleo Sancto,in modum Crucis vngit infirmum*, quæ sanè sub veniali tantùm obligat,cum materia leuis sit,nisi fortè accidat casus,quod hæc consuetudo seruari non posit, vt cū periculum est in mora ,ne infirmum per modum Crucis inungendo,is interim sine huius Sacramē-

ti administratione moriatur, tunc enim hæc impotentia prefatam consuetudinem seruandi, à venialis incursu, ratione Dubio 3.4.& 6. Practicæ octauę, De sumptione cibi corporalis adducta, excusat. *Suar. to. disp. 40. sect. 2. n. 3. Dian. 3. par. tract. 4. resol. 168. vers. notandum est, Zambran. de casibus art. mort. c. 5. n. 22.*

Suar. Diana. Zambran.

Dub; 6. An pro validitate huius Sacramenti cum periculum est in mora, omnes quinque sensus necessariò inungi debeant.

Respondeo hoc esse hinc inde probabile, quamuis Doctores communiter asserant, sentētiam affirmatiuam esse tutiorem. *Coninc. disp. 19 de Extrema Vnctione, dub. 6. vers. hinc sequitur, Didacus Nugnus, 3. par. quæst. 32. art. 6. Dian. 3. p. tract. 4. resol. 168. vers. sed ego*, sed fortè pro contraria sententia facit, quod hoc ex huius Sacramenti institutione non constat, & alioqui sufficit, quod materia, scilicet vnctio applicetur realiter infirmo, qui per omnes quinque sensus peccare potuit, ad hoc, vt forma, quę profertur verificari queat; in quo casu per designationem, & contactum vnius sensus, cum prolatione verborum, omnes alij quatuor sensus, qui tunc exprimuntur, moraliter designati, ac contacti cēsentur; Et patet ad sensum, si quis enim, organum vnius sensus, videlicet oculum tangendo diceret, *per li cinque sensi del corpo l'huomo pecca*, verè omnes alios quatuor sensus moraliter designare diceretur; ergo ita etiam dicendum in casu nostro; nec ad verificationem formæ requiritur designatio physica omnium quinque sensuum, vt patet de baptismo, in quo sufficit designare physicè vnam corporis partem, puta caput, scapulæ, &c. qua physicè designata, nimirùm

Coninc. Nugn. Diana.

per

per aquæ ablutionem, omnes aliæ corporis partes moraliter designatæ, seu ablutæ, ac proinde totus homo moraliter ablutus iudicatur, ita vt verissima sit illa formæ prolatio, nimirum, *Ego te baptizo, id est ego te lauo. Syluius in 3 p. q. 32. art. 7. Chapeauill. de Sacram. cap. 5. q. 30. Coninc. cit. dub. 3. vers. tertio quia.* Syl̃u. Chapeauil. Coninc.

Dub. 7. An sit mortale in organorum vnctione ordinem non seruare, id est vngendo primo gustum, & postea visum, prius tactum, & postea auditum, &c.

Respondeo, præcisa vrgenti necessitate, & occasione id faciendi, vt tempore pestis, &c. in quo organum magis expositum vngere licet, fortè non esse mortale, si vnius tantum organi vnctio, alteri præponatur, vel postponatur, cum hoc grauis materia nequaquam appareat; mortale verò, si ordo totaliter peruertatur; tunc enim materia grauis censeretur, & alioqui à communi Ecclesiæ vsu in re graui recedere, est lethale. *Barbos. de potestate Parochi, cap. 22. n. 28. Posseu. de Extrema Vnctione, cap. 9. n. 14. Reginal. lib. 28. n. 53.* Barbos. Posseuin. Reginald.

Dub. 8. An vnctio in renibus, & pedibus sub mortali fieri debeat.

Respondeo, in hoc obseruandam esse consuetudinem loci, iuxta quem sensum, prout explicant Doctores loquutum fuit Concilium Florentinum, asserens has partes etiam inungi debere. *Henriqu. lib. 3. cap. 12. n. 2. Sotus in 4. dist. 23. q. vlt. art. vlt. Bonac. de Extrema Vnctione, disp. 7. punct. 5. n. 18.* Verum vnctio in vmbilico, & in renibus in fœminis, propter honestatem, & in Religiosis in renibus absolutè omitti debet, cum consuetudo contra honestatem sit potius corruptela, quæ vim obligandi habere non Henriq. Sot. Bonac.

po-

Possèu. Bellarm. Pitign. Barbos.

potest. *Posseuinus de Extrema Vnctione, n. 15. Bellar. tom. 3. de Extrema Vnct. lib. vnic. cap. 10. ad fin. Pitign. dist. 23. q. vnic. art. 6. dub. 2. Barbos. de off. Parochi, cap. 22. num. 29.*

Dub. 9. Si infirmus inter vngendū moriatur, quid tunc minister facere debet?

Respondeo, debere ab vnctione, ac formæ prolatione cessare; nam infirmus non est amplius capax Sacramenti, ex eo quia non est viuus; quod si dubitet, an sit viuus, vngat sub conditione mente retentio, si. s. is sit viuus, & Sacramenti capax. *Vgolinus de off. Episcopi, cap. 15. §. 9. n. 2. Barbos. de off. Parochi, cap. 22. n. 23.*

Vgolin. Barbos.

Dub. 10. An minister huius Sacramenti, si omnibus quinque sensibus inunctis, vnicam tantum formam proferat, vel è contra, vt si dicat, *Per istam sanctam vnctionem, &c. indulgeat tibi Deus quidquid per visum, auditum, gustum, odoratum, et tactum deliquisti,* talis Sacramenti administratio valida sit.

Respondeo affirmatiuè, cum sensus formæ adhuc verè saluetur, & subsistat, sed pręcisa necessitate, puta cum laboratur penuria temporis, vel si Sacramētum administretur in loco cōtagij, &c. minister mortaliter peccat, ratione qua supra dubio septimo. *Posseuin. de extrema vnctione, cap. 9. nu. 15. Suarez in 3. p. tom. 4. disp. 41. sect. 2. n. 7. & 8. Dian. 3. p. tract. 4. resol. 168. vers. sed ego.*

Posseui. Suar. Diana.

Dub. 11. An sit mortale tēpore necessitatis, hoc Sacramentum, saltem sine stola administrare, cum haberi simpliciter nequit, & alioqui periculum vrget.

Respondeo negatiuè, nam pia Mater Ecclesia in

hoc

ıoc præcepto,cum Ecclesiasticum sit,tacitè dispé-
are censetur,ne infirmus fructu huius Sacramenti,
unc temporis maximè congruentis careat. *Layma-
us lib. 5.tract. 8.cap. 8.n. 1.* Layman.

Dub. 12. Si per tempus non liceat dare infirmo,
ıisi vnum tantum Sacramentum,videlicet, vel pœ-
ıitentiæ,vel Eucharistiæ, quodnam potius illi con-
erendum?

Respondeo,si infirmus existat in mortali, illi po-
ius Sacramentum pœnitentiæ cõferri debere, quia
apsis in mortale post baptismum,hoc Sacramẽtum
st simpliciter,saltem in voto,cum Confessarius ab-
st,ad salutem necessarium, ex Tridentino *sess.* 14. Conc. Tri.
ap. 15 *.de Sacram. pœniten.* & ibidem *canone 6.* nõ sic
utem Eucharistia,vt dictum est supra in Additione
d Practicam 8. Dubio 28. sin minus,illi Eucharistia
onferri debet, quia tunc Sacramentum pœniten-
iæ non est infirmo necessarium,neque de iure diui-
io,neque de iure positiuo; Eucharistia verò est illi
ıecessaria,illa necessitate iam supra in eadem Addi-
ione Dubio 1. à nobis explicata.

Dub. 13. An sit absolutè verum id, quod supra
sserit Auctor dub. 26. scilicet, Sacerdotem nõ pec-
are mortaliter administrando prius Sacramentum
Extremæ Vnctionis,quàm Pœnitentiæ, & Eucha-
istiæ.

Respondeo,id citrà mortale fieri non posse. Pri-
nò,si in huiusmodi Sacramentorum inordinatione
candalum astantibus exhibeatur. Secundò,si infir-
nus sit in mortali,& contritionem habere non pos-
it,vel possit, sed periculum sit in mora, ne Sacra-
nentum pœnitentiæ postea recipere queat,ratione

qua

qua supra dubio 12. Tertiò, si Eucharistiam nõdum susceperit, & per tempus deinde illam sumere non liceat, cum Sacramentum Eucharistiæ in articulo mortis sit de necessitate, vt diximus in Additione ad Practicam 8. dubio 1. & etiam sit de iure diuino, ex illo Ioannis 6. si infirmus in ætate legitima constitutus, semel saltem in vita illud non susceperit; Sacramentum verò Extremæ Vnctionis non est de præcepto, res autem de præcepto, præferri debet illi de consilio; Id tamen etiam in his casibus citra mortale fieri potest, quando scilicet infirmus vomitum patitur, & ita repente, morbo præuenitur, vt signa contritionis non dederit, nec de facto dare possit, modò in hoc vltimo casu, infirmus in bono statu decedere supponatur, alioqui pro hoc Sacramento recipiendo, virtualiter saltem dispositus non censetur. *Acta Ecclesiæ Mediolanen. par. 4. de Sacrament. Extrem. vnct. §. quæ præparatio. Posseuin. cap. 9. nu.* 10. *Bonac. de Extrema Vnctione, disp. 7. q. vnica, punct.* 5. *num.* 15.

Ioan. 6.

Acta Eccl. Mediolan. Posseuin. Bonac.

Dub. 14. An Sacerdos hoc Sacramentum sub mortali administrare teneatur.

Respondeo affirmatiuè, si infirmus alia Sacramẽta recipere minimè valeat, vt in vltimo casu dubio præcedenti proposito dictum fuit; quod quidẽ procedit, tàm quoad Parochos, quàm quoad simplices Sacerdotes, cùm tunc infirmus in extrema necessitate salutis spiritualis constitutus censeatur, facilè enim accidere potest, vt is in mortali inueniatur, fiatquè per hoc Sacramentum de attrito, contritus, & saluetur, qui alias sine tali Sacramento minimè saluaretur, vt in simili de Eucharistia dictum est su-

pra in Additione ad Practicam 8. Dubio 29. quia omnia alia Sacramenta viuorum, cuiusmodi est etiã Extremæ Vnctionis Sacramentum, cum sola attritione bona fide suscepta, conferunt primam gratiam, ac per accidens peccata mortalia delent. Si verò loquamur in alijs casibus, in quibus infirmus alia Sacramenta suscipere potest, responsio, etiam quoad simplices Sacerdotes, patet ex dictis supra in Additione ad eandem Practicam 8. Dubio 5. qui profectò cum ex charitate ad hoc solummodò teneantur, si tunc infirmis tale Sacramentum administrare omittant, haud mortaliter peccant, etiam si absque graui incommodo id agere queant; cum in tali casu, infirmi in graui necessitate constituti minimè reputentur, ex eo quia nullum graue præceptum ad hoc tunc obligans, eos astringat; nec vlla consuetudo, sub mortali illud recipiendi introducta videatur, eo vel maximè quia, si huiusmodi Sacramentum prætermittatur, fideles non valdè de hoc scandalizantur, seù contristantur, sicut de Sacramẽto pœnitentiæ v.g. vel Eucharistiæ; nec ex alia parte huiusmodi Sacerdotes, profectui spirituali proximi ex officio inuigilare, ac cooperari sub graui obligatione tenentur, vt dubio mox citato de Parochis dictum fuit. Verùm si hoc sine notabli eorum incõmodo præstare queant, idq; agere omittant, profectò venialiter peccant, quia citrà vllius præcepti transgressionem (cum pro hoc Sacramento in casu mortis administrando, & Parochus (ipso absente) consentire, & pia Mater Ecclesia, omne præceptum in contrarium suspendere censeatur) & consequenter absque graui ipsorum incõmodo, proximo aliqua-

Coninc. Suar. liter iuuare possunt, & negligunt. *Coninch. tom. 2. disp.* 20. *num.* 31. *conc.* 2. *&* 3. *Suar. disp.* 44. *sect.* 2. *&* 3. *&* *n.* 27. *vers. in necessitate tamen.*

Dub. 15. An Sacerdos vti validè possit oleo non benedicto consueta Ecclesiæ benedictione, sed alia benedictione ad libitum Episcopi, quęcunque illa sit.

Cóc. Flor. & Triden. Respondeo affirmatiuè, nam ex Concilio Florentino in instructione Armenorum, & Tridentino *sess.* 14. *de Extrema Vnctione, cap.* 1. materia huius Sacramenti est oleum ab Episcopo benedictum, ergo quæcunque Episcopi benedictio sufficiet; secus verò dic, si oleum ad alium finem ab Episcopo benedicatur, vt si sit oleum Cathecumenorum, &c. tunc enim cum sit benedictum ad alium finem, quam pro Sacramento Extremæ Vnctionis, consequenter pro materia huius Sacramenti omninò excluditur, ac vti benedictum non censetur, idquè pręfata Concilia supponere videntur, dum dicunt, debere esse oleum ab Episcopo benedictum, idest ad hunc finē benedictum; an verò Episcopus hanc benedictionē capitalem faciens, non se conformando formæ ab Ecclesia præscriptæ, mortaliter peccet, dic vt supra dubio 2. Bonac. Reginald. *Bonacina de Extrema Vnct. disp.* 7. *q. vnic. punct.* 2. *n.* 4. *&* 5. *Reginald. lib.* 28. *n.* 50.

Dub. 16. An Diaconus, vel Subdiaconus, saltem de licentia Papæ hoc Sacramentum administrare possint.

Respondeo negatiuè, cum Papa in ijs, quæ sunt de iure diuino, dispensare non possit; de iure autem diuino est, vt hoc Sacramentum, solum à Sacerdote administretur, vt patet ex illo Iacob. 5. *Iacobi* 5. *inducat Presby-*

sby-

sbyteros, & orent super eum, idquè satis explicat Tridentinum *sess.14.cap.1.& 3.de Extrema Vnctione*, *Nugnus 3.p.q.2.art.1.Reginald.lib.28.n.60.* & alij *cū S.Thom.ibid.q.31.art.2.* Conc. Tri. Nugn. Reginald. D. Thom.

Dub.17. An Regulares hoc Sacramentum secularibus eorum Monasterijs inseruientibus, ac continuis commensalibus, citrà excommunicationis, in Clementina 1.*Religiosi, de priuileg.& excessib.priuileg.* contentæ, ac Papæ reseruatæ incursum, sine licentia Parochi administrare possint.

Respondeo affirmatiuè, prout in simili quoad Sacramentum pœnitētiæ in Additione ad Practicam 4.dub.22.*cum Diana, Portel.&c.* ibi citatis dictum fuit, quibus adde Barbosam *ex Bonac. de off. Parochi, cap.20.num.12.ante vers.animaduertant*, loquentem generaliter de omnibus Sacramentis; Item Hieronymum Rodriquez *resol.65.num.1.* id etiam extendentem, ex concessione multorum Pontificum, ad seculares non inseruientes, quos in Monasterijs infirmari, & curari accidit; Idem ex concessione Eugenij IV. præstare etiam posse Fratres minores, quoad pauperes seculares, in suis Hospitalibus, asserit Barbosa *in Collect.Doctorum, super Trid.sess.23.de Sacramen. pœnit.num.3.* Diana. Portel. Barbos. Bonac. Rodriq. Eugen.IV. Barbos.

Dub. 18. An Regulares, excommunicationem huius Clementinæ incurrant, si Extremā Vnctionem, Religiosis alterius Ordinis, absque licētia suorum Superiorum, vel Parochi loci, vbi sitū est Monasterium ministrent.

Respondeo negatiuè, cum textus de administratione quoad clericos, vel laicos solummodo loquatur, ibi, *qui Clericis, aut laicis Sacramentum Vnctionis*

Caiet. Sayr. *Extremę, vel Eucharistiæ ministrare, &c. Caietan. verb. excomm. cap. 64. Sayr. lib. 3. cap. 29. num. 28.*

Dub. 19. An Regulares extra articulum mortis, hoc Sacramentum absque licẽtia Parochi ficté administrantes, ideſt ſine intentione conficiendi Sacramentum, præfatæ Clementinæ excommunicationem contrahant.

Reſpondeo affirmatiuè, nam Summus Pontifex, actionem illam externã alterius iuriſdictionis vſurpatiuam, vt ſic, prohibere intendit, quidquid ſit, an illa in foro interiori ſubſiſtat, cum prohibeat actionem, non propter iuris effectum, ſed propter prauũ operantis affectum; clarius quoad hanc doctrinam, vide infra in Additione ad Practicam 3. Appendicis poſthumæ dub. 10. *Bonac. tom. 3. de cenſur. in part. diſp. 2. quæſt. 9. punct. 5. num. 26. cum Syluestro, Suarez, &c.* Bonac. Syluest. Suar.

Dub. 20. An id præſtans Nouitius Sacerdos ſine huiuſmodi licentia, hanc excommunicationem incurrat.

Reſpondeo negatiuè, cum textus de Religioſis abſolutè loquatur, & Nouitij, Religioſorum nomine in pœnalibus minimè veniunt. *Filiuc. tract. 15. cap. 8. num. 185. cum Suar. Barboſ. de appell. verb. Religioſus, n. 21. & ſeq.* Filiuc. Suarez. Barboſ.

Dub. 21. An Sacerdos ſecularis adminiſtrãs hoc Sacramentum ſine licentia Parochi, prędicta excõmunicatione irretiatur.

Reſpondeo negatiuè, nam præfata Clementina, de Religioſis tantum loquitur, ibi, *Religioſi, qui clericis, aut laicis Sacramentum Vnctionis Extremæ, &c.*

Dub. 22. An Regularis Parochus hoc Sacramẽ-

tum

tum suis Parochianis administrans, huiusmodi Clementinæ censuram incurrat.

Respondeo negatiuè, quia Summus Pontifex id prohibet, ne Parochorum iurisdictiones vsurpẽtur; hic autem nullius iurisdictionem sibi vsurpat, sed propriam exercet. *Suar. de censur. disp. 22. sect. 4. num. 15. Syluester verb. excomm. 7. num. 31. Bonac. sup. dub. 19. cit. n. 29.* Suar. Sylu. Bonac.

Dub. 23. An id pręstans Regularis non Parochus sub ratihabitione proprij Parochi, vel cum ignorãtia huius prohibitionis crassa, seu affectata, hac censura afficiatur.

Respondeo negatiuè, quia hæc excommunicatio fertur contra præsumentes, qui autem aliquid ignoranter, vel cum ratihabitione facit, non dicitur præsumere; vide supra in Additione ad Practicam 5. dub. 7. *De sumptione cibi corporalis. Caiet. verb. excom. cap. 64. Sot. in 4. dist. 23. q. 2. art. 1. Filiuc. tract. 4. n. 261. vers. in qua, Regin. lib. 28. n. 61. vers. de qua.* Caiet. Sot. Filiuc. Reginald.

Dub. 24. Quinam sint effectus huius Sacramẽti.

Respondeo esse; *Primò*, dare augmentum gratiæ. *Secundò*, reliquias peccatorum tollere, idest tollere peccata venialia, si de illis complacentia absit, & mortalia etiam post vltimam confessionem, vel cõmunionem commissa, & inculpabiliter oblita, vel per præcedentes confessiones non remissa, vtpotè nullas, idquè à pœnitente inuincibiliter ignoretur; patet ex illo Iacobi 5. & ex Tridentino *sess. 14. de Extrema Vnctione, cap. 2.* ibi, *si qua sunt expianda, &c. abstergit;* Et ideò hoc Sacramentum ibidem in initio tituli *De Extrema Vnctione*, capitulo *Visum est*, dicitur esse pęnitentiæ consumatiuum, non quia alia Iacobi 5. Conc. Tri.

Sa-

Sacramenta viuorum bona fide cum peccato mortali suscepta non faciant etiam de attrito, contritũ, sed quia tale Sacramentum est vltimum, quod id præstat. Verùm, hoc totum intelligitur, modò pęnitens in his casibus, dum Sacramentum recipit, attritionem de suis peccatis in communi saltem, habeat, alias non posset fieri per Sacramentum, de attrito, contritus, cuius rei explicationem, clarius vide supra dubio 14. *Tertiò*, dare fiduciam de diuina misericordia. *Quartò*, dare vires ad resistendum dęmonũ tentationibus pro tunc occurrentibus. *Quintò*, dare robur contra morbi incommoda, impertiẽdo patientiam, & tolerantiam omnium malorum, ex illo Iacobi 5. *& alleuiabit eum Dominus*. *Sextò*, tollere pęnas peccatis debitas iuxta suscipientis dispositionem. *Septimò*, dare robur contra fomitem, & prauos habitus. *Octauò*, dare etiam infirmo salutem corporalem, si ipsius animę expediat, prout patet ex eodem loco Iacobi 5. ibi, *& oratio fidei saluabit infirmum*. Non verò imprimere in anima infirmi characterem. *Vltimò*, & per hæc omnia, animam ad gloriam consequendam etiam disponere; Et ratio istorũ est, quia hoc Sacramentum pro solis infirmis in extremis laborantibus institutum est, ergo omnes illos effectus eisdem tribuet, qui pro eorum necessitatibus tunc temporis occurrentibus subleuandis necessarij sunt, & ad ipsorum vtilitatem conducunt, cuiusmodi sunt omnes præenarrati effectus, alias nõ sufficienter Deus per hoc Sacramentum infirmis prouidisset, quod dici nullatenus potest. *Trident. sup. cit. Henriq. de Extrem. Vnct. lib. 3. cap. 9. Filiuc. ferè ex Suar. tract. 3. cap. 6. n. 121. 122. & seqq. Aegidius de*

Iacobi 5.
Iacobi 5.
Tridentin.
Henriq.
Filiuc.
Suar.

Co-

Coninc. to.2.disp.19.dub.5.per tot.& alij apud ipſos. Coninc.

Dub.25.An mutis,& ſurdis à natiuitate,cũ morbo mortis periculoſo infirmantur,Extremę Vnctionis Sacramentum adminiſtrandum ſit;Et quid dicẽdum quoad hoc de ſurdis, mutis , & cœcis à natiuitate.

Reſpondeo ad primum affirmatiuè, ſi ſint adulti, ſcilicet ætatem ſeptem annorum excedant,hocquè Sacramentum ſibi conferri annuant,per hoc.ſ.quod illud alijs fidelibus adminiſtrari viderint , vel quia Sacramẽtorum notitiam per ſigna prius à Parocho acceperint , vel & ſi id nequeant, ſecundum Henriquez *lib.3.c.13.n.1.Zambran.c.5.dub.2.n.4.Raguc. de Extr.Vnct.quæsit.12.*& alios,antea benè,& chriſtianè vixerint;etenim fatentur hi , quod vnuſquiſq; fidelis benè,& chriſtianè viuendo , hoc Sacramentum pro loco,& tempore ſibi dandum tacitè petere cenſetur;& modo etiam in mortali,quod ſciatur, in morbum non inciderint,& poſt peccatum,pœnitentiæ , ſeu contritionis ſigna non dederint, nec illa in infirmitate dare poſſint, tunc enim adminiſtraretur Sacramentum viuorum,vt eſt hoc , quod ſupponit ſubiectum illud recepturum, viuum vita ſpirituali,ſcilicet in gratia,& non in mortali exiſtens,indignis,quod citra mortale , & Sacramenti inualiditate,ſi interius ſaltem hi nullum dolorem de peccato commiſſo elicuiſſent, quem bona fide,contritionem,ſi fortè talis in ſe nõ eſſet,putarent,fieri nequit, quem ſi elicuiſſent,talemque eum eſſe bona fide exiſtimarent,Sacramentum prout infra probabitur, validum foret,eiſquè lethale remitteret, licet miniſter,ratione iam dicta,mortaliter peccaret; ſi verò

Henriqu. Zambran. Raguc.

ta-

tales,contritionis signa in ipso morbo dare valeāt, absoluendi prius à peccatis sunt,& postea ad huiusmodi Sacramenti petitionem, si id signis explicare possint, inducendi, eisquè deinde Extremæ Vnctionis Sacramentum administrari debet; Quod si contritionis signa in morbo dare nequeant,sed ante illum dederint,quia inueniuntur in articulo mortis,in quo absolutio à mortalibus obtinenda est, & pœnitentiæ signa dederunt,absoluēdi sunt à mortali,cum quo in morbum inciderunt sub conditione mente retenta, si scilicet in illa bona dispositione, quam cum talia signa dederunt,habebant,inueniātur;& si fortè aliqua censura irretiti existerent, ante absolutionē à peccatis,illius absolutio præmitti debet, & post hæc, Sacra Vnctione inungendi sunt.

Quod si quæras, An Extremæ Vnctionis Sacramenti susceptor,si post vltimam confessionem in mortale labatur, illudquè, nec confiteri, nec de eo contritionis signa dare queat, vt illius absolutionē obtinere posset, sed attritionem dumtaxat de illo interius habeat, tale Sacramentum recipiendo, ei huiusmodi peccatū remittatur, & sic saluus fiat;certè remittitur,si bona fide suam attritionem, contritionem esse existimet;attritio enim,bona fide putata contritio,pro omnium Sacramentorum viuorum receptione,& valida,& licita sufficit;secus si eam talem esse non iudicet, illamquè sufficientem pro Sacramento recipiendo dispositionem esse nō putet,nisi fortè decipiatur,& attritio, contritio realiter sit,dummodo Deo se cōmendet, & de sua spirituali salute,& æterna gloria non desperet. *Coninc. tom.2.disp.19.dub.5.n.20.Suar.to.4.in 3.par.disp.41.*

sect.1.

oninc.
uar.

sect.1.num.19.& disp.42.D.Thom.in 4.sent.dist. 23. *q.1.art.2.in Responsione ad secundum.* D. Thom.

Respondeo ad secundum negatiuè, quandoquidem tales, vti pueri vsu rationis carẽtes, quibus hoc Sacramentum conferri nequit, reputantur; præsertim quia, elapso septennio, quo tempore communiter rationis radius illucescit, nec expressè, nec tacitè (cũ de christianæ fidei obseruãtia edoceri nõ valeant) Sacramentũ hoc petere possunt; quod tamen ex supra assertis, ad hoc vt illis licitè, & validè administrari queat, omnino requiritur; etenim adulti, ad hoc vt eis licitè, & validè Sacramẽta administrari possint, ea tacitè, vel expressè petere debent; nam cum eis per Sacramenta conferatur, vel simpliciter gratia, per quam ad Dei amicitiam admittuntur, vt per Sacramenta mortuorum, baptismi scilicet, & pœnitentiæ, vel augmentum gratiæ, per quam ad maiorem Dei amicitiam assumuntur, vt per Sacramenta viuorum, nimirum per alia Sacramenta præter prædicta, & etiam per Sacramentum pœnitẽtiæ, si recipiatur ab eo, qui mortale non habet, & Dei gratia, seu amicitia sit quid inhærens homini, consequenter repugnat ex natura rei, vt aliquis ad Dei amicitiam, vel ad maiorem amicitiam admittatur. nisi id ipse, qui ad hoc assumendus est velit; repugnat enim ex natura rei, quod Deus velit aliquem sibi gratũ, & amicũ, vel magis amicum facere, nisi is velit Dei gratiam, vel maiorẽ gratiam acceptare (nam amicitia inter Deum, & hominem est correlatiua, & non potest dari in vno, & non in alio) quod cum per Sacramentorum susceptionẽ, per quæ Dei gratia confertur, illiusquè amicitia adipiscitur, fiat,

ſequitur, quod Sacramenta, nec licitè, nec validè conferri queant, niſi illa expreſsè, vel tacitè aliquo pacto petentibus; quod adeò verum eſt, vt in pueris cum baptizantur hoc etiam requiratur, ſed cum hi baptiſmum petere non valeant, in eis pia mater Eccleſia, cũ de Sacramento tantæ neceſſitatis agatur, ſine quo nemo Paradisũ ingredi põt (vt patet ex illo Io. 3. *v.* 5. ibi, *niſi quis, etc.*) baptiſmi petitionẽ ſupplet, pro eiſq; illũ ipſa petit, dum vt baptizentur pręcipit; At Extremæ Vnctionis Sacramentum non eſt tantæ neceſſitatis, vt dicamus, Eccleſiam illius petitionem in mutis, & ſurdis, & cęcis à natiuitate ſupplere, dum hi illud petere nõ poſſunt, eo magis, quod hoc in Eccleſia traditum non habemus.

Ioan. 3.

Dub. 26. Si Medicus ex errore iudicet alicuius infirmi morbum eſſe lethalem, ex quo, infirmo Extremæ Vnctionis Sacramentum conferatur, & realiter morbus talis non ſit, an in hoc caſu, infirmus Sacramenti conſequatur effectus.

Reſpondeo negatiuè, quia ſubiectum talis Sacramẽti capax, eſt infirmus, qui lethali afficitur morbo, prout patet ex illo Iacobi 5. ibi, *Et oratio fidei ſaluabit infirmum*, vbi loco illius verbi, *infirmum*, in lingua græca habetur, *ferè iam deficientem præ morbo.* Tum quia in Concilio Florentino definitum fuit, hoc Sacramentum nonniſi ijs, qui ad mortem infirmantur, dandum eſſe, ibi, *hoc Sacramentum niſi infirmo, de cuius morte timetur dari non debet*; ergo infirmi, qui infirmitate mortis periculoſa laborant ſolummodo ſunt talis Sacramenti capaces, præſertim quia, cum tunc eis Eccleſia, & non ante hoc Sacramentum conferat, ſignum eſt, quod tunc, & non ante

Iacob. 5.

Cõc. Florent.

ad

ad illud recipiendum habiles redduntur, alias Ecclesia priuaret infirmos effectibus dicti Sacramenti tempore, quo essent Sacramenti capaces, illudq; sibi conferri exigerent, quod admitti non debet; ergo, si infirmis, infirmitate mortis non periculosa laborantibus Extrema Vnctio applicetur, Sacramentum inualidum erit, vtpotè subiecto illius incapaci administratum; Nec Medici apprehensio, seu error potest in subiectis apponere illam habilitatem, quam in se realiter non habent, & facere, vt infirmus, qui periculoso morbo nō laborat, & Extremæ Vnctionis capax non est, realiter periculoso morbo laboret, & huius Sacramēti capax sit; Verum tamen est, quod in morbis periculosis, vt inter alios est longa hydrops, tabes, &c. qui, quamuis nō ostendant, infirmum mortis pro tunc subire periculum, de facto tamen postea illi mortē afferunt, potest à principio cum de hoc timetur, Sacramentū hoc infirmo conferri, quia in tali casu infirmus perinde se habet, ac si à principio dubij esset morti proximus, talisquè tunc, effectus dicti Sacramenti recipiet; quòd si dubitetur, an infirmus tendat ad mortem, sub conditione mente retenta, si scilicet infirmitas sit mortis periculosa, illi hoc Sacramentum conferendum est. *Bonacina de Sacramentis, disp. 7. quaest. vnica, puncto 5. num. 5. Layman. lib. 4. tract. 8. cap. 4. nu. 4. Filiuc. tract. 3. cap. 5. num. 103. Zambranus de Extrema Vnctione, dub. 3. Petrus Sotus eodem tit. lect. 2. §. quis vero capax. Io. Bap. Lezan. tom. 3. v. Extrem. Vnct. num. 6.* Bonac. Layman. Filiuc. Zambran. Petr. Sot. Lezan.

P. D. Laurentius Cutillus.

De Irregularitate prouenienti ex mortis accelera-tione, in seruiendis infirmis.

PRACTICA X.

SOlent sępius Sacerdotes, qui morientibus assistunt, eosquè in agone adiuuant, vel ij, qui infirmis (grauescente morbo) ministrant, mortis causam dare, vel saltem accelerationis, siue potum, aut refectionem aliquam porrigendo, siue voluendo ægrotum huc, illuc, siue aliquantulum attollendo, seu alio quouis modo: quod quidem aliquando vitare non posse videtur, sine charitatis, ac miserationis præiudicio: conscientia verò ipsius, scrupulis inuoluta, irregularitatis notam incurrisse, persuadet sibi ipsi nunquam quieta, nunquam trãquilla. Propterea autem nonnulli hoc charitatis opus relinquẽtes, se ipsos eo pietatis fructu priuant, quod quidem Christus sibi factum reputat, dicens: *Quod vni ex minimis meis fecistis, mihi fecistis.* Matt.c.25

Quamobrem destituuntur aliquando infirmi, nec adest (præ tali timore) qui illos reficiat, cibet, aut saltem ad os abluendum, calicem aquæ frigidæ ministret; his autem infirmus priuatus, ac paulatim subdebilitatus, mortem facilius subit, quam alioquin non incurrisset, si refectionibus, aut cibis, statis horis, & temporibus adiutus fuisset: qui quidem, quã positiuè mortem (scrupulosè) accelerare noluerũt, eam negando (vt ita dicam) alimenta, aliaquè refocillamenta, negatiuè dedere, iuxta illud Diui Ambrosij *in cap.* Pasce, 86. *distin. Si non pauisti, occidisti.* D.Ambr.

Qui-

Quibus etiam optimè quadrat illud, quod communiter dicitur, *incidit in Scyllam, cupiens vitare Charybdim.*

Quamplurimos quoque vidi, qui vita quasi destituti, sumpta etiam Sacra, extremaquè Vnctione, ac ad mortem lassis habenis currentes, leuibus instaurati cibis, vires ipsas renouantes, conualuerunt.

Dum autem hæc scriberem, senem (Damianum Cirillum nomine) pluries visitaui, qui annum agens circiter sexagesimum quartum, Sacro Oleo iam vnctus, ac Medicorum iudicio vita penè destitutus, & cum duabus noctibus apud eum pernoctassem, cō-mendationem animæ faciens, iamquè mortem ipsā expectans, vxoris diligentia statis horis refectus, vires reassumpsit, ac tandem conualuit, & adhuc viuit optima valetudine.

Censui ergo paucos huius irregularitatis casus subnectere, ne aliqui vano illius timore affecti, infirmorum curam deserant cum graui charitatis detrimento.

Dubia aliqua circa irregularitatem ex mortis acceleratione.

DVb. 1. Quomodo appelletur hæc species irregularitatis ex acceleratione mortis infirmi, intuitu charitātis præstitæ?

Respondetur, quod dicitur irregularitas ex homicidio casuali. *Rodriq. in sum. tom.* 1. *cap.* 177. *num.* 15. *conclus.* 14. *Graff. par.* 1. *lib.* 2. *cap.* 66. *num.* 10. Rodriq. Graff.

Ta-

Tabien. *Tabiena, irregularitas 3. numero 13.* & alij.

Dub. 2. Qui contrahunt hanc irregularitatem ex acceleratione mortis infirmorum?

Respondeo, illi, qui dant operam rei illicitæ; vt sunt hi, qui nesciunt medicinam, nec facultati physicæ operam dederunt; attamen volunt mederi, appellariquè Medici, & alij reperiuntur, qui non sunt experti circa gubernium infirmorum, neque habent cognitionẽ pulsi, seu febrium; & nihilominus ægrotorum curam gerere volunt, illosquè cibare, & proprio marte medicamina præbere, & alia multa gerere, sine Medicorum mandato, seu peritorum consilio. Hi omnes, proculdubio, accelerando mortem, irregulares efficiuntur, grauiterquè peccant, quoniam dant opera rei illicitæ, dum exercent artem, quam non didicerunt, neque sciunt; & licet praua voluntas errandi, non sit in intentione, est tamen in causa, dum quod nesciunt, agunt, vel contra Medicorum ordinationem, vel absque peritorum consilio; qui enim amat periculum, peribit in illo, & irregulares fiunt, estquè communis sententia. Doctores supra citati. *Tolet. lib. 1. cap. 81. num. 4. vers. Septimo, qui absque consilio Medici, &c. Sayr. lib. 10. cap. 14. num. 4. Bonac. de censur. disp. 7. q. 4. pun. 7. num. 12.*

Tolet. Sayr. Bonacin.

Dub. 3. Quomodo possumus cognoscere, aliquẽ incurrisse huiusmodi irregularitatem?

Respondeo, inspectis duabus conditionibus, seu circunstantijs.

Prima, quod certum sit, vel satis probabile, accelerationem illam esse sequutam propter talem actionem ab ipso eodem tempore factam, nam si erit in dubio speculatiuo, potius erit dicendus scrupu-

lus,quam dubium practicum, & tunc,talem scrupulosam conscientiam deponere debet, & pro certo tenere, ex actione ab ipso facta, intuitu charitatis, nequaquam accelerationem sequutam fuisse, & sic nec etiam in foro conscientiæ irregularis erit. Ita *Speculator tit. De dispensatione* §. *Iuxta, vers. Similiter custodiens infirmum, &c. Alberic. verbo Homicidium, num.* 3. & alij. Speculat. Albericus

Secunda conditio, si ipse potuerit præuidere, ex tali actione accelerationem sequuturam, & non præuidit, vel fuit valdè negligens ad illam præuidēdam, quippè quia infirmus valdè grauiter decumbebat, & faciliter accelerationem futuram præuidere poterat, & tunc, sequuta acceleratione, irregularis erit; secus si non potuerit præuidere, tum ex bono statu infirmi, tum etiam leuitate actionis, vel ex paruitate materiæ propter illius refectionē præstitæ; altera enim istarum conditionum deficiente, non erit irregularis. *Doctores citati.*

Dub. 4. Quādo non incurritur irregularitas, licet mors sequatur.

Respondetur, quando quis circa cognitionem infirmitatum, morborum, febrium, nec nō circa ægrotorum curam est peritus, vt est Doctor in medicina; suus expertus assistēs, seu Practicus, peritus Infirmarius, & quælibet persona in tali infirmorum exercitio experta, & assueta (etiam si sit Sacerdos) isti dicuntur dare operam rei licitæ, & per consequens, facta morali diligentia, tum in medendo, tum in reficiendo, vel cibando, vel voluendo infirmum, licet acceleratio, & mors sequatur, irregulares non sunt; & hoc verum est, etiam in Medico, qui peritus in ar-

te,

te,adhibita diligentia, tamen propter medicinam à se datam,infirmus,præter intentionem moritur,non efficitur irregularis. *Tolet.lib.1.cap.81.nu.8.& n.14.* ibi, *Non enim omnia sciri possunt,nec omnis error præcaueri.Sayr.lib.7.cap.14.num.4.Rodriq.in summa 1.par. cap.177.num.15.conclus.14.Tab.irregular. 3.nu.13. Graff.par.1.lib.2.cap.66.num.10.Eman.Sà* Irregular. *ex deformitate,nu.4.post medium,Sot.lib.5.q.1.art.9. Nauar.cap.27.n.228.Angel.Homicidium,n.14.Sylu. ibid.q.15.Maiol.lib.5.cap.48.§.4.n.3.*

Tolet. Sayr. Rodriq. Tab. Graff. Eman. Sà. Sot. Nauar. Angel. Sylu. Maiol.

Immo Nauarrus apertè dicit, quando quis bona fide,& animo iuuandi facit,licet in aliquo errauerit, & sequatur mortis acceleratio,irregularem non esse. Ita *Nauar. loc.cit.* vide etiam Bonacinam dicentem, *Eum non fieri irregularem, qui aliquid infirmo tradit bona fide,vel ex præscripto periti Medici,aut quid aliquid,quod non est vetitum infirmo pro cibo, seu potu tradit,nec dubitat noxium, aut qui reuoluit infirmum in lecto,non vt citius pereat,sed vt facilius somnum, uel cibum capiat, etiamsi mors ex aliqua culpa acceleretur (modo non sit culpa lata, aut negligentia notabilis) sed adhibuerit illam diligentiam, quam communiter adhibent homines illius professionis,non est irregularis.* Hæc Bonacina *de censur.disp.7.quæst.4.punct.7.nu.12.circa finem,vers.Verum tamen est,etc.citans Suar.disp.47. sect.7.num.3.Vgolin.cap.19.§.3.*& dicit, hanc esse communem Doctorum sententiam.

Bonacin. Suar. Vgolin.

Dub. 5. An dans operam rei illicitæ, semper incurrat irregularitatem,sequuto homicidio.

Respondetur distinguendo, aut non adhibuit debitam diligentiam, vt non sequeretur mors, & sic erit irregularis (vt supra diximus dubio 2.) Et ratio

est,

est,quia fecit actionem peccaminosam,dum peccatum fuit volitum in causa,ex non adhibita diligentia;vel adhibuit debitam diligentiam,ne sequeretur mors,etiam si dabat operam rei illicitæ,non dicitur homicidium voluntarium, quia voluntarium tollitur per diligentiam factam,& per consequens tollitur peccatum,& sic irregularis non efficitur.Ita *Bonacina citatus,num.* 8. & dicit esse communem opinionem Doctorum,contra *Syluestrum,Homicid.*2.*&* *Tolet.* Bonac.

Ex hoc capite fit consequentia,de illis,qui infirmis accelerant mortem, adhibita diligentia debita præter intentionem,non effici irregulares, vt mox melius dicetur.

Dub.6.An imperitus in exercitio infirmorum, si in casu repentino,vt tempore noctis,vel in villa,vbi Medici,seu periti in arte absunt, & ipse adhibita sua possibili diligentia, & bona fide, rectaquè intentione,infirmum voluit,illiquè cibum,vel potum ad refocillandum præbet,incurrat irregularitatē,si mors acceleretur.

Respondetur negatiuè,nam ista dicitur necessitas,quæ legem non habet;nam sicut in præcedenti dubio diximus,etiam si quis daret operam rei illicitę,si adhibeat diligentiam debitam, non esse irregularem,sic iste,qui, non solum contra mādatum Medici absentis non fecit,verum etiam non habebat, quem consulere potuisset, & quidquid fecit, animo iuuandi fecit,seruata sua possibili diligentia, vt supponitur: ideò irregularitatem non incurrit, etiam sequuta mortis acceleratione; hoc colligitur ex Bonacina *de censuris,disp.*7.*quæst.*4.*punct.*7.*nu.*9. Bonac.

verſ. Secunda ſententia, &c. vbi habetur, quod dans operam rei illicitæ periculoſę homicidij, ſi adhibuerit debitam diligẽtiam ne ſequeretur, etiam ſequuto homicidio, irregularis non efficitur. Ita *Leſſ. lib. 2. cap. 9. dub. 15. Petr. Nauar. lib. 1. de reſtitut. cap. 3. num. 362. Henriq. lib. 14. cap. 15. num. 1. ex parte etiã Suar. diſp. 45. ſect. 6. num. 3.* & alij apud Bonacinã; ergo, & in caſu noſtro.

.eſſ. et. Nau. lenriq. uarez.

Dub. 7. An dans auxilium mutilationi fiat irregularis.

Reſpondeo, dantem auxilium mutilationi illicitæ, & peccaminoſæ, irregularem eſſe, nulli dubium eſt, vt communis opinio affirmat.

At dans auxilium licitæ mutilationi, abſque peccato, intuitu charitatis, nequaquam irregularis efficitur; vt qui auxilium dat Chirurgo ſecanti brachiũ, vel pedem, ad ſeruandam vitam infirmi, cum iſte ſit actus perfectæ charitatis cum intentione iuuandi. *Nauar. cap. 27. num. 118.* Ergo actio, quæ per ſe eſſet illicita, & cauſatiua irregularitatis, vt eſt auxilium mutilationi præſtare, tamen propter charitatẽ, animumquè iuuandi, fit licita, nullamquè inducens irregularitatem. Videte quanta ſit charitatis vis, rectęq; intentionis, in quibus fundari debet, qui infirmos curat, cibat, voluit, &c. vt cognoſcat, ſe ab irregularitate immunem eſſe, cùm debitam diligentiam præmiſerit.

[auar.

Dub. 8. An qui diligentiam debitã non adhibuit, & dubitat, an cauſą ſui ſequuta ſit acceleratio, quid agere debeat?

Reſpondeo, quòd cõſulat Medicos, vel viros peritos in tali exercitio infirmorũ, à quibus accipiat,

an

an illa actio fuerit causa efficax accelerationis,necnè,& consilio illorum acquiescat,nec facilè admittendi sunt scrupuli in hac materia. Ita *Bonacina de censuris,disp.7.q.4.pun.7.n.12.in fine, Vgolin.cap.19. §.3.Henriq.lib.14.cap.15.n.5.Sayr.lib.7. cap.6.n.13.* & alij. Bonac. Vgolin. Henriq.

Dub. 9. Quantum temporis spatium requiritur, vt quis dicatur peritus,siue expertus in hac cognitione infirmorum,vt possit,non tantum alijs consilium præstare,sed etiam seipsum, sua prudentia gubernare absque irregularitatis nota,si mors casu sequatur?

Respondeo,in hoc certa regula assignari nō potest,tamen Rodriquez *in summa 1.par. cap.246.n.1.* ait,quod sicut in Medico requiritur, vt sit in aliqua vniuersitate examinatus, & approbatus ad Theoricam,quæ acquiritur studio quinque annorū;& præter hoc,vt exercuerit praxim per duos annos, & sic liberè poterit curam infirmorum gerere,& adhibita diligentia debita,etiam si sequatur mortis acceleratio præter intentionem, nulla erit irregularitas; nec non alij poterunt ab ipso consilium accipere tuta conscientia,absque irregularitatis timore.*Nauarrus cap.27.n.228.*& est communis. Rodriq.

Ita etiam,& quilibet, qui prædictos septē annos in exercitio infirmorum cōsumpserit,proculdubio, & si non dicatur Doctor in theorica, dicitur tamen peritus in praxi; nam theorica est necessaria ad cognitionem morborū, vt possint deindè pharmaca contraria,contrarijs applicari, secundùm medicinæ artem;practica verò,seu praxis necessaria est ad applicandum infirmo ea,quæ à Medico commissa sūt,

& ista non minus necessaria est, quam ipsa theorica; nam sæpè sæpius accidit, vt postquam Medicus ab infirmo discesserit, illum varia accidentia, sintomaquè aggrediantur (maximè noctis tempore) & tunc Medico absente, peritus assistens, siue exercitatus Infirmarius ad iuuandum infirmum præualere debet; immò aliquando propter inopinata, accidētia, possunt, ac debent Medicorum ordinationem secundùm eorum prudentiam mutare, præcipuè cū Medicus accersiri non possit, nec opportunè sit accedere, propterea Aristoteles in Problematibus, inquit, *Expertus, melior est scientifico.*

Aristot.

Ideò, qui tali experientia est præditus, poterit liberè infirmorum curam gerere in omnibus, adhibita morali diligentia, & tunc etiam sequuta mortis acceleratione præter intentionem, nullam irregularitatem (vt ex communi supradictorum sententia patet) incurrit.

Hæc autem experientia, & praxis, multò minus septem annorum spatio acquiri potest, propterea multos peritiores aliquibus Medicis in hac materia cognoui, de quorum numero sunt ferè omnes nostræ Religionis Patres, propter assiduam consuetudinem erga ægrotos; quorum iudicium, sententiaquè admodum præualet apud peritos Medicos.

Quapropter, nedum nostri Religiosi (etiam Sacerdotes) peracto quinquennio saltem, circa infirmorum exercitium, poterūt infirmis necessaria porrigere ad illorum sustentationem, ac refocillationē absque irregularitatis nota, etiam si mortis acceleratio sequatur præter intentionem, & adhibita eorū solita diligentia, vt probauimus; verum etiam, &

qui-

quilibet alius ſimili peritia præditus (gerendo ſe, vt præfertur) nullam irregularitatem incurrit: Nec nõ hi omnes poterũt licitè, & liberè pro tali cauſa alijs eorum conſiliũ præſtare. Hæc doctrina apertè colligitur ex Doctoribus ſupra citatis, & præcipuè ex Bonacina *de cenſur. diſp. 7. quæſt. 4. pun. 7. num. 12. circa finem, verſ. Verum tamen, &c.* vbi inquit: *Quod etiã si mors ex aliqua culpa acceleraretur, dummodò non sit culpa lata, ſed adhibita illa diligentia, quam communiter adhibere ſolent homines illius profeſſionis, non eſſet irregularis.* Hæc ille. Et certè dum dicit, *homines illius profeſſionis*, videtur loqui, præcipuè de noſtris, qui hanc eximiam charitatem profitemur: ergo adhibita illa diligentia, quæ à noſtris adhiberi ſolet, nulla incurritur irregularitas, etiam ſi caſu mortis acceleratio ſequatur, vt ſæpè diximus, & apud ipſum Bonacinam videre eſt, qui multos citat. Bonac.

Dub. 10. An ad incurrendam irregularitatem huius ſpeciei, requiratur contemptus.

Reſpondetur affirmatiuè, ideſt animus faciendi contra legem Eccleſiaſticam prohibentem homicidium cauſale ſub pœna, ſeu impedimento irregularitatis; qui contemptus poteſt eſſe duplex, aut explicitus in intentione faciendi contra mandatum Eccleſiæ, vel implicitus, ſeu volitus in cauſa, puta proueniens ex ignorantia craſſa, ſeu ex lata culpa, vt in præcedenti dubio diximus, ſed ſic eſt, quod in homine experto, & perito in tali ægrotorum exercitio non datur ignorãtia craſſa, nec lata culpa, quia prudens, & ſciens, adhibet debitam diligentiam, vt ſuppono, & ſic non adeſt contemptus in cauſa, nec habet prauam intentionem, quia facit animo iuuan-

di

di proximum intuitu charitatis; ergo neque cõtemptus in intentione;dum ergo procul sit contemptus ex omni parte,procul quoque erit irregularitas, licet mortis acceleratio sequatur. *Nauar.tom.2.Consiliorum,lib.1.conf.15.num.4.& tom.1.lib.5.conf.13.num.4.citans Panormitanum in cap.Pastorali,§.verū, de Appellat.& Domin.in cap. solent,de sent.excommun. lib.6.*& alios.

Nauar. Panor. Domin.

Dub.11.Quis in hac specie irregularitatis,nempè ex homicidio casuali,prouenientis ex mortis acceleratione,dispensare possit.

Respondeo, quod Episcopi quoad suos subditos dispensare possunt,dummodo delictum sit occultū. Ita concessit illis Concilium Tridentinum *sess.24. cap.6.Liceat, &c.* & ratio est, quia Concilium excipit homicidium voluntarium tantùm;ergo in ista irregularitate possunt Episcopi dispensare. Ita *Bonacina de censur.disp.7.quæst.4.pun.vlt.nu.5.* immò possunt in homicidio occulto, patrato ob sui defensionem, non seruato moderamine inculpatæ tutelæ. *Suar.disp.46.sect.1.num.13.Coninc.disp.18.dub.14. num.111.Sayr.lib.7.cap.7.num.22.Nauar.cap.27.nu. 239.Vinc.Filiuc.tract.20.cap.3.n.86.Reginald.lib.3. tract.2.num.28.*& est communis.

Bonac. Suar. Coninc. Sayr. Nauar. Filiuc. Reginald.

Obijcies.Concilium Tridentinum cōcedit Episcopis facultatem dispensandi super irregularitates omnes,ex delicto prouenientes; modo hæc irregularitas ex mortis acceleratione in ministerio infirmorum,non videtur prouenire ex delicto, ergo non potest Episcopus dispensare.

Respondeo, satis iam probauimus supra Dub. 5. quod ad incurrendam hanc irregularitatem, requi-

ritur peccatum, scilicet vt fiat ex culpa lata, & ignorantia crassa, & non adhibita debita diligentia, vel denique (secundum Nauarrum) fiat ex contemptu, quod idem est, quæ omnia certè delicta sunt; secus nõ incurritur irregularitas ista; ergo potest Episcopus in suos subditos illam dispensare, & conclusio remanet in robore suo.

Dub. 12. An Episcopus possit dispensare in irregularitate proueniente ex mutilatione voluntaria.

Respondetur affirmatiuè, nam non comprehenditur in exceptione facta ab ipso Concilio Tridentino, vbi non excipitur, nisi illa prouenien s ex homicidio voluntario, mutilatio verò nõ est homicidiũ, ergo, &c. Ita *Suar. disp. 44. sect. 4. num. 35. Molin. tom. 4. tract. 2. disp. 70. num. 19. & disp. 79. num. 8. Eman. Sà Irregularitas, in fine. Tolet. lib. 1. cap. 48. n. 6.* & est communis. Suar. Molin. Eman. Sà. Tolet.

Dub. 13. Regulares incidentes in irregularitatẽ huius speciei accelerationis ex lata culpa, à quo possunt dispensari?

Respondeo, posse dispensari à suo Prȩlato, habẽte potestatem temporalem, & spiritualem in suos subditos, vt sunt Generales, Prouinciales, Præpositi, Rectores, Præfecti, Guardiani, Custodes, & alij quocunque nomine nuncupentur, qui non solùm possunt suos subditos in hac irregularitate dispensare, sed in omnibus alijs (excepta illa proueniente ex bigamia, vel ex homicidio voluntario, vel ex mutilatione (tam in foro conscientiæ, quàm in foro fori, dummodò delictum nõ sit deductum in iudicio per accusationem coram Iudice competenti. Ita cõcessit Martinus Quintus, Iulius Secũdus, Sixtus Quar- Martin. V. Iulius II. Sixt. IV.

Rodriq. Nauar. tus, & alij Summi Pontifices, vt refert Rodriquez *tom.1.quæst.Regular.quæst.24.art.12.13.& 14. Nauarr.tom.1.Consiliorum,cons.84.n.1.*

Immò possunt etiam suos subditos dispensare in illa irregularitate proueniente ex celebratione in excommunicatione maiori. Ita *Ioannes Cruz in Epit. Priuileg. Regular. lib.1. cap.6.dub.19. concl 3. Suarez disp.44 sect.6.num.13. Nauar.cap.27.n.240. Reginal. lib.30.num.23.tract.2. Molin.disp.79.n.3.& alij apud Bonacin.de censuris,disp.7.q.4.pun.vlt.nu.13.in prima Responsione ad quæsitum tertium.*

Io. Cruz. Suar. Nauar. Reginald. Molin. Bonac.

Et hæc satis dicta sufficiant in hac Prima Parte, pro adiuuandis infirmis, tàm in exercitio spirituali, quàm corporali.

ADDITIO.

DVb.1. An ignorantia iuris, vel facti huius irregularitatis ex acceleratione mortis in inseruiendo infirmis, ab ea incurrenda excuset, *iuris*, vt si quis ignoret per mortis accelerationem, irregularitatem incurri, *facti*, vt si quis totum hoc sciat, sed ignoret, quod per hanc, vel illam actionem, quam ipse circa infirmum exercet, illi mortem acceleret; an inquam isti, morte postea de facto ex acceleratione per eorum actionem cum hac ignorantia factam, sequuta, irregularitatem euadant.

Respondeo affirmatiuè, nam sicut ignorantia iuris, vel facti ab excommunicatione, alijsquè censuris, vt communiter asserunt Doctores excusat, ita etiam ab irregularitate; tum quia irregularitas, quæ non est purum impedimentum, vt est illa ex defectu

na-

natalium, ex bigamia, ex defectu lenitatis, seu mansuetudinis Christi, &c. infligitur tanquam pœna propter præteritam culpam, cuiusmodi est hæc irregularitas, quæ vt vult etiam Auctor supra Dubio primo, & alij Doctores quoque concedunt, est irregularitas ex homicidio casuali culpabili, ergo cũ sit pœna, culpam necessariò supponere debet, culpa autem, cum ignorantia, cæteris paribus, nullo modo subsistere potest. *Villalob. in summ. tract.* 21. *difficult.* 22. *num.* 8. *&* 14. *Aluarez prima secundæ, disp.* 136. *nu.* 11. *Merol. de voluntario, disp.* 1. *cap.* 2. *dub.* 15. *nu.* 219. *Nauar. in summa, cap.* 27. *num.* 252. *vers. octauo dico, Sanchez de matrimonio, tom.* 3. *lib.* 9. *disp.* 32. *num.* 20. *&* 21. *fine.*

Villalob.
Aluarez.
Merol.
Nauar.
Sanch.

Dub. 2. An huiusmodi ignorantia iuris, vel facti, si sit mortaliter culpabilis, ab hac irregularitate incurrenda excuset.

Respondeo affirmatiuè, quoad ignorãtiam iuris, nam in capitulo 2. *de Constitutionibus, in* 6. habetur, ignorantiam mortaliter culpabilem, non solũ à censuris, sed, vt vult Glossa ibi, *verbo sententijs*, ab omnibus etiam alijs pœnis Ecclesiasticis excusare, quod tamen intelligitur, modo ignorantia non sit affectata, vel crassa, vt cum quis in dubio, nullam prorsus diligentiam ad veritatem inuestigandam facit, prout patet ex capitulo *Apostolicæ, de cleric. excom.* vbi glossa *verb. probabilis*, & ex eodẽ etiam capitulo 2. *de Constit.* quoad ignorantiam verò facti, resolutio ex dubio 3. mox sequenti de dubio facti patebit.

An autem dicta ignorantia excuset ab incursu aliarum pœnarum, non solum ab Ordinarijs Papa inferioribus, sed ab ipsomet Papa latarum, ita faten-

dum eſt, quandoquidem in dicto capitulo *de Conſtitutionibus*, habetur, præfatā ignorantiam excuſare à ſententijs quorumcūque Ordinariorum, nomine autem Ordinarij, appoſita dictione *quorumcunq;* vel alterius ſimilis, illud ad omnes Ordinarios ampliante, venit etiam Summus Pontifex, qui eſt primus in tota Eccleſiaſtica Monarchia Ordinarius; tū quia dicti capituli diſpoſitio eſt quid fauorabile, agitur enim de eximendo ignorantes à pœnarum, & cenſurarum incurſu, ergo ad omnem, qui veri Ordinarij nomen, vt eſt etiam Summus Pontifex, habet, extendi debet, præſertim quia eadem ratio eximendi aliquem à pœnis, & cenſuris ab Ordinarijs Papa inferioribus latis, quæ eſt illarum ignorantia, militat etiam in eo eximendo ab incurſu cenſurarum, & pœnarum à Summo Pontifice latarum, vbi autem militat eadem ratio, debet militare eadem iuris diſpoſitio. *l. illud, ff. ad l. Aquil. l. si poſtulauerit, §. 2. ff. ad l. Iul. de Adulter. l. à Titio, ff. de furtis, & l. illud, C. de Sacroſ. Eccleſ. § si igitur.* Quod ſaltem verum eſt, cum verba diſpoſitionis ob hoc non impropriātur, vt accidit in hoc caſu, nam diſpoſitio præfati capituli 2. *de Conſtitutionibus*, loquitur de quibuſcunque Ordinarijs, & Summus Pontifex, vt dictum eſt, verus Ordinarius totius militantis Eccleſiæ eſt, atq; adeò, cum ratio, quæ militat eximendi ignorantes ab incurſu pœnarum, & cenſurarum ab Ordinariis inferioribus latarum, militet etiam in cenſuris, & pœnis à Papa latis, fit quod, ſicut præfati, propter ignorantiam, à pœnis, & cenſuris ab Ordinarijs inferioribus latis excuſantur, ita etiam ob eandem cauſam, eademquè ratione, ſcilicet propter ignorantiam, ex-

cu-

cusari quoque debent ab incursu pœnarum,& censurarum à Summo Pontifice latarum; quod si quæras,an hoc intelligatur de exemptione ab incursu irregularitatum ex delicto solum, an etiam ex defectu,dicemus infra Dubio 4.*Sotus lib.5.de iustit. q. 1. art.9.vers.id autem,Ludouicus Lopez 2.par. Instructorij,cap.13.de excommun.fine in solut.ad 3. Merol.dub. præced.cit.nu.45.46.224.& n.85. Sanchez dub. etiam præced.cit.n.29.* Sot. Lopez. Merol. Sanch.

Dub.3. An non solum ignorantia iuris in materia irregularitatis ex acceleratione mortis (vt mox dictum est) sed etiam dubium iuris, vel facti, ab ea contrahēda excuset,*iuris*,vt si quis dubitet,an mortem infirmo accelerantes,irregularitatē incurrant, *facti*,vt si quis dubitet,an per suam actionem,mortē infirmo acceleret, illamquè præstet, de qua postea dubitetur, an mortem infirmo causarit, vel accelerauerit.

Respondeo,in dubio iuris,dicendum,sicut in dubio præcedenti de ignorantia iuris.*Sanch.in sum. to. 1.lib.1.c.10.n.42. &* 47. De dubio autē facti, si debita diligētia præcesserit,affirmatiuè respōdi debet, vt patet ex *c.ad audientiā,& ex c.dilectus,de homicid.* vbi in quodam facto particulari homicidii casualis, quidam non declaratur irregularis, ex eo quia, homicidium casuale prouenit ex opere licito, absque vlla sua culpa; in casu autem nostro,opus est licitū, nam inseruire,seu adiuuare infirmos,est opus charitatis,ac misericordiæ;& præterea, dum debita diligentia adhiberi supponitur, nulla ibi intercedere potest culpa.Si verò dubium sit, an debita diligentia adhibita fuerit,dubitans in vtroque foro cēsen- Sanch.

dus est irregularis, ex capitulo *cit.* & capitulo *significasti, de homicidio*, quod quidem Doctores asserunt esse speciale de dubio facti in materia homicidij tãtùm ex præfatis textibus, non verò mutilationis; cũ textus nullam de mutilatione mentionem faciant, & consequenter non procedere de dubio facti in aliis materiis, nimirùm quoad incursum censurarũ, aliarumque pœnarum Ecclesiasticarum, quæ non sunt pura impedimenta, sed quæ propter culpam infliguntur, cùm in dubio, omnia iura, Reum absoluẽdum esse clament. *Regula fauorabiliores* 168. *ff. de regul. iuris, & Reg. cum sunt, eodem tit. in 6.* & in specie in dubio quoad incursum censurarũ, id euidẽter patet ex capitulo *si verò, 2. de sent. excom.* Nec item procedere, si dubium sit purus scrupulus, qui sanè statim deponi debet, nec si intellectus pro parte negatiua probabiliter opinetur, vel si magis propẽdeat in partem negatiuam, quam affirmatiuam, vel si verisimilius sit, dubitantem, se sua actione ad homicidium minimè concurrisse, sed intelligitur tantùm, cum quis verè, ac propriè dubitat, vt cum hinc indè facti circumstantiis benè perpensis, adhuc intellectus in neutram partem inclinare potest, cum in pœnalibus verba propriè accipiẽda sint. *l. non aliter, ff. de legat. 3. & l. quidquid astringẽdæ, ff. de verb. oblig. Suar.* Suar. *tom. 5. disp. 40. sect. 6. num. 8. Nauar. in cap. si quis autem, de pœnit. d. 7. num. 41. Couar. de homicidio, 2. par. §. vn. num. 2. Alfon. de Leon. in tract. de potest. Confess. tom. 1. resol. 17. nu. 68. Miranda in manu. apud Barbos. in collect. Doctorum, sess. 24. de reform. cap. 6. num. 38. Diana par. 3. tract. 5. resol. 72. vers. notandum est fine, & par. 4. tract. 2. de irregul. resol. 52. Sanchez in summ.*

Nauar. Couar. Alphons. de Leon. Mirand. Barbos. Diana. Sanch.

tom.

tom.1.lib.1.cap.10.num.48.& 49. Salas in primam secundæ,q.21.tract.8.disp.vnica,sect.18.n.169. Salas.

Dub. 4. An id, quod in his omnibus supradictis dubiis dictum fuit,nimirum,ignorantiam,seu dubiũ iuris,& facti ab hac irregularitate incurrenda excusare,in aliis etiam irregularitatibus procedat.

Respondeo affirmatiuè, quoad omnes alias irregularitates,quæ incurruntur ex delicto, quia ratio supra dub. 1.pro hac irregularitate assignata, in his etiam irregularitatibus locum habet;non verò procedit,quoad alias irregularitates, quæ sine peccato contrahuntur,vt est irregularitas ex defectu lenitatis,seu mansuetudinis Christi,quam incurrunt Iudices,& ministri iustitiæ, in morte, vel mutilatione Reis inferenda,irregularitas ex defectu natalium,& irregularitas ex bigamia, quia huiusmodi irregularitatibus, supradicta ratio accomodari non potest. *Guiliel. Mercer. de Sacram. in 3.p.D.Thom. q.66.ar.9. num.6. Merol. de voluntario, disp.1.cap.2.num. 49. & 87. Diana 4.par. tract.2.de irregul. resol. 85. vers. Verum his.* Guiliel. Mercerus Merol. Diana.

Dub.5.Supra dubio primo dictum fuit,huiusmodi irregularitatem, quam scilicet inseruientes infirmis ex eorundem mortis acceleratione contrahũt, esse irregularitatem ex delicto,seu homicidii casualis,ac proindè sine culpa,seu negligentia mortaliter culpabili nequaquam incurri; Quæritur nunc,quare hæc irregularitas non incurritur absque culpa,sicut incurritur illa irregularitas, qua Iudices, ac iustitiæ ministri in morte,vel mutilatione Reis inferenda irretiuntur,cum vtrobique eadem omninò ratio militare appareat, vterq; enim actus in se bonus est,ac

me-

meritorius, nam inseruire infirmis est actus misericordiæ pertinens ad virtutem charitatis, condemnare Reum, ac condemnationem exequi, pertinet ad virtutem iustitiæ; quare ergo hæc irregularitas, sine vllo prorsus peccato incurritur, & non illa? & cur eodem nomine, nempè irregularitatis ex defectu lenitatis, seu mansuetudinis Christi sicut illa nõ vocatur?

Respõdeo, rationem esse, quia quamuis Iudices, & iustitiæ ministri in morte, vel mutilatione Reis inferenda, ratione sui muneris, nullum peccatum cõmittant, ex eo quia actus, quem exercent in se bonus est, ac meritorius, tamen quia id, quod agunt, agunt in pœnam, seù vindictam delictorum delinquentium, talis actus præsefert quandam crudelitatis speciem, ex quo præfati Iudices, & Iustitiæ Ministri, lenitatem, seù mansuetudinem Christi minimè imitari videntur, & sic, cum ab huiusmodi imitatione deficiant, meritò etiam irregularitatem ex defectu lenitatis scilicet, seù mansuetudinis Christi incurrunt. Actus verò inseruiendi infirmis, hanc crudelitatis speciẽ præseferre dici non possunt, & consequenter, cùm nullum defectum importent, nec huiusmodi irregularitatem ex defectu, fundare vllo pacto valent. *Bonac. de irregul. disp. 7. q. 4. pun. 6. in Responsione ad vnic. argum.*

Bonacin.

Dub. 16. An Sacerdos, siue clericus in sacris cõstitutus, qui medicinam, vel chirurgiã benè callet, citra huius irregularitatis incursum possit extra casum necessitatis infirmo mederi, pharmaca ordinãdo, exhibendo, aliaquè opportuna faciendo, etiam si postea præter intentionem mors inde sequatur.

Re-

Respondeo affirmatiuè, si totum hoc agat secundùm regulas artis, cùm nullibi sub irregularitatis pœna id fieri prohibeatur; clarius infra dubio 8. An verò chirurgiam cũ scissione, vel adustione, sine irregularitatis periculo, tunc etiam exercere possit, dicemus etiam infra dubio 8. mox citato. *Henriquez lib.14.cap.11.lit.F.et in glos lit.I. Nauar.cap.25.num. 111. Bonac.de irreg.disp.7.q.4.pun.5.num.4.vers. dixi citra abscissionem, Auila de cens.par.7.disp.6.sect.1. dub.10.vers.primo supponendum, Felin.in c.tua nos, De homicid.circa finem,* Rodriquez *in summ.p.p. cap. 176. num.12.* Henriq. Nauar. Bonac. Auila. Felin. Rodriq.

Dub.7. An in casu, quo clericus in sacris constitutus, præbet ægroto medicinam, quam illi profuturam nescit, vel dubitat, si mors postea inde sequatur, irregularitatem incurrat.

Respondeo vniuersaliter loquendo, quod si habet remedium certum, exhibendo dubium, sequuta morte fit irregularis, sicut etiã si habeat solummodò dubium, & salus infirmi non sit desperata, quia potest esse, quod tale remedium, infirmũ interficiat; si verò sit desperata, & non habeat nisi dubiũ, tunc absente Medico, qui remedium certum dare possit, exhibendo dubium, prudenter operatur, & sic non peccat, ac proinde sequuta morte, nec irregularitatis pœnam contrahit, cum mors inde per accidens omninò sequatur. *Sanchez in sum.lib.1.cap. 9. nu. 39. & 42. Valentia secunda secundæ, disp.3.q.10.pun.2.col. penult.paulò ante vers. altero modo, Bonacin.dub.præced. cit.num.3.* Sanch. Valent. Bonacin.

Dub. 8. An Sacerdos, vel in sacris constitutus, Medicus, seu Chirurgus, artem chirurgiæ extra ca-

sum

ſum neceſſitatis cum ſciſſione, vel aduſtione exercens, ſi poſtea caſu mors inde ſequatur, ſit irregularis.

Reſpondeo negatiuè, ſi debitam diligentiam ſecundum regulas artis adhibeat, idque cupiditate lucri non præſtet, vt patet ex capitulo *tua nos, de homicidio*, vbi in quodam caſu particulari da quodam monacho chirurgo in ſacris conſtituto, qui poſtquã apoſtema cuiuſdam fœminæ aperuit, illa mortua eſt, declaratum fuit, quod ſi debitam diligentiam in medendo adhibuit, idquè ratione lucri non egit, irregularitatem nequaquam incurrit; ſin minus, quod illam contraxit, ibi, *alioquin interdicenda eſt ei Sacerdotalis ordinis executio de rigore*; patet etiam ex capitulo *ad aures, de ætate, & qualitate*, vbi idem ferè reſpondit Clemens Tertius in facto cuiuſdam Canonici Colonienſis; Et quamuis in eodem capitulo *tua nos, &c.* dicatur, quod ſi adhuc talis monachus diligentiam adhibuit, poſt condignam ſatisfactionem, poſſit cum illo miſericorditer agi, nõ ex hoc arguitur, in tali caſu, etiam irregularitatẽ incurriſſe, quia Summus Pontifex ſibi cõtradiceret, illum prius ab irregularitate eximendo, & poſtea eum incurriſſe declarando, quod dici non debet, ſed vult Pontifex declarare, adhuc talem monachum eſſe puniẽdum, quia ſibi vſurpauit officium alienum, & ſuo ſtatui valdè inconueniens, & incongruum, vt patet ex eodem capitulo, ibi, *quod licet ipſe monachus multum deliquerit, alienum officium vſurpando, quod ſibi minimè congruebat*, & patet etiam ex gloſſa ibi litera A. quæ citat capitulum *ſententiam ſanguinis, nè clerici, vel monachi*, vbi hoc munus chirurgię in ſacris cõ-

Clem. III.

ſti-

ſtitutis,tanquam quid vile prohibetur. Nec obſtat dicere,ꝙ cũ tale munus huiuſmodi clericis,in eodẽ capitulo *ſententiam ſanguinis* prohibeatur, quãtumuis ipſi debitam diligentiam adhibeant, ſequuta morte,adhuc irregularitatem incurrant,ex eo quia dant operam rei illicitæ. Nam reſpondeo,id intelligi,quando res eſt illicita, ac prohibita ratione periculi mutilationis,vel homicidij, officium autem Chirurgiæ in præfato capitulo *ſententiam ſanguinis* prohibetur in ſacris conſtitutis, vt mox dictum eſt, non propter huiuſmodi periculum,ſed quia eſt vile; tum quia, eſto prohibeatur propter periculum homicidij, vel mutilationis, tamen ex opere illicito nunquam incurritur irregularitas, niſi in caſibus particularibus in iure expreſſis, vt euidentiſſimè patet ex capitulo *is qui*, 18. *de ſententia excommunicationis,in 6.* in iure autem non habetur expreſſum, quod in materia chirurgiæ incurratur irregularitas, niſi cum chirurgia exercetur ſine debita diligentia, & à non perito in arte,& cum ſpe lucri, vt patet ex præcitato capitulo *tua nos*, quod in caſu noſtro non accidit.*Coninc.tom.*2.*diſp.*18.*dub.*9.*num.*87. *Ioannes* Coninc. *Præpoſitus in* 3.*p.D.Thom. quæſt.* 5. *de irreg. dub.* 10. Io.Præpoſ. *num.*86.*Glianes in ſum. cenſurarum*, *verb. Chirurgus*, Glian. *n.*1.*Cardin.in c.ad aures,de ætate, & qualit. n.*2.*Couar.* Cardin. *in Clement. si furioſus,de homicidio*, 2.*p.*§.*n.*3.*verſ.sic* Couar. *apud Sanch.in ſumm.tom.*3.*lib.*6.*cap.*14.*nu.*15.*Diana* Sanch. *4.par de irreg.tract.*2.*reſol.* 23. *verſ. ſed contrarium*, Diana. *Sotus lib.*5.*de iuſt.q.*1.*art.*9.*Henriqu. lib.* 14. *cap.*11. Sot. *lit.*K.*in corp.Auila de cenſ.p.* 7.*diſp.*6.*ſect.* 1. *dub.* 10. Henriqu. *conc.*3.*&* 5.*Fagundez in Decal. tom.* 1. *lib.* 5. *cap.*14. Auila. *num.*12.*cum Leſſio,& Medina.* Fagund.

Dub. 9. An posito, quod Sacerdos, vel in sacris cõstitutus non sit irregularis, chirurgiam modo, quo supra dubio præcedenti dictum fuit exercẽdo, peccet, saltem faciendo contra prohibitionem præfatorum capitulorum ibi citatorum.

Respondeo affirmatiuè, & fortè mortaliter, cum materia sit grauis, ex eo quia hoc officium, vt quid vile in præfatis capitulis prohibeatur, ibiquè delinquentes puniri præcipiantur; quod tamen intelligitur, modò id in aliqua extrema necessitate non fiat, idest cum nullus Chirurgus adest, & vulnus dilationem minimè patitur, tunc enim habet locum ius naturale diuinum, idest lex charitatis de adiuuando proximum in extrema necessitate constitutum, quæ iuri Ecclesiastico de hoc munere non exercendo præcedit. *Turrian. de cens. lib. 5. disp. 64. dub. 1. Rodriq. in sum. p. p. cap. 176. num. 10. & 11. Henriq. dub. praced. cit. Auil. de censur. dub. praced. cit. conclus. 2. vers. tertio supponendum*, an verò idem etiam dicendum sit, cum id ipsi ad propriam vitam substentandam agunt, in casu, quo alius viuendi modus non supersit, vide infra dubio 11.

Turrian.
Rodriq.
Henriq.
Auila.

Dub. 10. An clerici beneficiarij, vel monachi in sacris minimè constituti, chirurgiam, vel medicinam pro vt supra dubio 8. exercentes, sequuta morte sint irregulares.

Respondeo negatiuè, si secundum regulas artis totum præstent, idquè à fortiori patet ex dictis eodem dubio 8. de clericis in sacris constitutis, nam id, quod rem dubiam reddere poterat, erant capitulum *tua nos*, & capitulum *sententiam sanguinis*, ibi citata, in quibus tamen de huiusmodi clericis in minori-

bus

bus nulla fit mentio. *Molina tom.4. disp. 75. num. 2. Bonac. de irreg. disp. 7. q. 4. punct. 5. num. 4. vers. dixi citra.* Molin. Bonacin.

Dub. 11. An posito, quod hi irregularitatem non incurrant, id præstando saltem peccent.

Respondent negatiuè Rodriquez *p.p. summ cap. 176. num. 9. Syluest. verb. medicus, 19. num. 8.* ratione mox dubio præcedenti assignata, nimirum quia prędictum capitulum *tua nos*, & capitulum *sententiam sanguinis*, de talibus clericis non loquantur. Verùm hi fortè mortaliter peccare videntur, ex capitulo *multa sunt, ne clerici, vel monachi*, vbi officia secularia, cuiusmodi est officium chirurgiæ, & medicinæ, clericis, & monachis exerceri prohibentur, nisi in casu necessitatis proximi, vt dubio 9. dictum fuit, vel propriæ, quoad vitam scilicet sustentandam, si alius modus non supersit, vt ex eodem capitulo patet; idquè de clericis, vel monachis in sacris constitutis etiam procedit, cum textus de clericis, vel monachis, vt sic, in casu necessitatis indistinctè loquatur; & quamuis capitulum *tua nos* citatum, ratione lucri id fieri posse prohibeat, hoc tamen intelligitur de lucro non necessario, vel necessario ad bene esse, nõ verò de necessario ad victum quęritandum, quod est de iure naturæ, cui lex Canonica derogare non potest. *Molin. tom. 4. disp. 75. num. 2.* Rodriq. Sylu. Molin.

Dub. 12. Si Sacerdos charitate motus, contra Medici præscriptum voluat infirmum, volutationequè peracta, infirmus statim moriatur, an talis Sacerdos sit irregularis.

Respondeo affirmatiuè, quia cum hoc agat contra Medici iussum, censetur esse in culpa, & conse-

quenter irregularitatis pœnam contrahere opus erit; colligitur ex capitulo *ad audientiam*, *de homicidio*, & ex Auctore supra dubio 3. vers. *secunda conditio*, quod si dubitetur, an ex tali volutatione mors sequuta fuerit, dic vt supra dubio 3. Secus verò dic, si id contra Medici præscriptum minimè fiat, sed Sacerdos bona fide voluat infirmum, vt cōmodius ei cibum subministret, vel ad hoc, vt infirmus tali modo cubando, magis quiescat, puretquè has actiones mortem infirmo accelerare non posse, etiā si postea, infirmi morte sequuta Medicus fateatur, quod ex infirmi volutatione, vel cibatione tali hora, vel cum tali circumstantia facta; ei mors accelerata fuerit, sufficit enim si dictæ actiones bona fide factæ sint .s. ex charitate, vel simpliciter bona fide, ꝙ mortem infirmo acceleraturę non erant, existimatæ fuerint, & contrarium Medici non vetuerint; Verum Sacerdotes, cum adsunt seculares, qui æquè benè, ac ipsi alicui infirmo inseruire possūt, & infirmus periculosa, & ad mortem declinante infirmitate laborat, ipsi se, seruitio infirmi quoad corporis contactum, qui irregularitatis dubiū præseferat, ingerere nullatenus debēt, vt omnē irregularitatis scrupulum, qui eos postea angere possit, vitent. *Diana 5. par. tract. 3. resol.* 117. *cum Vgolino*, *Henriquez*, & alijs. Diana. Vgolin. Henriq.

Dub. 13. An Prælati Regulares, non solùm in hac irregularitate cum suis subditis dispensare possint, vt asserit Auctor supra dubio 13. sed cum iisdem dispensare etiam valeant in irregularitate prouenientè ex mutilatione, bigamia vera, interpretatiua, & similitudinaria, *vera*, vt cum quis duas vxores

succeſſiuè validè ducit, & cum vtriuſque copulam perficit. *Interpretatiua*, vt cum vxoratus cũ alia matrimonium contrahit, illudquè cum ea affectu maritali, & vti vxore cõſumat, vel ſemel matrimonium cum fœmina ab alio cognita, vel antecedenter nupta, ſeu vidua cõtrahit, eamquè carnaliter cognoſcit. *Similitudinaria*, vt cum quis votum ſolemne caſtitatis in ordinibus ſacris, vel in profeſſione in approbata Religione emittit, & poſtea matrimonium cõtrahit, & conſumat.

Reſpõdeo Primo, quoad mutilationem, affirmatiuè, ex conceſſione Pij Quinti, relata à Rodriquez *in qq. Reg. tom. 1. q. 61. art. 9.* qui omnem facultatem Epiſcopis in Tridentino *ſeſſ. 24. cap. 6. de reform.* conceſſam, ad huiuſmodi Prẹlatos extendit, ſed Epiſcopi in hoc poſſunt, ergo id etiam Prælati Regulares poterunt; ex quo clarè ſequitur, huiuſmodi Prælatos ex prædicta conceſſione facere poſſe circa ſuos ſubditos Regulares, quidquid poſſunt Epiſcopi virtute Tridentini mox citati, vt vota relaxare, diſpẽſare, irregularitates iam contractas tollere, &c. modo tamen hæc, vt ibi limitat Tridentinum ad forum contentioſum deducta non ſint, vel non ſint publica; Et quamuis multi aſſerant, per diuerſas Summorum Pontificum diſpoſitiones huic conceſſioni derogatum fuiſſe, vt videre eſt infra in Additione ad Practicam quintam Appendicis poſthumæ dub. 16. tamen præfatæ diſpoſitiones, ſeu derogationes apertè loquuntur de abſolutione à caſibus Summo Pontifici, & Ordinarijs locorum reſeruatis, abſoluere autem, & diſpenſare, multum inter ſe differunt, & à diuerſis non fit illatio, *l. Papinianus Exuli, ff. de*

Pius V.
Rodriq.
Tridentin.

mi-

Filiuc. Diana. Alphonf. de Leone. *minorib. Filiuc. tract. 20. cap. 9. num. 246. Diana p. 2. tract. 16. resol. 24. Alphonf. de Leone de potest. Confess. p. 2. resol. 10. num. 208.* immò idem Auctor in recollectione 11. *num. 221. vsque ad 24. incluf.* cum multis Doctoribus addit, virtute præfatæ concessionis Pius V. Iulius II. Martin. V. Pij V. & ex concessione etiam Iulij II. & Martini V. posse regulares dispensare, seu (vt clarius loquar) absoluere suos subditos ab irregularitate cõtracta, non solum ob mutilationem, sed etiam ob homicidium voluntarium, modo sit occultum, quod non possunt Episcopi virtute Tridẽtini supra citati, propter exceptionem in hoc ibi appositam; Et *num. 26. vsque ad 228. incluf.* addit etiam cum multis alijs, posse Regulares dispensare cum suis subditis in omnibus irregularitatibus, etiam ortis ex delicto publico, & ad forum contentiosum deductis, ex cõcessione Xistus IV. Iul. II. Paul. III. Xisti IV. Iulij II. & Pauli III. excepto tamen homicidio voluntario, quod opus est, vt sit occultum, vt mox supra dictum fuit; ac huiusmodi dispensandi facultatem, Superiores Regulares exercere posse, non solum quoad Professos, sed etiam quoad Nouitios, cum reincidentia tamen, si postea professionẽ non emittant, idem Auctor quoque fatetur *nu.* 228. Pius V. Bariol. ex motu Pij V. quem etiam sequitur *Bariola in Aphoris. lit. P. verf. Prælati Regulares possunt in foro exteriori.*

Respondeo secundo negatiuè, quoad bigamiam veram, vel interpretatiuam, ad effectum scilicet recipiendi ordines sacros, vel receptos exercẽdi, cum id de iure Episcopis etiam prohibeatur. *capitulo super eo, de bigamis*, & alioqui illa ampla dispensandi facultas, in Tridentino supra citato Episcopis concessa, intelligitur de irregularitatibus ex delicto

pro-

prouenientibus,vt patet legenti,non autem de irregularitatibus prouenientibus ex defectu,cuiusmodi est hæc irregularitas ex bigamia contracta, quæ est irregularitas ex defectu Sacramenti,nimirùm significationis Sacramenti matrimonij,quod significare debet vnionem Christi cum Ecclesia vnica sua spōsa,quæ significatio in matrimonio bigami verificari non potest;nec regulares,præcisis priuilegijs plus possunt circa suos subditos, quam Episcopi circa Diœcesanos; ad effectum verò recipiendi ordines minores, in hac irregularitate dispensare possunt, cum præfatum capitulum *super eo*, de ordinibus sacris tantummodò loquatur;quoad munera verò,seu officia in Religione obtinenda, si cum ordine sacro sint adnexa,vel illum susceptum, iam supponāt,eos puto dispensare non posse,si verò cum tali ordine hanc connexionem nō habeant, sed cum ordinibus minoribus tantum, vel cum alia re,super quam Regulares dispensare valeant, possunt, nam concesso principali,conceditur,& accessorium. *Reg. cum quid prohibetur*, 39. *&* Reg. *accessorium*, 42. *de reg. iuris, in* 6. *& reg.* 53. *de reg. iuris, eodem titulo*, tum etiam quia, qui potest quod est maius, potest etiam quod est minus. *reg.* 53. *de reg. iuris, Hieronymus* Rodriquez *in compend. resol.* 16. *Miranda quæst.* 8. *art.* 2. *conc.* 2. *Portel. in dubijs regul. verbo dispensare, num.* 4. *Lezana cap.* 18. *num.* 40. *Bariol. in Aphoris. lit. P. vers. Prælati* Regulares *dispensare, Eman.* Rodriq. *in suis quæstionibus* Regularibus, *tom primo, quæst.* 24. *art.* 2. Sanchez *de matrimonio, lib.* 7. *disp.* 86. *num.* 11. qui *nu.* 14. *cum Henriquez lib.* 11. *de matrim. cap.* 6. *num.* 11. tenet ob ministrorum inopiam in partibus lōginquis,in quibus

Rodriq. Mirand. Portel. Lezana. Bariol. Em. Rodr. Sanch. Henriq.

non

non facilis est aditus ad Pontificem, in hac irregularitate, etiam quoad ordines sacros recipiendos, seu exercendos, ex tacita Summi Pontificis cōcessione Episcopos dispensare posse, quod consequenter de Regularibus etiam dici debet, vt patet ex ratione in prima responsione adducta. An autem aliqua Religio obtinens à Papa priuilegium, quod Superiores in omni irregularitate dispensent, possint nihilominus huiusmodi Superiores in hac etiam irregularitate quoad ordines sacros, prout supra recipiendos dispensare, sanè id negat Hieronymus Rodriquez supra citatus, quia de stylo Curiæ in cōcessionibus generalibus hęc irregularitas, nisi in specie exprimatur, habetur pro excepta, ac proinde cum Summus Pontifex rarissimè, & non nisi cum magna dilatione in illa dispenset, in generali concessione, huiusmodi irregularitatis dispensationem cōcedere minimè censetur, ex eo quia in concessione generaliter facta, non veniunt ea, quę Superior in specie verisimiliter non concessisset. Reg. 18. *de reg. iur. in 6. l. in oblig. general. ff. de pignor. & l. 3. ff. de euict.*

Respondeo tertiò affirmatiuè, quoad bigamiam similitudinariam, in hac enim irregularitate, Superiores regulares dispensare possunt, quia in eadem etiā possunt Episcopi ex *c. de diacono, 1. qui clerici, vel vouentes*, ergo etiam Prælati regulares, qui eandem auctoritatem habent circa suos subditos, quā Episcopi circa diœcesanos, ex eo quia, respectu illorū; iurisdictione quasi Episcopali fruuntur, vt communiter asserunt Doctores in Clementina 1. *de rebus Eccles. nō alien. versu propriẏ*, & colligitur ex capitulo *Abbates, de priuil. in 6. Responsione tertia*; tū quia apud

San-

Sanchez *citatum disp.85.num.10.& disp. 84.num.6.* multi volunt, hanc irregularitatem non esse irregularitatem ex defectu, sed ex delicto, in omnibus autem irregularitatibus ex delicto, ex Summorum Pontificum Priuilegijs, & communicationibus, Prælati Regulares dispensare possunt, vt supra in prima respõsione dictum fuit. *Rodriquez in quæstionibus Regul.to. 1. quæst.24.art.2.Sanchez cit.disp.86. num. 22. & 23. Ioannes de la Crux de statu Relig. & Priuil.cap.6.dub.17.conc.1.* Sanch. Rodriq. Sanch. Io: Cruz.

Dub.14. An posito, quod Superiores Regulares essent censura aliqua irretiti, vel aliquo alio impedimento detenti, ita vt suos subditos hac irregularitate illaqueati absoluere nequirent, possint nihilominus subditi de licentia suorum Superiorum, Episcopum adire, ac illi pro hac dispensatione se subijcere.

Respondeo affirmatiuè, & quidem non solum, quoad dispẽsationem huius irregularitatis, sed pro omni eo, quod Episcopi virtute Tridentini *sess. 24. de reform. cap. 6.* circa suos subditos agere possunt; nam quod Regulares à iurisdictione Episcopi eximantur, hoc in eorum fauorem cedit, quod autem in alterius fauorem introductum fuit, in ipsius damnum retorqueri nõ debet *l. quod fauore, C. de legibus, & l. nulla iuris ratio, 24. ff. de legibus, & cap. quod ob gratiam, 61. de reg. iuris, in 6.* quod sanè retorqueretur, si ipsi in tali casu ab Episcopo absolui nequirẽt; tum quia Regulares non sunt peioris conditionis ipsis laicis, & clericis, ergo sicut hi, ita etiam, & illi ab Episcopo absolui possunt; tum quia vnusquisque suo fauori cedere potest. *cap. gratum, de off. delegat.* Conc. Tri.

l. cum Pater, §. libertis, ff. de legat. 2. & l. si quis in conscribendo, C. de pactis; ergo Regulares in hoc casu, exemptioni ab Episcopis cedere, illisquè vt absoluantur, subdi queunt. *Molin. de iustit. & iure, tom. 4. disp. 61. num. 4. Rodriq. 1. tom. sum. in 2. edit. cap. 131. num. 2. Merol. de legib. disp. 4. cap. 6. num. 144. ex Sanchez lib. 4. summ. cap. 39. nu. 32. & 33. Auila de censur. 2. p. cap. 7. disp. 1. dub. 6.* quod puto verum, etiam si Regulares non subdantur Episcopo loci, vbi situm est Monasterium, sed cuicunque alij, quem maluerint; quia cum respectu Regularium non requiratur ex parte Episcopi, nisi subiectio ipsorum voluntaria (nam subiectionem de iure, Episcopi super Regulares, habere non possunt, cum sint exempti) & hāc subiectionem voluntariam in omni loco, vbi Regulares illis se subijcere volunt, Episcopi acquirere queant, vt patet quoad subiectionem obtinendi ab ipsis facultatem excipiendi fidelium confessiones, quam in omni loco, etiam per transitum, Regulares obtinere valent, sequitur, quod à quocunque Episcopo in omni etiam loco dispensari possunt.

Molin. Rodriq. Merol. Sanch. Auila.

Dub. 15. Quid si Superior iniustè facultatem suo subdito deneget, vt Episcopo pro huiusmodi dispēsatione obtinenda se submittat?

Respondeo, si iniustitia sit euidens, & delictum in foro externo non sciatur, & Religiosus in communi saltem se submittendi facultatem à suo Superiore petat, quam ille dare recuset, id ipse clam facere potest; nam potestas Superiori concessa, vt sibi à subditis obediatur, non est ad destructionem, sed ad ædificationem, & consequenter in tali casu, cum Superior iniustè hanc facultatem denegat, talis pote-

testas ei sublata, seu non concessa censetur; si verò delictũ sciatur, & aliqua tergiuersatione celari possit (quidquid sit de molestijs in foro externo, per hoc forsan iniustè à suo Superiore inferendis) eadem ratione id etiam subdito palàm exequi licet, nam tũc delictum ad hunc finem, vt scilicet virtute Tridentini dubio prçcedẽti citati absolui queat, adhuc occultum dici potest, ex declaratione Sacræ Cõgregationis Cardinalium apud Bellarminum super eũdem Tridentini locũ *sess.24.c.6.de reform.* nec Superiori in hoc, ne quidem ad scandalum vitandũ, tunc subditus obedire tenetur, cũ vt diximus in re apertè iniusta, eius præcipiendi facultas cesset; tũ quia, scandalum non est actiuum, sed passiuum, ex eo quia non est occasio peccandi data, sed accepta, & alioqui astantes, de honestate actionis, subditus certificare potest; in præsentia autem secularium, id non admitterem, ex eo quia tales, huius actionis honestatem difficilè capere possent; quare tunc subditus obedire tenetur, & præferre bonum commune, idest existimationem Religionis, bono suo particulari de illius irregularitatis dispensatione obtinenda; sicut etiam obedire tenetur, cum de denegationis iniustitia clarè non constat, sed solummodo dubitatur, tunc enim possessio stat pro Superiore, certè ius suum possidente, vt sibi à subditis obediatur, & alioqui in dubiis, melior est conditio possidentis. *Molin. tom.4.de iust.disp.61.num.5 Sanch.in sum.lib.4.c.39. num.36. Merol.tom.2.de leg.cap.6.num.144.vers.ampliatur fine, & tom.1.cap.3.num.306. Sanch. in select. disp.33.vers.nostram quoque.*

Sac.Cõgr. Bellarm. Conc.Tri.

Molin. Sanch. Merol.

Dub. 16. Si duo inseruiẽtes infirmis, pietate moti,

ex aliqua corũ actione,sed cõtra medici præscriptũ facta,mortem infirmo accelerent, nimirum alter ei aquæ vas,vt bibat tribuendo,alter verò iterum hoc idem præstando,vel intempestiuè illum cibando,& cognosci non possit, ex cuiusnam actione mors infirmo accelerata fuerit, quisnam ex eis irregularis iudicari debeat?

Respondeo,ambos esse irregulares, quia hoc est dubium facti,in materia autẽ homicidij (vt est hæc, homicidij scilicet casualis,vt supra dub.5.dictum fuit)quicunque dubitat,se sua actione alicui mortẽ attulisse,vel accelerasse,ex iuribus supra dub.3.adductis,est irregularis; ergo sic etiam quoad præfatos in casu nostro dicendum; idquè procedit etiam si prædictæ actiones ex se,separatæ,ad mortem infirmo accelerandã sufficientes,nõ fuissent,sed vnitæ sat fuisse iudicẽtur; si verò ignoretur quinã mortem infirmo accelerauerit, & illi inseruiẽtes negent aliquid ei prębuisse vnde illi mors accelerari potuerit, licet in foro conscientiæ,si id egerint,ratione supra adducta,se irregulares reputare debeant,in foro tñ externo,irregulares existimãdi non sunt,nec vti tales puniendi, vsque dum, eos,actionem mortis infirmo accelerativam præstitisse non constet,quippe quia in dicto foro vnusquisq; supponi debet bonus, scilicet non Reus, vsque dum non probatur malus. *l.merito,ff.pro socio,l.quoties,§.qui dolo,ff.de probationibus,& c.vlt.de præsumpt.Bonac.de irreg. disp.* 7. *q.*4. *punct.*8.*n.*29.*& seqq.in simili Sayr.de cens. lib.* 7.*c.*4. *n.*14.& alii *apud Bonac.cit.*

Bonac. Sayr.

P.D.Laurentius Cutillus.

AP-

APPENDIX POSTHVMA
Ad Primam Partem
PRACTICAE VISITANDI INFIRMOS

Circa ea, quæ ad Sacramentalem Confessionem pertinent.

Id est

De Opinione eligenda. De Reo iuridicè interrogato. De Casibus reseruatis. De informi, seù non integra Confessione, ac de Hæresi mentali.

Ab eodem

PATRE IACOBO MANCINO

Religionis Cleric. Regular. Ministrantium Infirmis Sacr. Theol. Professore dum viuebat, formata.

Cum Additionibus

PATRIS D. LAVRENTII CVTILLI

Ceppalonensis Monachi Theol. Congreg. Montis Virg. Ord. S. Benedicti.

Quibus in hac octaua impressione, copiosa eiusdem Patris D. Laurentij Cutilli accesserunt supplementa.



MERCVRIANI, Apud Camillum Cauallum 1642.

PRAEFATIO.

CVm denuo libellum hunc in lucem demandare statuerim, vt multorum satisfacerem expostulationibus, Miscellaneas alias Practicas adieci de aliquibus dubijs, quę forsan in materia Sacramētalis confessionis desiderari viderentur, ne vigil, & pius animarum cultor aliquid sibi hic deesse quereretur, ꝙ ad earum salutem, & quietem exactè, ac sedulo procurandã, & conscientię inuolucra enodanda necessariũ existimetur; quapropter Practicæ aliquæ, & dubia, veluti *De Opinione eligenda. De Reo iuridicè interrogato. De Casibus reseruatis. De informi, seu non integra confessione, & De Hæresi mentali*, in hac secunda impressione accesserunt, quæ Sacramentalem confessionem respiciunt, & magis declarant; & quidem ad complementum doctrinæ, dum harum Practicarum resolutiones adduco, consentaneum duxi, aliqua de varijs Doctorum opinionibus pertractare, vt prudens Confessarius, & tuta conscientia, & promptè, opinionē illam, quam maluerit, pro absolutione præstanda, eligere possit, ac valeat.

De Opinione eligenda.

PRACTICA PRIMA.

DVbium primum. An communis opinio dicatur à multitudine Doctorum.

*R*espondetur, vt plurimum ex numero, & auctoritate simul tractantium ex professo de aliqua ma-

te-

teria, eſſe iudicandum; non autem ex ſolo numero Doctorum, qui aliquando, vnus alium, more ouium, ſeu volucrum, ſequuntur, nulla alia ratione ducti, niſi quia alij Doctores ita aſſeruere. Sic affirmat Nauarrus *cap. 27. nu. 289. Azor. Inſt. moral. lib. 2. cap. 3. fol. mihi* 147. & alij quamplurimi. Nauar. Azor.

Quapropter Nauarrus loco citato, inquit: *Communiorem opinionem exiſtimarem illam, quam ſex, vel ſeptem Doctores claſſici rem ex profeſſo tractantes, aſſererent, quam opinionem probatam à quinquaginta Doctoribus, ſola ferè auctoritate priorum Doctorum ductis.* Hæc Nauarrus citatus. Nauar.

Dub. 2. Si duæ opiniones vndiq; pares ſunt, tum ex Doctorum numero, tum ex auctoritatibus, quam eligere debemus?

Reſpōdetur, ſi materia eſt theologica, tūc Theologos ſequi debemus; ſi erit materia Pontificia, ſeu Canonica, Canoniſtas ſequemur; ſi denique iuris ciuilis, legiſtas; & denique, ſi adhuc in prædictis erit paritas, ad arbitrium prudentis Confeſſarij manebit eligere illam quam maluerit. Ita *Nauar. loco citato, n. 287. verſ. Octauo, si nullo modo, &c. Azor. lib. 2. cap. 16. lit. D. fol.* 156. & alij communiter. Nauar. Azor.

Dub. 3. An aliquando liceat in foro conſcientiæ tenere ſententiam vnius claſſici Doctoris tantum, contra communem opinionem.

Reſpondeo, id paſſim, aut crebrò non licere, aliquando verò culpæ, aut vitio dandū non eſt, ſi eam ſingularem contra communem ſequamur; nam cōtigit aliquando, vt vnius claſſici Doctoris opinio, firmiori, melioriquè fundamento nitatur. Ita *Azor. lib. 2. cit. cap. 16. quæſt. 6. fol. mihi* 159. *lit. B. Bonacina* Azor. Bonac.

de-

de legibus, disp. 2. *quaest.* 4. *pun.* 9. *num.* 4. qui plura de hoc adducit exempla, v.g. Primo, de officio diuino recitando post missam; communis opinio pro lethali culpa condemnat, contra quam Sotus *lib.* 10. *de iust. & iur. quaest.* 5. *art.* 4. *conclus.* 2. negat esse peccatum mortale, pluribus rationibus; qui verò Sotum sequeretur, mortaliter non peccaret; licet hanc sententiam quamplurimi moderni sequantur, & praecipuè Cardinalis Toletus *Instit. Sacerdotum, lib.* 2. *c.* 1. *vers. Recita, &c.*

Sot.

Tolet.

Item, Missæ sacrificium esse certi, ac finiti valoris, ac fructus, & proinde, pro pluribus oblatum, minus singulis prodesse, quam si pro vno tantum offerretur, communi Theologorum sententia probatur; contra quam est Caietanus *tom.* 2. *opusc. tract.* 3. *q.* 2. *Herueus quodlib.* 10. *quaest.* 13. & alii, asserentes, non esse per se certi, ac finiti valoris, sed infiniti, & quãuis cõmunis opinio sit verior, tamen Caietani sententia, sua probabilitate non caret. Ita *Azor. loc. cit. cap.* 16. *eadem quaest.* 6. *fol.* 159 *lit. D.*

Caiet.
Herueus.

Azor.

Item, si quis occiderit aliquem ob defensionem innocentis, vxoris, parentis, aut filii; verum etiam cognati, vicini, amici, aut etiam extranei ab iniqua, seu iniusta morte; communis inquit, esse irregularẽ; contra quam probabiliter putat Couarruuias *in cap. si furiosus, de homicid. p.* 3. §. 1. *num.* 5. irregularitatem non incurrere, rationibus ab illo allatis, & est probabilis opinio.

Couarr.

Item, si quis furem occidat, vt bona sua tueatur, & seruet, communis, irregularem esse affirmat, contra quam Couarruuias *loc. cit.* negat esse irregularẽ, certè in vtroque casu de irregularitate, qui vt pro-

ba-

babilem sententiam Couarruuiæ sequeretur, eum non damnarem. Ita *Azor. loco. cit.* Azor.

Item communis opinio antiquorum, Angeli, Rosellæ, Syluestri, Tabienæ, Astensis, Armillæ, Nauarri, & ferè omnes Summistæ docent, in die Natalis Domini, illa tria Missarum sacrificia, quæ iure communi de more offeruntur, nõ esse noctu ante lucem diurnam facienda: Contra quam adest opinio, omnes tres Missas ante lucem dici posse, non obstante quod obiicitur ex glossa *capitulo contulisti, de celebr. Missar. & in cap. nocte, de consecrat. dist. 1.* scilicet ea tria sacrificia ita fieri, & offerri debere, vt primum statim post mediam noctem; secundum, in aurora; tertium, orto iam Sole; nam ad hoc facilè respondetur, hoc esse ex vetere Ecclesiarum more, & communi iure, cui tamen videtur esse derogatum per contrariam consuetudinem, vsu receptam, & ius antiquum, nouæ consuetudini ex vsu approbatę, cedere debet. Ita *Azor. lib. 2. Instit. moral. cap. 10. fol. 138. lit. A.*

Angel. Rosell. Syln. Tabien. Astens. Armill. Nauar. Azor.

Item communis opinio, inquit Nauarrus infra citandus, neminem teneri circumstantias aggrauãtes in eadem specie confiteri, nisi solum speciem mutãtes, quæ quidem opinio est fundata in Concilii Tridentini sententia, *sess. 14. cap. 5. circa medium*, vbi habetur, circumstantias in Confessione explicandas esse, quæ speciem peccati mutant. Ita *D. Thom. in 4. dist. 16. quæst. 3. art. 2. D. Anton. 3. p. tit. 17. cap. 17. §. 5. Caiet. 1. 2. quæst. 18. art. 10. Medin. quæst. 7. tract. 2. de Confess.* Nauarrus *cap. 6. num. 6. de circumstantiis*, qui in *num. 7. vers. neque obstat, &c.* inquit, Intrepidè *hanc partem elegimus, contra aliquos graues Auctores,*

Nauar. Conc. Tri. D. Thom. D. Ant. Caiet. Medina.

qui contrarium affirmant, quos nos etiam legimus. Hæc Nauarrus. Ita etiam Tolet. *lib.* 3. *cap.* 18. *num.* 1. & alii quamplurimi idem sentiunt.

Nauar. Tolet.

Et certè supradictam opinionem tuta conscientia sequi quis potest; tamen contraria est tutior, & magis cōscientiæ fauet. Ita *Azor. Instit. mor.* 1. *p. lib.* 2. *cap.* 12. *fol.* 143. *lit. B. Sot. in* 4. *dist.* 18. *q.* 2. *art.* 4. *conclus.* 7. *Pet. Sot. de integrit. confess. lect.* 9. *Victoria q.* 176. *Eman. Sà confessio, num.* 18. & alij.

Azor. Sot. Petr. Sot. Victoria. Eman. Sà.

Tamen, omnes Doctores vtriusq; opinionis conueniunt, quod quando adest casus reseruatus, siue excommunicatio, debet aperiri in confessione circumstantia, licet speciem non mutet. Ita Nauarrus citatus, & ponit varia exempla, v.g.

Si furtum erit reseruatum in magna quantitate, debet dici quantitas; si incestus erit casus reseruatus in primo, vel secundo gradu (vt solet) tenetur explicare gradum, sic etiam gradū affinitatis. Similiter, si quis loquutus est de obscenis, debet explicare cum quibus personis, quia, si cum monialibus, talis est excommunicatus hic per Eminentissimum Cardinalem Archiepiscopum Neapolitanum; sic etiam, non sufficit dicere, *percussi clericum*, sed necesse est, vt explicet grauitatem percussionis; nam si leuis est, casus erit Episcopalis, si grauis Papalis, & sic de singulis quando de aliqua censura timetur, aut reseruatione peccato annexa; sic etiam debet explicare speciem blasphemiæ, si alicubi reseruatur hæreticalis; explicanda est etiam circumstantia, quę aggrauat in infinitum, scilicet quæ facit de veniali, mortale. Multa alia exempla ponit Azorius loco citato, vt quis valeat in foro conscientiæ tenere opi-

nio-

nionem probabilem vnius classici Doctoris, relicta communi; passim verò à communi non est recedendum.

Dub.4. An discipulus tuta consciẽtia possit sententiam sui magistri, seu præceptoris sequi, ita vt eam sequutus, probabiliter sentire censeatur.

Respondetur affirmatiuè. Ita *Azor.cit.lib.2.c.17. quęsit.4.* colligitur ex Abbate, Innocentio, & Syluestro *verb.opin.q.1.* Azor. Abb. Innocent. Sylu.

Hoc limitatur; dummodo non sit de materia clarè, & apertè contra fidem, vel bonos mores; & secundo, quod magister, in opinione gentium sit catholicus, & non præsumatur malam doctrinam docere velle: & tertio, quod discipulus sit rudis, nesciens discernere Doctorum opiniones.

Dub.5. An rudis possit sibi eligere opinionẽ alicuius Doctoris probati, ex multis Auctoribus, quos in legendo reperit, vt doctrinam sibi comparet, & dicatur probabiliter, & tutè sentire in tali opinione.

Respondetur affirmatiuè, non enim talis rudis tenetur, nec potest inuestigare de varijs Doctorum opinionibus; sic etiam poterit stare, tuta consciẽtia dicto sui Cõfessarij, seu alterius docti viri. Ita *Azor. lib.2.cap.17.q.5.*

Dub.6. An quando vir doctus, & prudẽs, nullum probatum, & classicum Doctorem habet ex parte sua, nihilominus ipse habet manifestas, firmasq; rationes contra communem opinionem; an iste probabiliter sentire dicatur, si suam contra communem opinionem sequatur.

Respondetur, hoc tuta conscientia fieri posse videtur; & ratio est, quia, sicut vnum Doctorem pro-

babilioribus, & firmioribus fundamentis, rationibusquè fundatum, sequi possumus contra communem, vt supra probauimus, sic quilibet vir scientiis valdè præditus potest suam tenere opinionem contra communem, dum sua opinio similiter est fundata in manifestis rationibus, & probabilioribus fundamentis, v.g. Nauarrus *cap.* 27 *num.* 63. probabiliter sentit, Christianos captiuos remigantes contra Christianos, etiã metu mortis, peccare mortaliter; aliquis vir doctus potest tenere contrariam opinionem; & ratio est, quia remigatio est opus indifferẽs, & præterea, quia Christiani captiui, sunt Turcarum serui, ideò possũt, vt serui, suis dominis in operibus non per se malis, seu indifferentibus, absque peccato obedire; secus erit, quando Christiani captiui iuberentur alios Christianos occidere, vel armis pugnare, hoc enim esset opus per se malũ, & illicitum. Ita *Azor. Instit. moral. tom.* 1. *lib.* 2. *cap.* 17. *q.* 6.

Nauar.

Azor.

ADDITIO.

DVbium primum. An aliquando sequi opinionem vnius Doctoris, vel opinionem probabilem contra communem liceat.

Respondeo negatiuè, cum opinio Doctoris, cui quis nititur, non est amplius probabilis, vt cum errorem continet, vel nullum solidum fundamẽtum pro se habet, quia tunc illam contra communem sequi, est errare: plura quoad hoc, vide infra dubio 8. *Reginald. tract.* 13. *vers. tertium est*, *Bonacin. de peccatis, disp.* 2. *q.* 4. *pun.* 9. *n.* 1. *Sanch. in sum. tom.* 1. *lib.* 1. *cap.* 9. *n.* 10. *&* 11.

Reginald.
Bonac.
Sanch.

Dub.

Dub. 2. An teneatur Confessor absoluere pœnitentem, habentem opinionem probabilem, quā vti probabilem ipse agnoscat contra suam probabiliorem, vt si pœnitens, v.g. velit contractum inire, quē probabiliter vsurarium esse non putet, illum verò ex probabiliori sententia Confessarius vsurarium esse existimet.

Respondeo affirmatiuè, nam tunc pœnitens, sequens opinionem probabilem, prudenter, idest sine errore, qui hic, & nunc clarè appareat operatur, & consequēter censetur benè dispositus; benè autem disposito, Confessor, siue sit Parochus, siue simplex Sacerdos, absolutionem conferre tenetur; alias illi grauem iniuriam infert, ex eo quia pœnitens de iure est absolutione dignus, quem gratis ipse tanto beneficio priuat; Ex quo fit, quod si interim pœnitens sine absolutione moriatur, tunc Confessor totalis causa damnationis illius esse censetur; si verò pœnitens de venialibus tantum se accuset, Confessor tunc, secundum Sanchez, & Suarez, mox citandos absolutionem denegando, venialiter solummodo peccat, quia in re leui illum lædit, nō enim æternæ damnationis periculo eum exponit, & alioqui augmentum gratiæ, quod per talem absolutionem pœnitens reciperet, facili negotio per aliam Confessionem resarciri potest, ac proindè damnū, quod per hoc pœnitenti affertur, graue nullo modo esse censetur; sicut nec etiam vllo pacto Confessor peccat, si pœnitentis opinionem antequam illius peccata excipiat, sequi nolit, & alioqui nulla necessitas vrgeat, vel excipiendæ Confessionis obligatio ex parte ipsius adsit. *Bonac. de pœnit. disp. 5. quæst. 7.* Bonac.

punct.

Sayr. Azor. Suar. Sanch. Lugo.

punct.4.num.26.& 27.Sayr.in Claui Regia, lib.1.c.9. num.vlt. Azor.tom.1.lib.2. Instit. mor. cap. 17. quæst. 10.Suar.tom.4.in 3.p.disp.32 sect.5.per tot. Sanchez.in summ.tom.1.lib.1.cap.9. num. 29. Lugo de pœnit. disp. 32. num. 39. & 40. cum Salas, Victoria, Soto, Rodriq.& alijs. Ex dictis sequitur posse aliquem respondere interroganti iuxta suam opinionem probabilem,relicta probabiliori, & modo respondere, imò modo iuxta vnam, & modo iuxta aliam etiam agere,quia semper verum est dicere,quod prudenter agat,dum probabili nititur rationi;modo tamen interrogantem de alterius opinionis probabilitate certificare non desinat, vt nimirum,scandalum prę caueat,quod est de iure diuino, ne mēdax in respōsionibus habeatur.*Vasquez par.2. disp.62. cap.9.nu. 47.Ludouicus Lopez p.prima instruct.cap.*120.*Bonac. cit.Paulus Layman.lib.1.tract.1.cap.1.num.*10. *Martinus Becanus tract.1.cap.4.quæst.9.num.16.Valentia tom.3.disp.5.quæst.7.punct.4.Nauarr.in manu. c. 26. num.4.*

Vasq. Lopez. Bonacin. Layman. Becan. Valentia. Nauar.

Dub.3.An Sacerdos,respectu suæ iurisdictionis ad audiendas confessiones, possit sequi opinionem probabilem,relicta probabiliori,asserēti in talibus, vel talibus circumstantijs,se iurisdictionem nequaquam habere.

Respondeo affirmatiuè, ratione mox dubio præcedenti allata, neque per hoc Sacerdos se exponit periculo reddendi inualidum pœnitentiæ Sacramētum;nam error ex probabili opinione ortus, veram absoluendi facultatem minimè tollit,cum tunc Ecclesia,& si fortè error re vera intercedat, & Cōfessor iurisdictione careat,illam ob bonum commu-

ne animarum suppleat. *l. Barbarius, ff. de off. Prætor.* Quare tunc pœnitentiæ Sacramentum absque vlla conditione administrari potest, quia in casu contrarij, Ecclesia absolutè iurisdictionem supplet; & quādo Doctores dicunt, Sacramenta in dubio sub conditione administrari debere, intelliguntur de vero dubio, cum scilicet intellectus est anceps; & hoc, ad effugiendum peccatum ministri, idest periculum faciendi Sacramentum irritum, cui quantum est ex se Sacerdos cum dubio, & in nulla probabili ratione fundatus, tale Sacramentum sine conditione administrans, se exponit; non verò quando intellectus probabiliter opinatur, cum assensu scilicet ad vnam partem, vt in casu nostro, in quo minister, adhuc tali conditione præcisa, quantum est ex se, nulli periculo se exponit, cum prudenter operetur, & ex alia parte, vt dictum est, Ecclesia in casu contrarij, iurisdictionem supplet; vel intelliguntur, quando Sacramenta administrantur cum materia, & forma dubia, & hoc, ad huiusmodi etiam periculum præcauendū, præsertim quia Ecclesia, defectus quoad materiam, & formam Sacramētorum, in casu contrarij supplere non potest, ex eo quia potestatem non habet supra ius diuinum, à quo materiæ, & formæ Sacramētorum institutio sola dependet, & alioqui, illius est immutare, vel supplere, cuius est instituere, cum hæc ad eandem potestatem spectent. *Lessius lib. 2. de iust. cap. 29. dub. 8. num. 6. Vega lib. 5. sum. casu 223. Sanchez de matrim. lib. 3. disp. 22. num. 13. & 65. & in sum. tom. 1. lib. 1. cap. 9. num. 35. Suar. tom. 4. in 3. par. disp. 26. sect. 6. num. 7. 8. & 9. Diana p. p. tract. 15. resol. 19. & tract. 13. resol. 13. Laurentius de Peirin. de* Reli-

Lessius. Vega. Sanch. Suar. Diana. Laur. de Peirin.

giosu

Sayr. Azor. Suar. Sanch. Lugo.

punct.4.num.26.& 27.Sayr.in Claui Regia, lib.1.c.9. num.vlt. Azor.tom.1.lib. 2. Instit. mor. cap. 17. quæst. 10.Suar.tom.4.in 3.p.disp.32 sect.5.per tot. Sanchez in summ.tom.1.lib.1.cap.9. num. 29. Lugo de pœnit. disp. 32. num. 39. & 40. cum Salas, Victoria, Soto, Rodriq.& alijs. Ex dictis sequitur posse aliquem respondere interroganti iuxta suam opinionem probabilem,relicta probabiliori, & modo respondere, imò modo iuxta vnam, & modo iuxta aliam etiam agere,quia semper verum est dicere,quod prudenter agat,dum probabili nititur rationi;modo tamen interrogantem de alterius opinionis probabilitate certificare non desinat, vt nimirum,scandalum precaueat,quod est de iure diuino, ne mẽdax in respõsionibus habeatur.*Vasquez par.2. disp.62. cap.9.nu. 47.Ludouicus Lopez p.prima instruct.cap.120.Bonac. cit.Paulus Layman.lib.1.tract.1.cap.1.num.10. Martinus Becanus tract.1.cap.4.quæst.9.num.16.Valentia tom.3.disp.5.quæst.7.punct.4.Nauarr.in manu. c. 26. num.4.*

Vasq. Lopez. Bonacin. Layman. Becan. valentia. Nauar.

Dub.3.An Sacerdos,respectu suæ iurisdictionis ad audiendas confessiones, possit sequi opinionem probabilem,relicta probabiliori,asserẽti in talibus, vel talibus circumstantijs,se iurisdictionem nequaquam habere.

Respondeo affirmatiuè, ratione mox dubio præcedenti allata, neque per hoc Sacerdos se exponit periculo reddendi inualidum pœnitentiæ Sacramẽtum;nam error ex probabili opinione ortus, veram absoluendi facultatem minimè tollit,cum tunc Ecclesia,& si fortè error re vera intercedat, & Cõfessor iurisdictione careat,illam ob bonum commu-

ne animarum suppleat. *l. Barbarius, ff. de off. Prætor.* Quare tunc pœnitentiæ Sacramentum absque vlla conditione administrari potest, quia in casu contrarij, Ecclesia absolutè iurisdictionem supplet; & quādo Doctores dicunt, Sacramenta in dubio sub conditione administrari debere, intelliguntur de vero dubio, cum scilicet intellectus est anceps; & hoc, ad effugiendum peccatum ministri, idest periculum faciendi Sacramentum irritum, cui quantum est ex se Sacerdos cum dubio, & in nulla probabili ratione fundatus, tale Sacramentum sine conditione administrans, se exponit; non verò quando intellectus probabiliter opinatur, cum assensu scilicet ad vnam partem, vt in casu nostro, in quo minister, adhuc tali conditione præcisa, quantum est ex se, nulli periculo se exponit, cum prudenter operetur, & ex alia parte, vt dictum est, Ecclesia in casu contrarij, iurisdictionem supplet; vel intelliguntur, quando Sacramenta administrantur cum materia, & forma dubia, & hoc, ad huiusmodi etiam periculum præcauendū, præsertim quia Ecclesia, defectus quoad materiam, & formam Sacramētorum, in casu contrarij supplere non potest, ex eo quia potestatem non habet supra ius diuinum, à quo materiæ, & formæ Sacramētorum institutio sola dependet, & alioqui, illius est immutare, vel supplere, cuius est instituere, cum hæc ad eandem potestatem spectent. *Lessius lib. 2. de iust. cap. 29. dub. 8. num. 6. Vega lib. 5. sum. casu 223. Sanchez de matrim. lib. 3. disp. 22. num. 13. & 65. & in sum. tom. 1. lib. 1. cap. 9. num. 35. Suar. tom. 4. in 3. par. disp. 26. sect. 6. num. 7. 8. & 9. Diana p. p. tract. 15. resol. 19. & tract. 13. resol. 13. Laurentius de Peirin. de Reli-*

Lessius. Vega. Sanch. Suar. Diana. Laur. de Peirin.

gioso

Sancius. Sum. Cor. *gioso subdito, q. 1. de obed. cap. 21. ante conclus 9. Sancius in select. disp 44. n. 3. sum. Corona 4. p. de Confess. cap. de ministro, n. 52. dub. 5.*

Dub. 4. An quis citra mortale sequi possit opinionem minus probabilem, relicta probabiliori, ac magis tuta, vt cum quis dubius de proprietate rei, quam bona fide possidet, ac fundatus in opinione probabili, quæ dicat, illam in dubio non esse restituendam, quia scilicet in dubio melior est conditio possidentis. *Reg. in pari 65. de reg. iur. in 6.* talem rem sibi retinere queat, contra opinionem probabiliorem, dicentem, illam in dubio esse restituendã, quod est magis tutum.

Respondeo affirmatiuè, & quidem in omnibus illis casibus, in quibus simul non concurrit præceptum charitatis de euitando damno irreparabili proximi in extrema necessitate salutis spiritualis, vel tẽporalis constituti, vt dicemus dubio sequenti, vel præceptum de iustitia alijs administranda, vt dicemus dubio 6. vel aliqua alia ratio, præsertim boni communis, vt exemplificabitur infra dubio 7. fine, vel boni particularis, vt dictum est dubio 2. ad deponendam opinionem minus probabilem, vel probabilem, vel etiam probabiliorem, vt minus probabilis sequatur, in contrarium vrgens, simul etiam non concurrat, id licitè fieri potest; nam extra hos casus, quantum est ex se, vt sic, semper verum est dicere, quod quis sequendo opinionem probabilẽ, prudenter operatur, ex eo quia hic, & nunc opinio probabilis, errorem continere non apparet; ac proinde, qui illam sequitur, errare dici non potest; tum quia ille imprudenter operari dicitur, qui absque

ratione,& causa probabili operatur, ergo qui cum causa probabili aliquid agit,imprudenter, & consequenter cum peccato operari dici non potest; Nec supponi debet,Deum (cuius iugum suaue est) tam strictissimo onere in opinionibus magis probabilibus eligendis,perscrutandis,ac sibi quisque suadendis,nos obligare mortaliter velle, cùm hoc sit ferè moraliter impossibile.Quod sanè verum est, modo tali opinioni minus probabili non obsit aliquod decretum in contrarium,vel aliqua noua ratio obstãs non insurgat,quam, nec talem opinionem sequens soluere, nec ab alijs Doctoribus solui posse supponat;tunc enim non prudenter,sed temerè opinionẽ magis probabilem relinquendo, operari diceretur; vide infra dubio 8.*Filiuc.tom.2.tract.21. num.126. & 128.Guttierez quæst.can.lib.1.cap.13.num.23. Bãnes 2.2.quæst.10.art.1.dub.3.in obiect. contra 4. concl. Salas p.2.quæst.21.tract.8.disp.vnica,in sect.6.nu.66. Sayr.in Claui Regia,lib.1.cap.61.n.4. & 10. Becanus 2.par.theol.moral.tract.1.c.4.de bonit.actuum,q.9.nu. 13.& 14.Zachar.Pasqualigus Decis.5.num.4.*

Matth.11 vers.30.

Filiuc. Guttier. Bann. Salas. Sayr. Becan. Pasqual.

Dub.5.An cum vrget præceptum charitatis, de euitando damno irreparabili proximi, in extrema necessitate suæ salutis spiritualis,vel temporalis cõstituti, sequi possit opinio probabilis, probabiliori relicta.

Respõdeo negatiuè, quod sanè in administratione Sacramentorum, & quoad pharmaca infirmis à Medico exhibenda exemplificari potest, si enim puer nondum baptizatus in articulo mortis existat, & non adsit,nisi aqua,de qua dubitetur,an sit naturalis,non potest tunc Sacerdos à puero baptizando

abſtinere ſequendo opinionem minus probabilem, vel etiam probabilem,aſſerentem,talem aquam nõ eſſe materiam aptam pro Sacramento baptiſmi, vel adhibere aquam,ſeu materiam dubiã minus probabilẽ,aqua,ſeu materia adhuc dubia,ſed probabiliori relicta; nec ſimile præſtare põt Medicus in pharmaco infirmo exhibendo, quia cum quis teneatur, quoad fieri poteſt,& cũ exactiſſima diligẽtia proximo in extremis conſtituto ſubuenire, imprudenter aget,viam minus tutam ſequi,tutiori, ac minus periculoſa relicta;ſi verò damnum proximi ſit reparabile,nulla obligatio ad hoc faciendum adeſt, ratione,qua ſupra dubio pręcedenti allata, ſufficit enim ſi quis circa proximum, ſequendo opinionem probabilem,hic,& nunc prudenter,& ſine euidenti errore operetur,& alioqui inueſtigare ſemper opiniones probabiliores,adhùc incertitudini,ac periculo, ſicut etiam minus probabiles, ſubiectas,ſit præceptum nimis durum,& humanæ conditioni minus accomodatum,ac proinde grauiſſimum incommodũ; cum quo ſanè,vt ſæpius dictum eſt, præceptũ charitaris nequaquã locum habet; De hac materia vide Merollam *tom.* 1. *diſp.* 3. *cap.* 4. *num.* 127. *&* 128. *Filiuc.tract.* 21.*nu.* 138. *Ioannem Sancium in ſelectis, per totam,diſp.* 44. *& Thomam Sanchez in ſum. tom.* 1. *lib.* 1. *cap.* 9. *per totum*,& alios apud ipſos.

Merol. Filiuc. Sancius. Sanch.

Dub. 6. An in iuſtitia alijs adminiſtrãda,vt in ſententijs inter partes ferendis, poſſit Iudex ſequi opinionem probabilem,probabiliori relicta.

Reſpondeo,& dico Primo,ſi opinionum diuerſitas ſe teneat,ex parte iuris, puta ſi aliquis textus, ſeu lex,vno modo ab aliquibus Doctoribus expli-

ce-

cetur,alio vero modo ab alijs;vt si controuertatur, vtrum fructus industriales bona fide consumptos, possessor bonæ fidei restituere teneatur,vel,an collatio beneficij facta infami, sit ipso iure nulla, &c. vel si opinionum diuersitas sit, quoad Reum carcerandum,an scilicet Iudex, vel ipsius ministri possint delinquentem in alieno territorio carcerare; vel quoad testes examinandos, num scilicet testis omni exceptione maior,in causis criminalibus semiplenam probationem constituat;vel quoad Reum interrogandum,torquendum,vel quid simile, Iudex quam maluerit opinionem sequi potest, id enim cũ sit aliquid iuris,ad Iudicem totaliter spectat, quia Iudex vti Doctor,leges secũdum principia legalia, aliorumquè Doctorum placita,pro suo arbitrio,modo iudicium non sit falsum,idest si in aliqua saltem probabili ratione fundetur, ex proprio suo munere, vt ex Doctorum priuilegijs patet,explicare potest; ergo partes,sicut nec quiuis alius, illius auctoritatem coarctare valet,vt in ipsius fauorem,textus,seu leges explicare debeat; ergo quotiescũque opinionum diuersitas se tenet ex parte iuris,Iudex in quã maluerit partem declinare potest, etiam si in hoc probabilem sententiam sequatur, probabiliori relicta. *Sayr. in claui* Reg. *lib.*1.*c.*11.*n.*8. *Medin. p.*2.*q.*19. *art.*6.*dub.penult.ad ultimũ,Petr.Ledes.to.*2.*sum tract.* 8.*cap.*22.*post* 11.*conclus. diffic.* 2. *Martinus del* Rio *in disquisit. magic. lib.*5.*q.*1.§.*quotiescũque, Aluarez p.*2. *disp.*80.*nu.*12. *Fragosus de regim.* Reipubl. *prima par. lib.*4.*disp.*10.*n.*198.*vers. secunda.* Sayr. Medin. Ledesm. Mart. del Rio. Aluar. Fragosus.

Dico secundo, si opinionum diuersitas se teneat ex parte facti,quod partes non idem esse supponãt,

Sancius.

tiam ferre fas erit. *Sancius cit. num.* 50. *vers. quod si Iudex.*

Dico 5. Si opinionum diuersitas adhuc se teneat ex parte facti, sed in rebus criminalibus, & rationes, ac fundamenta inter fiscum, & Reum, quæ scilicet, ille in accusando, hic verò in se defendendo producunt, sint æqualia, nec Iudex opinionem probabilẽ, probabiliori relicta, contra Reum sequi potest; nam quando aliquis non probatur nocens, censendus est innocens, vnusquisque enim supponitur bonus vsq; dum non probatur malus. *l. merito, ff. pro socio, c. vnic. de scrutinio in ord. faciend. & cap. dudum, & vlt. de præsumpt.* rationes autem fisci, dum sunt æquales cũ defensionibus Rei, nihil contra illum probant, nam totum id, quod contra Reum vrgent, per illius defensiones conculcatur (vt supponimus) alias defensiones non essent æquales, & consequenter, ita se habent, ac si nihil probarent; tum quia posita hac æquali Rei defensione, iura fisci fiunt obscura, cum autem iura partium sunt obscura, fauẽdum est Reo. *arg. Reg. cùm sunt, de reg. iur. in 6.* tum quia, stãte hinc indè rationum æqualitate, intellectus vni parti magis, quam alteri, pro, vel contra assentiri non potest, & consequenter est anceps, & dubitat, in dubio autem non præsumitur delictum. *l. merito, ff. pro socio, & cap. estote, de reg. iuris, in decretal. Menochius lib. 2. de arbitrar. centur.* 1. *casu* 98. Merolla citatus *n.* 175. qui n. 180. cũ Salone, Sayro, Salas addit, id verum esse, etiã si rationes fisci vrgentiores sint rationibus Rei, ex eo quia, probationes contra Reum in criminalibus debent esse luce meridiana clariores; quod tamen ego puto verum, quando parum illas excede-

Menoch.
Merol.
Salon.
Sayr.
Salas.

rent,

rent, itaut earum vim notabiliter non obumbrarent, licet tunc in casu notabilis excessus, Reus mitius puniri debeat; & ad illud, quod probationes contra Reum in criminalibus debeant esse, &c. intelligitur ad eum pœna ordinaria, non verò extraordinaria puniendum. *Fragosus de Regim. Reipubl. suprà citatus.* Fragos.

Dub. 7. An subditus possit nō obedire suo Superiori, cum nititur alicui opinioni probabili, quæ dicat in tali, vel tali casu non esse obediendum, vel rem præceptam esse illicitam.

Respōdent nonnulli affirmatiuè, quia si quid obstaret, esset, quia in dubio melior est conditio possidentis, ergo cū possessio stet pro Superiore, qui est in possessione, vt sibi à subditis obediatur, non est à tali possessione certa spoliandus propter incertam subditorum opinionem, incertum enim, certo præualere non potest; nam respondent, verum esse, Superiorem habere in communi possessionem certam præcipiendi, sed in particulari postea non semper illam habere, & sic, cum subditus nititur alicui opinioni probabili, quod in aliquo casu particulari obedire minimè teneatur, vel rem præceptam esse illicitam, Superioris possessio non est amplius certa, illi in huiusmodi casu præcipiendi, nec ius certum possidet, vt sibi tunc à subdito obediatur, alioqui nūquam posset dari opinio probabilis ex parte subditi in hac materia (quod nos pro foro consciētiæ infra negabimus) nam opinio probabilis cum sententia certa stare non potest, ex eo quia, certum, omnem opinionem, ac probabilem rationem in contrarium excludit; tum quia non minorem auctorita-

tem

babilioribus, & firmioribus fundamentis, rationibusquè fundatum, sequi possumus contra communem, vt supra probauimus, sic quilibet vir scientiis valdè præditus potest suam tenere opinionem contra communem, dum sua opinio similiter est fundata in manifestis rationibus, & probabilioribus fundamentis, v.g. Nauarrus *cap.27.num.63.* probabiliter sentit, Christianos captiuos remigantes contra Christianos, etiã metu mortis, peccare mortaliter; aliquis vir doctus potest tenere contrariam opinionem; & ratio est, quia remigatio est opus indifferẽs, & præterea, quia Christiani captiui, sunt Turcarum serui, ideò possũt, vt serui, suis dominis in operibus non per se malis, seu indifferentibus, absque peccato obedire; secus erit, quando Christiani captiui iuberentur alios Christianos occidere, vel armis pugnare, hoc enim esset opus per se malũ, & illicitum. Ita *Azor. Instit. moral. tom.*1.*lib.*2.*cap.*17.*q.*6.

Nauar.

Azor.

ADDITIO.

DVbium primum. An aliquando sequi opinionem vnius Doctoris, vel opinionem probabilem contra communem liceat.

Respondeo negatiuè, cum opinio Doctoris, cui quis nititur, non est amplius probabilis, vt cum errorem continet, vel nullum solidum fundamẽtum pro se habet, quia tunc illam contra communem sequi, est errare: plura quoad hoc, vide infra dubio 8. *Reginald. tract.* 13. *vers. tertium est*, *Bonacin. de peccatis, disp.* 2 *q.*4.*pun.*9.*n.*1. *Sanch. in sum. tom.*1. *lib.* 1. *cap.*9. *n.*10. & 11.

Reginald.
Bonac.
Sanch.

Dub.

Dub. 2. An teneatur Confessor absoluere pœnitentem, habentem opinionem probabilem, quā vti probabilem ipse agnoscat contra suam probabiliorem, vt si pœnitens, v.g. velit contractum inire, quē probabiliter vsurarium esse non putet, illum verò ex probabiliori sententia Confessarius vsurarium esse existimet.

Respondeo affirmatiuè, nam tunc pœnitens, sequens opinionem probabilem, prudenter, idest sine errore, qui hic, & nunc clarè appareat operatur, & consequēter censetur benè dispositus; benè autem disposito, Confessor, siue sit Parochus, siue simplex Sacerdos, absolutionem conferre tenetur; alias illi grauem iniuriam infert, ex eo quia pœnitens de iure est absolutione dignus, quem gratis ipse tanto beneficio priuat; Ex quo fit, quod si interim pœnitens sine absolutione moriatur, tunc Confessor totalis causa damnationis illius esse censetur; si verò pœnitens de venialibus tantum se accuset, Confessor tunc, secundum Sanchez, & Suarez, mox citandos absolutionem denegando, venialiter solummodo peccat, quia in re leui illum lædit, nō enim æternæ damnationis periculo eum exponit, & alioqui augmentum gratiæ, quod per talem absolutionem pœnitens reciperet, facili negotio per aliam Confessionem resarciri potest, ac proindè damnū, quod per hoc pœnitenti affertur, graue nullo modo esse censetur; sicut nec etiam vllo pacto Confessor peccat, si pœnitentis opinionem antequam illius peccata excipiat, sequi nolit, & alioqui nulla necessitas vrgeat, vel excipiendæ Confessionis obligatio ex parte ipsius adsit. *Bonac. de pœnit. disp.* 5. *quæst.* 7. Bonac.

punct.

Sayr. Azor. Suar. Sanch. Lugo.

punct.4 num.26.& 27.Sayr.in Claui Regia, lib.1.c.9. num.vlt. Azor.tom.1.lib.2. Instit. mor. cap. 17. quæst. 10.Suar.tom.4.in 3.p.disp.32 sect.5.per tot. Sanchez.in summ.tom.1.lib.1.cap.9.num. 29. Lugo de pœnit. disp. 32. num. 39. & 40. cum Salas, Victoria, Soto, Rodriq.& alijs. Ex dictis sequitur posse aliquem respondere interroganti iuxta suam opinionem probabilem, relicta probabiliori, & modo respondere, imò modo iuxta vnam, & modo iuxta aliam etiam agere, quia semper verum est dicere, quod prudenter agat, dum probabili nititur rationi; modo tamen interrogantem de alterius opinionis probabilitate certificare non desinat, vt nimirum, scandalum præcaueat, quod est de iure diuino, ne mēdax in respōsionibus habeatur. *Vasquez par.2. disp.62. cap.9.nu. 47. Ludouicus Lopez p.prima instruct.cap.120.Bonac. cit.Paulus Layman.lib.1.tract.1.cap.1.num.10. Martinus Becanus tract.1.cap.4.quæst.9.num.16.Valentia tom.3.disp.5.quæst.7.punct.4.Nauarr.in manu. c. 26. num.4.*

Vasq. Lopez. Bonacin. Layman. Becan. Valentia. Nauar.

Dub.3. An Sacerdos, respectu suæ iurisdictionis ad audiendas confessiones, possit sequi opinionem probabilem, relicta probabiliori, asserēti in talibus, vel talibus circumstantijs, se iurisdictionem nequaquam habere.

Respondeo affirmatiuè, ratione mox dubio præcedenti allata, neque per hoc Sacerdos se exponit periculo reddendi inualidum pœnitentiæ Sacramētum; nam error ex probabili opinione ortus, veram absoluendi facultatem minimè tollit, cum tunc Ecclesia, & si fortè error re vera intercedat, & Cōfessor iurisdictione careat, illam ob bonum commu-

ne animarum suppleat. *l. Barbarius, ff. de off. Prætor.* Quare tunc pœnitentiæ Sacramentum absque vlla conditione administrari potest, quia in casu contrarij, Ecclesia absolutè iurisdictionem supplet; & quādo Doctores dicunt, Sacramenta in dubio sub conditione administrari debere, intelliguntur de vero dubio, cum scilicet intellectus est anceps; & hoc, ad effugiendum peccatum ministri, idest periculum faciendi Sacramentum irritum, cui quantum est ex se Sacerdos cum dubio, & in nulla probabili ratione fundatus, tale Sacramentum sine conditione administrans, se exponit; non verò quando intellectus probabiliter opinatur, cum assensu scilicet ad vnam partem, vt in casu nostro, in quo minister, adhuc tali conditione præcisa, quantum est ex se, nulli periculo se exponit, cum prudenter operetur, & ex alia parte, vt dictum est, Ecclesia in casu contrarij, iurisdictionem supplet; vel intelliguntur, quando Sacramenta administrantur cum materia, & forma dubia, & hoc, ad huiusmodi etiam periculum præcauendū, præsertim quia Ecclesia, defectus quoad materiam, & formam Sacramētorum, in casu contrarij supplere non potest, ex eo quia potestatem non habet supra ius diuinum, à quo materiæ, & formæ Sacramētorum institutio sola dependet, & alioqui, illius est immutare, vel supplere, cuius est instituere, cum hæc ad eandem potestatem spectent. Lessius *lib. 2. de iust. cap. 29. dub. 8. num. 6. Vega lib. 5. sum. casu 223. Sanchez de matrim. lib. 3. disp. 22. num. 13. & 65. & in sum. tom. 1. lib. 1. cap. 9. num. 35. Suar. tom. 4. in 3. par. disp. 26. sect. 6. num. 7. 8. & 9. Diana p. p. tract. 15. resol. 19. & tract. 13. resol. 13. Laurentius de Peirin. de* Reli-

Lessius. Vega. Sanch. Suar. Diana. Laur. de Peirin.

giosu

Sancius. Sum. Cor. *gioso subdito, q. 1. de obed. cap. 21. ante conclus. 9. Sancius in select. disp. 44. n. 3. sum. Corona 4. p. de Confess. cap. de ministro, n. 52. dub. 5.*

Dub. 4. An quis citra mortale sequi possit opinionem minus probabilem, relicta probabiliori, ac magis tuta, vt cum quis dubius de proprietate rei, quam bona fide possidet, ac fundatus in opinione probabili, quæ dicat, illam in dubio non esse restituendam, quia scilicet in dubio melior est conditio possidentis. *Reg. in pari 65. de reg. iur. in 6.* talem rem sibi retinere queat, contra opinionem probabiliorem, dicentem, illam in dubio esse restituendã, quod est magis tutum.

Respondeo affirmatiuè, & quidem in omnibus illis casibus, in quibus simul non concurrit præceptum charitatis de euitando damno irreparabili proximi in extrema necessitate salutis spiritualis, vel tẽporalis constituti, vt dicemus dubio sequenti, vel præceptum de iustitia alijs administranda, vt dicemus dubio 6. vel aliqua alia ratio, præsertim boni communis, vt exemplificabitur infra dubio 7. fine, vel boni particularis, vt dictum est dubio 2. ad deponendam opinionem minus probabilem, vel probabilem, vel etiam probabiliorem, vt minus probabilis sequatur, in contrarium vrgens, simul etiam non concurrat, id licitè fieri potest; nam extra hos casus, quantum est ex se, vt sic, semper verum est dicere, quod quis sequendo opinionem probabilẽ, prudenter operatur, ex eo quia hic, & nunc opinio probabilis, errorem continere non apparet; ac proinde, qui illam sequitur, errare dici non potest; tum quia ille imprudenter operari dicitur, qui absque

ratione,& causa probabili operatur, ergo qui cum causa probabili aliquid agit,imprudenter, & consequenter cum peccato operari dici non potest; Nec supponi debet,Deum (cuius iugum suaue est) tam strictissimo onere in opinionibus magis probabilibus eligendis,perscrutandis,ac sibi quisque suadendis,nos obligare mortaliter velle, cùm hoc sit ferè moraliter impossibile.Quod sanè verum est, modo tali opinioni minus probabili non obsit aliquod decretum in contrarium,vel aliqua noua ratio obstãs non insurgat,quam, nec talem opinionem sequens soluere, nec ab alijs Doctoribus solui posse supponat;tunc enim non prudenter,sed temerè opinionẽ magis probabilem relinquendo, operari diceretur; vide infra dubio 8.*Filiuc.tom.2.tract.21. num. 126. & 128.Gutiierez quæst.can.lib.1.cap.13.num.23. Bãnes 2.2.quæst.10.art.1.dub.3.in obiect. contra 4. concl. Salas p.2.quæst.21.tract.8.disp.vnica,in sect.6. nu.66. Sayr.in Claui Regia,lib.1.cap.61.n. 4. & 10. Becanus 2.par.theol.moral.tract.1.c.4.de bonit.actuum,q. 9.nu. 13 & 14.Zachar.Pasqualigus Decis.5. num.4.*

Matth.11. vers.30.

Filiuc. Guttier. Bann. Salas. Sayr. Becan. Pasqual.

Dub.5.An cum vrget præceptum charitatis, de euitando damno irreparabili proximi, in extrema necessitate suæ salutis spiritualis,vel temporalis cõstituti, sequi possit opinio probabilis, probabiliori relicta.

Respõdeo negatiuè, quod sanè in administratione Sacramentorum, & quoad pharmaca infirmis à Medico exhibenda exemplificari potest, si enim puer nondum baptizatus in articulo mortis existat, & non adsit,nisi aqua,de qua dubitetur,an sit naturalis,non potest tunc Sacerdos à puero baptizando

abſtinere ſequendo opinionem minus probabilem, vel etiam probabilem, aſſerentem, talem aquam nõ eſſe materiam aptam pro Sacramento baptiſmi, vel adhibere aquam, ſeu materiam dubiã minus probabilẽ, aqua, ſeu materia adhuc dubia, ſed probabiliori relicta; nec ſimile præſtare põt Medicus in pharmaco infirmo exhibendo, quia cum quis teneatur, quoad fieri poteſt, & cũ exactiſſima diligẽtia proximo in extremis conſtituto ſubuenire, imprudenter aget, viam minus tutam ſequi, tutiori, ac minus periculoſa relicta; ſi verò damnum proximi ſit reparabile, nulla obligatio ad hoc faciendum adeſt, ratione, qua ſupra dubio pręcedenti allata, ſufficit enim ſi quis circa proximum, ſequendo opinionem probabilem, hic, & nunc prudenter, & ſine euidenti errore operetur, & alioqui inueſtigare ſemper opiniones probabiliores, adhùc incertitudini, ac periculo, ſicut etiam minus probabiles, ſubiectas, ſit præceptum nimis durum, & humanæ conditioni minus accomodatum, ac proinde grauiſſimum incommodũ; cum quo ſanè, vt ſæpius dictum eſt, præceptũ charitatis nequaquã locum habet; De hac materia vide Merollam *tom. 1. diſp. 3. cap. 4. num.* 127. & 128. *Filiuc. tract.* 21. *nu.* 138. *Ioannem Sancium in ſelectis, per totam, diſp.* 44. & *Thomam Sanchez in ſum. tom.* 1. *lib.* 1. *cap.* 9. *per totum*, & alios apud ipſos.

Merol. Filiuc. Sancius. Sanch.

Dub. 6. An in iuſtitia alijs adminiſtrãda, vt in ſententijs inter partes ferendis, poſſit Iudex ſequi opinionem probabilem, probabiliori relicta.

Reſpondeo, & dico Primo, ſi opinionum diuerſitas ſe ten at, ex parte iuris, puta ſi aliquis textus, ſeu lex, vno modo ab aliquibus Doctoribus expli-

ce-

cetur, alio vero modo ab alijs; vt si controuertatur, vtrum fructus industriales bona fide consumptos, possessor bonæ fidei restituere teneatur, vel, an collatio beneficij facta infami, sit ipso iure nulla, &c. vel si opinionum diuersitas sit, quoad Reum carcerandum, an scilicet Iudex, vel ipsius ministri possint delinquentem in alieno territorio carcerare; vel quoad testes examinandos, num scilicet testis omni exceptione maior, in causis criminalibus semiplenam probationem constituat; vel quoad Reum interrogandum, torquendum, vel quid simile, Iudex quam maluerit opinionem sequi potest, id enim cũ sit aliquid iuris, ad Iudicem totaliter spectat, quia Iudex vti Doctor, leges secũdum principia legalia, aliorumquè Doctorum placita, pro suo arbitrio, modo iudicium non sit falsum, idest si in aliqua saltem probabili ratione fundetur, ex proprio suo munere, vt ex Doctorum priuilegijs patet, explicare potest; ergo partes, sicut nec quiuis alius, illius auctoritatem coarctare valet, vt in ipsius fauorem, textus, seu leges explicare debeat; ergo quotiescũque opinionum diuersitas se tenet ex parte iuris, Iudex in quã maluerit partem declinare potest, etiam si in hoc probabilem sententiam sequatur, probabiliori relicta. *Sayr. in claui* Reg. *lib.* 1. *c.* 11. *n.* 8. *Medin. p.* 2. *q.* 19. *art.* 6. *dub. penult. ad ultimũ, Petr. Ledes. to.* 2. *sum tract.* 8. *cap.* 22. *post* 11. *conclus. diffic.* 2. *Martinus del Rio in disquisit. magic. lib.* 5. *q.* 1. §. *quotiescũque, Aluarez p.* 2. *disp.* 80. *nu.* 12. *Fragosus de regim.* Reipubl. *prima par. lib.* 4. *disp.* 10. *n.* 198. *vers. secunda.*

Sayr. Medin. Ledesm. Mart. del Rio. Aluar. Fragosus.

Dico secundo, si opinionum diuersitas se teneat ex parte facti, quod partes non idem esse supponãt,

ſed hinc inde quælibet pars æquales teſtes, æqualia inſtrumenta, ac probationes pro ſe habeat, & neutra in poſſeſſione exiſtat, tunc Iudex, vt aſſerunt infraſcripti Doctores pro ſuo libito, opinionem probabilem ſequendo, probabiliori relicta, iudicare nō poteſt, quia cū hoc ſit aliquid facti, ſe tenet ex parte litigantium, ac proinde iuſtitiam ſecūdum vniuſcuiuſque partis merita adminiſtrare debet, & conſequenter ſi merita ſint æqualia in ordine ad causā, (vt accidit) dum partes æquales probationes habent, æqualiter etiam, ac pro rata eis iuſtitiam adminiſtrare debet, illaſquè componere, vel rem eis diuidere, & ſi res non fuerit diuiſibilis, diuidere fructus, &c. alias iuſtitiam lædit, quæ præcipit dari vnicuique quod ſuum eſt, ſecundum cuiuſque merita. Nec eſt ſimile de duobus æquè dignis, ad beneficium concurrentibus, quod Iudex Eccleſiaſticus cuilibet ex ipſis conferre poteſt; is enim de ſe primo non tenetur proſpicere intereſſe concurrentium, ſed bono communi Eccleſiæ, eligēdo ſcilicet dignum, ob quod præcisè fit concurſus; ergo poſtquam vnum ex ipſis dignum, poſito, quod duo ſimul eligi non poſſint, pro ſeruitio Eccleſiæ elegerit, ſuo muneri ſatisfecit, ac proinde damnum, quod alteri concurrenti reſultat, eſt merè per accidens; damnū verò, quod per accidens, ex aliqua ſcilicet iuſta actione, præſertim neceſſariò ex præcepto, vel aliqua alia obligatione facienda reſultat, nemo euitare tenetur, quæ ratio in ſupradicto caſu aſſignari non poteſt, cum Iudex de ſe primo tunc, partibus quoad earum intereſſe litigantium, iuſtitiam adminiſtrare debeat, ac per conſequens de ſe primo etiam earum

dam-

damnum,secundum cuiusque exigentiam, & sui officij debitum,euitare tenetur. *Bannes 2.2.q.63.ar.4. dub.1.circa solutionem ad 2.Sanchez in sum.lib.1.cap. 9.num.45.post medium,Merol.tom.1.disp.3.cap. 4.nu. 171.Bonac.de peccatis,disp.2.q.4.pun.9.num. 13. vers. dixi,Salas p.2.q.21.tract.8.disp.vnic.sect.12.nu.118. Fragosus de regim.* Reipubl. *prima par. lib. 4. disp. 10. num.200.* Bannes. Sanch. Merol. Bonac. Salas. Fragos.

Dico tertio,si opinionum diuersitas adhuc sit ex parte facti,& probationes,& iura partiũ sint æqualia,& altera pars in possessione existat,in illius fauorem iudicari debet,ex capitulo *ex literis, de probat.* ibi,*quod si ambarum.&c.*quod idem dicẽdum, si altera pars vrgentiores rationes habeat,& si parum alterius partis rationes excedant,quia in rebus litigiosis,hoc,moralem euidentiam facit (vt patet ex praxi) & alioqui Iudex secundum allegata, & probata iustitiam administrare tenetur, & consequẽter opinionem minus probabilem in contrarium, quoad hoc,si forsan adesset,probabiliori relicta, sequi non potest, prout mox supra in dico secundo,fine dictum fuit. *Villalobos in sum.1.tom.difficul.10.in fin. tract.1. Sancius in select.disp.44.num.51.vers.in secũdo statu, fine,Becanus 2.p.Theolog.scholastica,tract.1. cap.4.q.9.num.14.Medina p.2.q.19.art.6.dub.penul. fine, Merol.cit.num. 174. Fragosus de regim. Reipubl. sup. cit.* Villalob. Sanc. Becan. Medin. Merol. Fragos.

Dico quarto,si Iudex à partibus litigantibus eligatur sub conditione, vt scilicet secundum suã opinionem rem decidere velit,tũc ex fidelitate id præstare tenetur, nec secundum opinionem probabilẽ, probabiliori relicta, quam ipse sequitur, ei senten-

tiam

Sancius. tiam ferre fas erit. *Sancius cit. num.* 50. *vers. quod si Iudex.*

Dico 5. Si opinionum diuersitas adhuc se teneat ex parte facti, sed in rebus criminalibus, & rationes, ac fundamenta inter fiscum, & Reum, quæ scilicet, ille in accusando, hic verò in se defendendo producunt, sint æqualia, nec Iudex opinionem probabilẽ, probabiliori relicta, contra Reum sequi potest; nam quando aliquis non probatur nocens, censendus est innocens, vnusquisque enim supponitur bonus vsq; dum non probatur malus. *l. merito, ff. pro socio, c. vnic. de scrutinio in ord. faciend. & cap. dudum, & vlt. de præsumpt.* rationes autem fisci, dum sunt æquales cũ defensionibus Rei, nihil contra illum probant, nam totum id, quod contra Reum vrgent, per illius defensiones conculcatur (vt supponimus) alias defensiones non essent æquales, & consequenter, ita se habent, ac si nihil probarent; tum quia posita hac æquali Rei defensione, iura fisci fiunt obscura, cum autem iura partium sunt obscura, fauẽdum est Reo. *arg. Reg. cùm sunt, de reg. iur. in 6.* tum quia, stãte hinc indè rationum æqualitate, intellectus vni parti magis, quam alteri, pro, vel contra assentiri non potest, & consequenter est anceps, & dubitat, in dubio autem non prȩsumitur delictum. *l. merito, ff. pro socio, & cap. estote, de reg. iuris, in decretal. Menochius lib. 2. de arbitrar. centur. 1. casu* 98. Merolla citatus *n.* 175. qui n. 180. cũ Salone, Sayro, Salas addit, id verum esse, etiã si rationes fisci vrgentiores sint rationibus Rei, ex eo quia, probationes contra Reum in criminalibus debent esse luce meridiana clariores; quod tamen ego puto verum, quando parum illas excede-

Menoch. Merol. Salon. Sayr. Salas.

rent, itaut earum vim notabiliter non obumbrarent, licet tunc in casu notabilis excessus, Reus mitius puniri debeat; & ad illud, quod probationes contra Reum in criminalibus debeant esse, &c. intelligitur ad eum pœna ordinaria, non verò extraordinaria puniendum. *Fragosus de Regim.* Reipubl. *suprà citatus.* Fragos.

Dub. 7. An subditus possit nō obedire suo Superiori, cum nititur alicui opinioni probabili, quæ dicat in tali, vel tali casu non esse obediendum, vel rem præceptam esse illicitam.

Respōdent nonnulli affirmatiuè, quia si quid obstaret, esset, quia in dubio melior est conditio possidentis, ergo cū possessio stet pro Superiore, qui est in possessione, vt sibi à subditis obediatur, non est à tali possessione certa spoliandus propter incertam subditorum opinionem, incertum enim, certo præualere non potest; nam respondent, verum esse, Superiorem habere in communi possessionem certam præcipiendi, sed in particulari postea non semper illam habere, & sic, cum subditus nititur alicui opinioni probabili, quod in aliquo casu particulari obedire minimè teneatur, vel rem præceptam esse illicitam, Superioris possessio non est amplius certa, illi in huiusmodi casu præcipiendi, nec ius certum possidet, vt sibi tunc à subdito obediatur, alioqui nūquam posset dari opinio probabilis ex parte subditi in hac materia (quod nos pro foro consciētiæ infra negabimus) nam opinio probabilis cum sententia certa stare non potest, ex eo quia, certum, omnem opinionem, ac probabilem rationem in contrarium excludit; tum quia non minorem auctorita-

tem

tem habet Confessor circa pœnitentem, & Iudex circa Reum iam iuratum, quam Superior circa subditum, & tamen Confessor non potest suo præcepto obligare pœnitentẽ, ad aliquod contra eius opinionem, licet minus probabilem agendum, vt diximus supra dubio 2. & ferè communiter sentiũt Doctores, nec tunc pœnitens ei obedire tenetur: Nec similiter Iudex potest Reum iuratum ad respondẽdum obligare, quando Reus ad hoc se probabiliter non teneri opinatur; nec item Princeps obligare potest in conscientia suum subditum ad tributi solutionem, quãdo subditus fulcitur opinione probabili, quod tributum sit iniustum, ergo nec in casu nostro Superior obligare potest suum subditum ad obedientiam sibi præstandam, contra illius opinionem in contrarium, quod scilicet ad hoc minimè teneatur, licet minus probabilem, vel quod res præcepta sit illicita; quoad scandalum verò, quod hic intercedere posset vitandum, dicunt, obseruandum esse, vti nos diximus supra in Additione ad Practicam 10. dubio 15. *Suar. de censuris, disp. 4. sect. 6. nu. 6. Torres de iustit. disp. 50. dub. 5. nu. 9. Gabriel Vasquez p. 2. dub. 66. cap. 6. num. 51. & seqq. Sanchez ex parte in sum. lib. 6. cap. 3. num. 7. Garsias de benef. tom. 2. p. 7. cap. 2. num. 28. Sancius in select. disp. 33. num. 32. & in earum compend. in calce lib. verb. opinio, vers. quod idẽ, Hieronym. Rodriq. in compend. resol. 202. num. 5. vers. peccat mortaliter.* Secus verò asserunt, si subditus suã rationem, in qua se haud obedire teneri fundatur, assignare non valeat (ad quod sanè tenetur, cùm id Superior exigit, alias esset gratis non obedire) tunc enim eius opinio resoluetur in dubium, sicquè

Suar. Torres. Vasq. Sanch. Gars. Sancius. Rodriq.

obe-

obedire teneretur, ex glossa in cap. *dilecta*, in fine, *de maioritate, et obediētia*, & capitulo *ex tenore*, verbo *mandato, de sententia excomm.* tum quia in dubio, melior est conditio possidentis, nimirùm Superioris ius certum vt sic, pręcipiendi habentis. *Lorca 2. 2. sect. 3. disp. 53. n. 8. & 9. & par. 2. sect. 2. disput. 38. §. de dub. circa praeceptum. Coriolanus de casibus reseruatis, p. 2 fol. mihi 570. n. 9.* Toletus *in sum. de peccatis mortal. c. 15. n. 2. vers. quartum est*, citās capitulū *quod culpatur, verbo iniquitas* 23. Verum tamen ego in foro cōscientiæ, & non in foro fori hoc admitterem, cùm rationes supra allatæ, pro foro conscientię solum probent, si enim in foro fori fas erit subdito, opinioni probabili nixo, non obedire, fas erit etiam superiori, in opinione probabili, & forsan probabiliori, quod tunc præcipere possit fundato, præcipere, cùm vnusquisque suam sententiam, si probabilis sit, licitè sequi possit, (vt aiunt communiter Doctores) posito ergo, quod tam superior, quam subditus in sua opinione persistere vellet, quis inquam talia litigia, quę vtrinque iusta putantur, terminabit? in cuius fauorem iudicandum? quod remedium adhibēdum? non aliud sanè, nisi quòd intra Regulares, & quoscunque alios, quibus ius, quod ex probabili opinione acquirunt, contentiosè, & propria auctoritate defendere non licet (vt licet Regibus, ex probabili opinione, hinc indè bellū sibi indicentibus, simulq; ineuntibus) ad altercationes, & maiora mala vitanda, pacemquè conseruandam (quæ omnia bono particulari præfati iuris, ex probabili cuiusque opinione acquisiti, præferri debent) in foro externo, hoc nullatenus fieri possit, sed in con-

Lorca.

Coriol.
Tolet.

ſcientiæ foro dumtaxat locum habere.

Dub.8. Quęnam dicatur opinio probabilis, quę minus probabilis, & quęnam probabilior.

Reſpondeo, opinionem probabilem eſſe, quę rationi alicuius momenti nititur, ita tamen, vt argumentum in contrarium conuincens non appareat, vel & ſi appareat, ab alio viro docto ſolui poſſe putetur, quod ſi fortè quis ſibi contrarium ſuadeat, quòd nimirùm argumentum, quod obſtat, ſolui omninò nequeat, opinio reſpectu ipſius nõ eſt amplius probabilis, eamque amplecti non poteſt, ex eo quia errorem prorſus ſequeretur, quod etiam de opinione minus probabili, & probabiliori dicendum. Minus probabilis eſt illa, quæ habet etiam pro ſuo fundamento aliquam rationem, quæ per argumenta in contrarium non omninò confutatur, ſed ſemper aliquo pacto relucet, & ſubſiſtit. Probabilior verò eſt illa, quæ plura, vel meliora fundamenta, ſeù rationes per ordinẽ ad probabilem pro ſe habet. *Filiuc. tract.21.nu.133. Merol.tom.1.cap.4.n 3. Sanchez lib. 1.cap.9.nu.5. Valent.p.2.diſp.2.q.12.pun.5.q.1.*

Filiuc. Merol. Sanch. Valentia.

Dub.9. An opinio probabilior, ex eo quod talis, ſit, ſit magis tuta.

Reſpondeo negatiuè, vt patet in meteria reſtitutionis, in qua ſint, v.g. duæ opiniones, quarum altera in aliqua circumſtantia dicat eſſe reſtituendum, altera verò id neget, prima enim opinio eſt magis tuta, quia tali opinioni non poteſt ſubeſſe peccatum. Secunda verò eſt minus tuta, & tamen hęc poteſt eſſe, quod ſit probabilior nimirum, quòd plures, ac ſolidiores rationes pro ſe habeat; prima verò quod ſit minus probabilis, id eſt quòd paucio-

ribus

ribus fundamentis, seu minus solidis rationibus nitatur; nec indè fit, quod qui probabiliorem opinionẽ sequitur, relicta magis tuta, mortaliter peccet, ex eo quia exponit se periculo peccandi, quod præcauere potest sequendo opinionem magis tutam, in qua, (vt diximus) nō potest esse peccatum. Nam respondeo, quod tunc quis se exponit periculo peccandi, quando se aliquo præcepto teneri certò cognoscit, & periculo illud transgrediendi se exponit, in casu autem nostro talis non cognoscit se ad restituendū obligari, & ideò nec certo, & infallibiliter, seù necessariò tenetur ad tale periculum præcauendum, cum accidere possit, quod sequendo opinionem magis tutam, & restituendo, re vera ad restituendum corā Deo non obligetur; quare, & si dicamus, talem periculo peccandi se exponere, tamen non se exponit periculo peccandi formaliter, sed materialiter, & alioqui sufficit, quod sequendo opinionem probabiliorem, hic, & nunc prudenter, & sine errore operetur; nec obstat, quod in dubijs tutior pars sit eligenda *capitulo Iuuenis, de sponsal.* ac proindè tutior opinio semper amplectenda videatur, id enim intelligitur de verò dubio, idest cum intellectus est anceps, & neutri parti adhæret, in quo sanè casu, si quis tutiorem partem non sequatur, temerè, & imprudenter agit, non verò intelligitur de dubio improprio, scilicet de opinione, cum nimirum intellectus in aliqua probabili ratione fundatus, alicui parti assentitur, eamquè sequēdo, prudenter, & absque vlla temeritatis nota operatur, & si partem tutiorem non sectetur, cum in eo, quod agit, ratione ducatur. *Bannes* 2.2.*q.*10.*art.*1.*dub.*3. *Filiuc.trac.*21. Bannes. Filiuc.

KKK 2 *num.*

Nauar. Merol. Diana. Azor. Fragos. Sot.

*num.128.Nauar.cap.27.num.288. Merol.tom.1.cap.4.num.2.& 3.Diana 2.p.tract.13.resol.13.vers. imò, Azor.tom.1.lib.2.c.16.fine, Fragosus de regim.*Reipub. *p.p.lib.4.disp.10.n.199.Sotus de iust.lib.10.q.4.art.3.*

Dub.10. An Aduocatus tuta cõscientia partem clientis minus probabilem defendendam suscipere queat.

Respondeo affirmatiuè, si rei veritatem clienti aperiat, etiam si causa sit talis, in qua rarò, aut nunquam Iudices inclinare soleant, nam sicut cliens in tali casu, ex eo quia causam probabilem, vel minus probabilem habeat, iustè litigare potest, ita etiam Aduocatus licitè ei patrocinari poterit; sin minus de minori probabilitate suæ causæ illum admonere omittat, qui alias litem minimè apprehẽdisset, peccat contra iustitiam, & ad damna indè exorta vltrò tenetur. *Azor.tom.1.lib.2.cap.17.q. vlt. Baucius in miscel.pertin.ad munus Confess. quæsito 3. Sayr in claui* Regia, *lib.1.cap.11.n.17.Granado p.2.tract.12. disp.4. sect.4.num.40. Burgos de Paz in procemio, legum Tauri, à num.397.Bizozarus in summa sub titulo de Aduocato, num.1.Fragosus de regim.*Reipubl. *prima par. lib. 5. disp.13.num.262.*

Azor. Baucius. Sayr. Granado. Burgos de Paz. Bizoz. Fragosus.

Dub.11. An quis sequi possit opinionem, quam multi docti tenent contra suam, quam pro probabili, vel minus probabili habet.

Respondeo negatiuè, si illa Doctorum virorum opinio nullum solidum fundamentum habeat, nec argumenta, quæ contra tale fundamentum ipse cõgerit, ab vllo solui posse supponat, tunc enim dicta opinio respectu sui saltem, probabilis amplius dici nequit, vt dictum est supra dubio 8. ac proindè illã

sequi

ſequi non poteſt, quia contra ſuam conſcientiam faceret, ac errorem proindè ſectaret. *Cened. quæſt. pract. q. 8. num. 3. Garsias de benef. part. 11. cap. 5. §. 4. à num. 360. Lopez 1. tom. inſtruct. cap. 220. & 287.* Cened. Garſias. Lopez. Verũ indocti poſſent huic opinioni, quieſcere, quia reſpectu ipſorum, talis opinio probabilis eſſet, vſque dum tamen, à viris doctis illam improbabilem eſſe acciperent.

Dub. 12. An citra mortale poſſit medicus dare pharmacũ neceſſariũ mulieri infirmæ p̄gnāti cũ periculo abortus fœtus animati (anima. ſ. rationali) fũdatus tñ ex aſſertione mulieris de die conceptionis fœtus, & facto dierum calculo, in opinione probabili, quod fœtus non dum ſit animatus, v. g. aliqui tenent, marem animari intra 40. dies, fœminam verò intra 80. Alij verò, ſequendo Hypocratem libro de natura fœtus, tenent, marem animari à die 30. vſque ad 45. fœminam verò à die 35. vſque ad 50. Nũc autem medicus, ne erret, ſupponat v. g. fœtum eſſe marem, qui breuiori tempore animatur, ſed ex calculo iam facto, fundetur in opinione Hypocratis, qui vult, marem animari in 45. die, contra primã opinionem illorum, qui tenent, marem animari in 40. die, an inquam talis medicus, cum huiuſmodi periculo, quod ſcilicet fœtus ſit animatus, iuxta primam opinionem poſſit in ſecunda opinione probabili fundatus, quod fœtus non dum ſit animatus, pharmacum infirmæ prægnanti neceſſarium, cum periculo abortus fœtus animati, tuta conſcientia, & citra mortale tribuere.

Reſp. 1. id fieri poſſe, cũ certũ eſt fœtum non eſſe animatum anima rationali, quia tunc concurrit ius

præ-

prægnantis certum de sua vita tuēda cum vita embrionis, qui cum non dum viuat vita rationali, sed tantum sensitiua, præualet vita prægnantis, vtpotè nobilioris viuentis, & sic illa conseruanda, non autem hæc, cum certo illius vitæ nobilioris periculo; quod quidem procedit, non solùm de pharmacis indirectè abortum inducentibus, vt est sectio venæ prægnantis, medicina, balneum, &c. sed etiam de pharmacis directè embrionem ex vtero expellentibus, quando aliud medium inueniri non potest, & alioqui vita prægnantis omninò desperatur, nisi tale medium assumatur, quia quando concurrunt duo mala, minus eligendum. *cap. duo mala*, 13. cum autē concurrant periculum mortis prægnantis, iam infallibilis, & etiam cōcomitanter corruptio embrionis, etiam infallibilis simul cum morte matris, sequitur, quod minus malum sit vnum è duobus periculis euitare, quam neutrum illorum, præsertim cum hic, & nunc nō occidatur viuens vita rationali, nec embrio æternæ damnationis periculo exponatur, cum iam supponamus non dum esse animatum anima rationali; nec obstat, quod non sunt facienda mala, vt indè eueniant bona, ac proinde, quod non debeat offendi fœtus, vt saluetur mater, cùm sit contra legem naturæ, naturæ dispositionem, ac finem, quem in fœtus generatione intendit, impedire; nam Respondeo illud assumptum, nimirum, quod non sunt facienda mala, vt indè eueniant bona, intelligi debere, cum malum ex nullo rationabili fine cohonestari potest, ita vt remaneat formaliter malum, non autem de malo, quod aliqua rationabili causa concurrente cohonestatur, vt accidit in casu nostro, nimirùm

mirùm ad euitandum maius malum,& quod remanet materialiter tantùm, & non formaliter malum, quod clarius in hoc casu exemplificari potest, nam contra legem naturæ etiam est, sibi præcidere mẽbrum,cum natura,sicut indiuidui, ita etiam mẽbrorum conseruationẽ præcipiat,& tamen,si quis morsum alicuius animalis venenosi patiatur, ita vt nullum aliud remedium restet,nisi quod membrũ morsum abscindatur, illud citra vllum mortale sibi obtruncare potest,nõ alia ratione,nisi quia illud,quod erat prius formaliter malum, nempè sibi obtruncare membrum,fit postea ex illa rationabili causa, nimirùm conseruationis proprij indiuidui, licitum, & non peccaminosum,& materialiter malum;ergo ita etiam dicendum in hoc casu,præsertim quia embrio pars matris etiam reputatur.*capitulo si quid, de consecrat.dist.*3. *& l.*1.§.2.*ff.de ventre inspiciendo.* Tùm quia cùm concurrunt duo præcepta eiusdem rationis,illud seruandum,quo seruato minora incommoda sequuntur, ac si alterum seruetur,cùm autem de iure naturæ sit fœtum non offendere,& de iure etiã naturæ sit de duobus malis eligere minus , & alioqui minora incommoda sequantur , si fœtus expellatur, quia sic saluatur vita matris, quã si retineatur, quia tunc cum fœtu etiam mater vita periclitatur,fit quod hoc naturæ prçceptum de minori malo eligẽdo potius,quàm alterum eiusdem naturç præceptũ de fœtu minimè expellendo,seù nõ offendo(natura ipsa dictante)obseruari debeat.*Nauar.in manu.cap.* 25.*nu.*62.*vers. Quarto peccat,Sanchez de matrim.lib.* 9.*dis.*20.*num.*9. *Filiuc.tract.*29.*num.*102.*cum* Lessio, *Margarita Confessor.precept.*5 *fol.*84.§.*liberare alium*

Nauar.
Sanch.
Filiuc.
Less.

Graf-

Graff. Cordub. Candidus.

Graffius p.1.Decis.lib.2.c.83.nu.24.Cordub.in summa q.173.dist.4.Candidus in suis disquisitionibus, tom. 1. disq.prima.dub.1.vers.dico secundo.

Respondeo secundo directè ad dubium propositum, cùm scilicet fœtus est animatus anima rationali, vel de hoc dubitatur, negatiuè, quia opinio quãtumuis probabilis, cùm imminet damnum ineuitabile proximi, siuè corporale, siuè spirituale, sequi non potest, vt supra diximus Dubio 5.ratione ibi adducta, vbi fusè quoad hoc dictum fuit, in hoc autem casu imminet damnum spirituale irreparabile fœtus, scilicet æternę damnationis, & sic Medicus, opinionem probabilem, quod ille non sit animatus sequi non potest; tum quia è duobus malis, vt mox in prima Responsione dictum fuit, minus eligendum, cùm autem in hoc casu immineant duo mala, prægnantis, scilicet, & fœtus, & malum prægnantis sit minus malum, quam malum fœtus, quandoquidem illa periculum corporis, quod est inferioris ordinis subit, fœtus verò animæ, quæ est superioris ordinis, & quidẽ irreparabile, sequitur, ꝙ periculũ fœtus præponi debeat periculo corporali prægnantis, & consequenter, quod in hoc casu ei pharmacum tribui nullatenus possit, & hoc, etiam si ipsius vita omninò desperetur, nisi pharmacum sumat, modo tamen probabile sit, quod mortua matre, puer in vtero adhuc superuiuat, ita vt matris vtero aperto, fœtus saltem baptizari possit, & sic à periculo æternæ damnationis liberari, ad quod mater, etiam cum propriæ vitæ dispendio cooperari debet, vt patet ex dictis supra in Additione ad Practicam 2.dubio 1. (licet ob hoc, dum viuit, ventris

sectionem pati minimè teneatur, ex eo quia tale medium esset nimis durum,quandoquidem non negatiuè, & quodammodo indirectè, vt abstinentia à pharmachi receptione,sed directè,& positiuè mortem inferret; quare mater videretur in quadam impossibilitate morali constituta seruandi ius diuinũ de propria vita,hoc modo damno spirituali irreparabili fœtus postponẽda,vt insimili sup. in Addit. ad pract.8.dub.3 *De sũptione cibi corporalis*,dictũ fuit)si verò ex circumstãtijs hoc omninò desperetur, puta ex obstetricum, ac medicorum dictis,ex eo nimirũ quia mulier prægnans debilis sit, & ex præcedẽti,& diuturna infirmitate sit ita extenuata, vt fœtus prius,vel insimul cũ matre moriatur, tunc pharmacum prægnãti,citra mortale tribui potest,quia in tali casu periculũ æternę damnationis fœtus per cessationem à pharmachi exhibitione nequaquam euitari posset,& sic illius mortem, & æternam damnationẽ pharmacum non causaret,quia etiam illud nõ exhibendo, adhuc puer cum matre moreretur (vt supponimus) & alioqui huiusmodi remedia,ad sanitatẽ solũmodò recuperandam, non verò ad mortem fœtui inferendam de se essent ordinata; quare omninò per accidens pueri mors, & damnatio ex pharmachi exhibitione causaretur. Nõ verò tũc tribui possent prægnanti pharmacha, directè ad pueri mortẽ ordinata, vt verbera, venenum ad fętui nocendum adaptatum, &c. quia fętus dum esset animatus anima rationali,esset verus homo,& omninò innocens in ordine ad damnum,& periculum matris,contra verò innocentem,nulli fas est cum ipsius dispẽdio, illi directè,& immediatè nocendo, proprium dam-

Graff. Cordub. Candidus.

Graffius p.1. Decis.lib.2.c.83.nu.24. Cordub. in summa q.173. dist.4. Candidus in suis disquisitionibus, tom. 1. disq. prima. dub. 1. vers. dico secundo.

Respondeo secundo directè ad dubium propositum, cùm scilicet fœtus est animatus anima rationali, vel de hoc dubitatur, negatiuè, quia opinio quãtumuis probabilis, cùm imminet damnum ineuitabile proximi, siuè corporale, siuè spirituale, sequi non potest, vt supra diximus Dubio 5. ratione ibi adducta, vbi fusè quoad hoc dictum fuit, in hoc autem casu imminet damnum spirituale irreparabile fœtus, scilicet æternę damnationis, & sic Medicus, opinionem probabilem, quod ille non sit animatus sequi non potest; tum quia è duobus malis, vt mox in prima Responsione dictum fuit, minus eligendum, cùm autem in hoc casu immineant duo mala, prægnantis, scilicet, & fœtus, & malum prægnantis sit minus malum, quam malum fœtus, quandoquidem illa periculum corporis, quod est inferioris ordinis subit, fœtus verò animæ, quæ est superioris ordinis, & quidẽ irreparabile, sequitur, ꝙ periculũ fœtus præponi debeat periculo corporali prægnantis, & consequenter, quod in hoc casu ei pharmacum tribui nullatenus possit, & hoc, etiam si ipsius vita omninò desperetur, nisi pharmacum sumat, modo tamen probabile sit, quod mortua matre, puer in vtero adhuc superuiuat, ita vt matris vtero aperto, fœtus saltem baptizari possit, & sic à periculo æternæ damnationis liberari, ad quod mater, etiam cum propriæ vitæ dispendio cooperari debet, vt patet ex dictis supra in Additione ad Practicam 2. dubio 1. (licet ob hoc, dum viuit, ventris

sec-

sectionem pati minimè teneatur, ex eo quia tale medium esset nimis durum, quandoquidem non negatiuè, & quodammodo indirectè, vt abstinentia à pharmachi receptione, sed directè, & positiuè mortem inferret; quare mater videretur in quadam impossibilitate morali constituta seruandi ius diuinũ de propria vita, hoc modo damno spirituali irreparabili fœtus postponẽda, vt insimili sup. in Addit. ad pract. 8. dub. 3. *De sũptione cibi corporalis*, dictũ fuit) si verò ex circumstãtijs hoc omninò desperetur, puta ex obstetricum, ac medicorum dictis, ex eo nimirũ quia mulier prægnans debilis sit, & ex præcedẽti, & diuturna infirmitate sit ita extenuata, vt fœtus prius, vel insimul cũ matre moriatur, tunc pharmacum prægnãti, citra mortale tribui potest, quia in tali casu periculũ æternę damnationis fœtus per cessationem à pharmachi exhibitione nequaquam euitari posset, & sic illius mortem, & æternam damnationẽ pharmacum non causaret, quia etiam illud nõ exhibendo, adhuc puer cum matre moreretur (vt supponimus) & alioqui huiusmodi remedia, ad sanitatẽ solũmodò recuperandam, non verò ad mortem fœtui inferendam de se essent ordinata; quare omninò per accidens pueri mors, & damnatio ex pharmachi exhibitione causaretur. Nõ verò tũc tribui possent prægnanti pharmacha, directè ad pueri mortẽ ordinata, vt verbera, venenum ad fętui nocendum adaptatum, &c. quia fętus dum esset animatus anima rationali, esset verus homo, & omninò innocens in ordine ad damnum, & periculum matris, contra verò innocentem, nulli fas est cum ipsius dispẽdio, illi directè, & immediatè nocendo, proprium dam-

num euitare. Et ad illud, de duobus malis, minus eligendum (ex quo videtur, melius esse, quod prægnans huiusmodi pharmaca recipiendo saluetur, quam si ab his abstinendo, ipsa simul etiam cum fętu moriatur.) *R*espondeo verum esse, quando modus eligendi minus malum, ex aliquo iusto capite nō repugnat, vt accidit in casu nostro, ex eo nimirùm quia directè innocens occideretur, quod propria auctoritate nullo pacto licet. *Eman. Sà uerb. Homicidium, num. 1. versu ante animationem, cum* Petro *Nauar. Ioannes de Neap. Quodlibeto* 10. *Nauar. cit. Filiuc. cit. num.* 104. *cum Lessio*, Eliseus Danza *in pugna Doctor. tom. 2. tit. de stupro, cap. 2. num. 3.* cautè legendus, quia eodē numero 3. & 2. contrariū etiam ex propria sententia tenet. *Sanch. cit. n.* 7. 12. *&* 17. *Candidus in suis disquisitionibus, tom. 1. disquisitione prima, dub. 1. vers. dico primo, & dico* 3.

Em. Sà. Pet. Nau. Ioan. de Neap. Nauar. Filiuc. Leff. Danza. Sánch. Candidus

Quod si dubitetur, num pharmacum, quod datur mulieri prægnanti sit mortem fœtui animato anima rationali allaturū, vel dubitetur, an fętus tali anima sit animatus, vt supra in secunda Responsione dictū est, vel an mortuus, vel viuus possit mortua matre ab eius vtero extrahi, vel inde accipi, vel an sit pro tunc mortuus, vel viuus in vtero matris, tunc nec pharmacum mulieri prægnanti citra mortale dari, nec illud ipsa sumere potest, quia obligatio legis diuinæ ex illo Ioannis 3. *Maiorem charitatem nemo habet, &c.* ad ponendum vitam temporalem pro salute spirituali alias irreparabili proximi, est eadem cum obligatione vitādi periculum damnationis irreparabilis proximi, eadē enim est obligatio mediorum, & finis; nam qui obligatur ad aliquod conser-

Ioan. 3.

nan-

uandum, obligatur etiam ad euitanda illa pericula, in quibus id destrui potest, sed in his omnibus casibus dando pharmacum prægnanti, imminet periculum damnationis proximi, puta fœtus in vtero matris existentis; ergo in his omnibus casibus tenetur prægnans exponere vitam corporalem morti, abstinendo à pharmachi sumptione, vt vitet periculum irreparabilis damnationis fętus. *Fagundez in decal. tom. 1. in 6. precep. lib. 5. cap. 12. num. 31. & 32.* Fagund.

Dub. 13. An quando quis sibi firmiter suadet aliquod agere esse mortale, si illud agat, etiam si in se id agere nõ sit peccatum, imò sub præcepto, vt fiat, mortaliter peccet; quod idem est, ac quærere, an vnusquisque debeat in operando sequi conscientiã erroneam inuincibilem, nimirum cuius contrarium hic, & nunc, cognosci non possit.

Respondeo affirmatiuè, quia vnusquisque in operando debet se conformare suæ conscientiæ, scilicet iudicio naturali dictanti aliquod esse bonũ, vel malum, ita vt, malum fugere debeat, bonum verò sequi; dux enim voluntatis est iudicium, cum illa cęca sit, & nihil ex se velle, vel nolle possit; ergo cum alicui conscientia, seu iudicium firmiter suadet, aliquod agere esse mortale, & tale mortale huius, vel illius speciei, & contrarium scilicet, quod id nõ agere non sit peccatum, propter conscientiam erroneã cognoscere nequeat, & illud agat, mortaliter peccat, quia in hoc consistit peccatum, cum voluntas facit, quod ei iudicium, seu ratio dictat non esse faciendum, quod est voluntatem non se conformare dictamini rationis; Sicut eadẽ ratione, si ei cõscientia dictat, aliquod agere esse veniale, & illud agat,

veniali labe fœdatur; Quod etiam probatur auctoritate, ex illo ad Romanos. 14. *Omne, quod non est ex fide, peccatum est*, vbi ly, *quod non est ex fide*, explicat Glossa interlinearis, Ambrosius, Chrysostomus, & alij cum Cornelio in Commentario dicti capituli 14. uelle significare id, quod non concordat iudicio, seu dictamini conscientiæ; ergo quotiescunque quis non operatur se tali dictamini non cõformando, quod falsum esse cognoscere nequeat, vt accidit quãdo operatur cũ conscientia erronea, sẽper peccat, vel mortaliter, si cõsciẽtia id quod agit dictat esse mortale, vel venialiter, si dicat esse veniale.

ad Rom. 14.
Glos.
Ambros.
Chrysost.
Cornel.

Nec obstat, quod nullus obligari potest ad sequẽdum malum; ergo nec ad faciendum quod consciẽtia erronea dictat, quod in se est malum; conscientia enim erronea, ideo talis est, quia dictat aliquod esse bonum, quod est in se malum, vt abnegare fidem ad fugiendam mortẽ, &c. Nam Respondeo, neminem obligari posse ad faciendum malum sub ratione mali, idest quod appareat malum; in casu autem nostro, quis non obligatur ex consciẽtia erronea, ad faciẽdum malum, quod illa dictet esse malum, sed ad faciendum malum sub ratione boni, idest, quod illa dictat esse bonum; quam obligationem exequendi scilicet malum sub ratione boni, voluntas, ratione supra adducta, subire tenetur, quod est obligari ad exequendum malũ, quod sit in intellectu operantis materialiter tantũ, & non formaliter malũ. *Sanctius d. 41. n. 2. v. qui omnes, Merol. t. 1. d. 3. c. 2. dub. 1. nu. 4.*

Sancius.
Merol.

Dub. 44. Cuius speciei sit peccatum, quod ex conscientia erronea committitur.

Respõdeo, esse illius speciei, cuius est peccatũ, qđ

ex tali cõsciẽtia peccãs, cõmittere putat, vel putet cõmittere sacrilegiũ, est sacrilegium, si frãgere ieiuniũ, est ieiunij fractio; quod tñ intelligitur, esse eiusdẽ speciei peccatum, quod cõmittitur ex conscientia erronea cum illo, quod realiter committi putatur, quoad grauitatem peccati; non autem propriè loquendo; quia actio, quam ex conscientia erronea peccans putat esse malam, eãq; facit, ex suo obiecto non est mala, sed solum in mente, iudicio erroneo iudicatur firmiter esse mala, & habere obiectũ malũ, actiones autem, quæ in mente tantùm habent obiectum malum, & non ad extra, ex sui specie, si fiant ad extra, mente tantum malę sunt, non verò ad extra malę sunt, quia pro vt sic fiunt, non habẽt ad extra, idest ex propria specie obiectum malum, vnde specificari valeant, & fieri malæ ad extra, idest prout actiones ad extra sunt; sed quia, qui operatur ex conscientia erronea aliquam externam actionem, nõ iam ex se malam, sed quã ipse firmiter teneat esse malam, perinde se habet, ac si ipsammet actionem ad extra in se, seu ex obiecto, siue ex sui specie malã, prout ipse apprehendit, ageret; ideo talis actio ad extra, quæ hic, & nũc ex sui natura bona est, vel mala nõ est, & antequã fiat, mala putatur, & fit, eãdem grauitatẽ specificãt in ratione culpæ habet, ac si realiter habet illa actio in sua specie, cuius speciei ex conscientiæ erroneæ dictamine putatur ipsa esse.

Quo fit, vt tenet Merolla mox citandus, & alij cum ipso, quod dum talis postea aduertitur se ex conscientia erronea peccasse, possit liberè confiteri illud peccatum, quod ex tali cõscientia fecit, tanquam si illud realiter absquè consciẽtia erronea perpetrasset, cũ

vtrum-

vtrumque peccatum,& illud scilicet,quod cum cõscientia erronea fit,& illud ad instar cuius fit, eiusdem specificę grauitatis sit (vt mox dictum est) vt si putauit,actionem,quã fecit sacrilegiũ esse,dicere potest, *cõmisi sacrilegium*, si putauit esse fractionem vigiliæ,potest dicere,*comedi carnes*, in die vigiliæ, si illas tũc comederit,sin minus dicat, *non ieiunaui in die vigiliæ*. Verum si peccatũ sacrilegij,& fractionis ieiunij erit reseruatum,pœnitens ab omni exposito Confessario, tanquam à non reseruatis, à peccatis huiusmodi,quæ commisit absolui poterit,quia,cum illa ex supra probatis sint impropriè peccata illius speciei,cuius esse putantur,cum ex conscientia erronea fiunt,sub reseruatione,ratione infra Dubio 9. Practica 3.adducenda, minime comprehenduntur.

Merol. D. Thom. Sayr. *Merol.tom.1.disp.3.cap.2.dub.1.n.8.& cap.1.dub.3. num.33.vers.hinc sequitur,S.Thom.1.2.q.19.ar.5.in corp.& ad 3.Sayr in clau.reg.lib.1.cap.4 n.15. & 19.*

Dubium 15.an quis teneatur sequi dictamen conscientiæ erroneæ, quando conscientia est mortaliter vincibilis, id est quando is poterat illam nõ acquirere,& in ea non acquirenda negligenter,negligentia mortaliter peccaminosa se gessit, scilicet aduertendo,ex sua omissione inuestigandi veritatẽ, & quęrendi instructionem quoad res scitu necessarias quoad suum statum,in errores labi posse, & nihilominus ad alia, hanc suam omissionem paruifaciens se applicando.

Respondet Sãctus Thomas *prima secundæ*, q. 19. *art.6,ad tertiũ*, affirmatiuè,sed tunc talem peccare etiam si id,quod sub ratione boni agit, in se malum sit,& ex hoc non sequi,quod necessariò peccet,per

hoc .s. quod, siue suæ conscientiæ se cõformet, siue non, semper peccat, quia dũ cõscientia erronea est vincibilis, potest (ait S. Th. cit.) illã deponere, id est poterat illam non acquirere, & sic, dum illud malum, quod ex conscientia erronea sequitur, voluntariè, scilicet in causa, illud sequitur, ideò voluntariè, & non necessariò peccat, vt patet de eo, qui pollutionem ex ebrietate futuram præuidit, & nõ vitauit, vnde, si postea pollutio sequatur dum dormit, quo tempore illam hic, & nunc vitare non potest, adhuc peccat, quia illam in causa, scilicet in ebrietate vitare potuit non se inebriando, & non vitauit; verum, fateor, quod si talis suum peccatum in conscientiæ erroneæ acquisitione commissum retractaret, nimirum generalem de peccatis oblitis dolorem, seu cõtritionem eliciendo, vel de illis in confessione se accusando, talis conscientia non esset amplius culpabiliter vincibilis, proindequè sequendo malum ex illius dictamine sub ratione boni, non peccaret. *Becan. de bonit. actuum, tract.* 1. *quæst.* 7. *n.* 12. & 13. *Azor. tom.* 1. *lib.* 2. *cap.* 8. *q.* 8. Becan. Azor.

Dub. 16. An in carceribus constitutus, putans firmiter ex dictamine conscientiæ erroneæ se mortaliter peccare, sacrum in die festo audire omittẽdo, realiter, & quoad Deum mortaliter peccet, dum missam in carceribus detẽtus in die festo nõ audit.

Respõdeo negatiuè, nam quamuis, vt dubio præcedenti dictum fuit, vnusquisque teneatur sub mortali exequi, sicut ei in re graui conscientia dictat, licet erronea sit, dum illam pro erronea non habet, ratione ibi adducta, tamen nũquam quoad Deum mortaliter quis peccat, nisi possit hic, & nunc exe-

qui id, quod ei conſcientia ſuadet, nulla enim lex obligat in caſu, quo executioni mandari non poteſt, quippe quia impoſſibilium nulla eſt obligatio. *l. impoſſibilium, de reg. iuris, reg. 145. & capitulo nemo, de reg. iuris, in 6. reg. 79.* ergo cum in caſu noſtro in carceribus detentus, dum ibi manet hic, & nunc ſacrum audire non poſſit, fit quod mortaliter non peccet illud ibi non audiendo, non obſtante quod ei conſcientia firmiter, & certè ſuadeat, eum peccare miſſam in die feſto videre negligendo; Quare dum talis hanc omiſſionem cõfiteatur, ei ad culpam imputari in Confeſſarij iudicio nullatenus debet, eiquè Confeſſor veritatem, ipſum ſcil. in hoc non peccaſſe aperire debet, quod adeo verum eſt, vt ſi talis cum iſtiuſmodi dumtaxat apprehenſione, putãs ſcilicet, ſe miſſã in carceribus in die feſto audire prætermittendo, mortaliter peccaſſe, abſque alio peccato moreretur, præciſa tamen deſperatione, quod nimirum moreretur abſque eo, quod hoc peccatũ confeſſus eſſet, iam ſaluus fieret, quandoquidem, dum quoad Deũ dicta omiſſio auditionis ſ. ſacri nõ eſſet peccatum, conſequẽter nec pro tali corã Deo ei imputaretur; ſecus verò dic, ſi illi conſcientia firmiter dictaret, obligari ſub mortali ad debita, dum ea ſoluere poſſet, ob quæ in carcerib. retinetur creditoribus ſoluenda, vt tali modo, miſſam in die feſto audire non omitteret, vel ſi ei conſciẽtia certò ſuaderet, quod ſub mortali ſoluere teneretur (idq; ipſe poſſet) ſtipendium Sacerdoti ad hoc, vt in aliquo Sacello contra carceres conſtructo celebraret, vt è carceribus in diebus feſtis miſſam audiendi, occaſionem haberet, ad hoc ſanè ſub mortali obligare-

tur, licet realiter, præcisa hac conscientia erronea, nullum præceptum, eum, vt missam in die festo audiat, ad prædicta facienda obligās adsit, ratione qua supra dubio 13. adducta. *Sanchez in summa lib. 1. cap. 11. num. 3.* Sanch.

Dub. 17. An quis dubitans aliquam actionem esse peccatum, sed sibi suadere non valens, an talis actio sit peccatum mortale, vel veniale, & illam faciat, mortaliter peccet.

Respondeo affirmatiuè, quia cum talis actio realiter possit esse peccatum mortale, iam is, illam faciendo quantum est ex se se exponit periculo peccandi mortaliter, vel explicitè tale periculum aduertendo, vel implicitè, seu virtualiter, & interpretatiuè, cognoscendo actionem esse Dei offensam, in qua contineri potest, quod sit offensa grauis, vel leuis; qui autem se exponit periculo peccandi mortaliter, negari nō potest, quin mortaliter peccet, & illius speciei peccato (quādo id aduertit) quo se peccare dubitat. *Azor. to. 1. lib. 2. c. 8. q. 6. Vasq. 1. 2. q. 19. art. 6. disp. 59. c. 3. n. 10. Sayr. in clau. reg. lib. 1. cap. 4. num. 17. Merol. de voluntario, disp. 3. cap. 1. dub. 3. nu. 38. cum Regin.* & alijs. Azor. Vasq. Sayr. Merol. Regin.

Dub. 18. An rusticus sibi ex conscientia erronea firmiter vno, eodemquè tempore æqualiter suadēs, quod in die festo teneatur sub lætali audire sacrum, & quod eadē obligatiōne in die festo obligetur non relinquere gregem, mortaliter peccet alterum ex his duobus eligendo; nimirum, vel audire sacrū, & gregem relinquere, vel gregem custodire, & auditionem sacri prætermittere.

Respondeo, quod quamlibet partem ex his duo-

bus eligat, nullatenus peccat, quia ad hoc, vt aliqua actio, vel actionis debitæ omissio alicui imputetur ad culpam, debet esse libera, idest, vt qui malũ operatur, ità operetur, vt si illud fugere velit nõ peccet, sed mereatur, vel cum malũ agere omittit, ita omittat, vt malum patrare omittendo non peccet, sed in casu nostro, si rusticus in die festo gregẽ relinquat, & sacrum audiat, peccat, ex eo quia non se conformat suæ conscientiæ, quæ ei firmiter suadet, gregem sub lætalis culpæ reatu non esse relinquendum, cui se conformare hic, & nunc eum teneri Dubio 13. diximus, & si gregem custodiat, & sacrum in die festo non audiat, adhuc mortaliter peccat, non se cõformando suæ conscientiæ, quæ eodem tempore ei dictat, sacrum in die festo esse sub mortali audiẽdum, fit quod, cum alterutrum ex his duobus faciẽdo, nõ sit liber, si alterutrum ex his duobus faciat, non peccet, quandoquidem (vt dictum est) peccatum debet esse liberum, & ita fieri, vt potuisset absq; vllo peccato non fieri; Et licet vnusquisque teneatur se conformare dictamini suę consciẽtiæ, tamen id intelligitur, cum quis illi se conformando non peccat, sed meretur, quod non accideret in casu nostro, cum ex alia parte adhuc Rusticus peccaret, ex eo quia supponeretur vrgere eodem tempore aliud dictamen conscientiæ contrarium, illum obligans ad non se conformandum priori dictamini, sed ad aliud diuersum faciendum; Si verò ei conscientia dictaret, quod grauius peccatum esset omissio audiendi sacrum in die festo, quàm relinquere gregẽ, vel è contra, is sub mortali teneretur illam partem sequi, qua sequuta, minus malum sequeretur, quam

se-

ſequuta alia, nam è duobus malis, lumine naturæ, maius euitare ſemper aſtringimur; Quid autem dicendum, ſi talis ruſticus cum hoc ſolo ſcrupulo, abſque vllo mortali moreretur, Dubio 16, dictum fuit. *Eman. Rodriquez 2. par. ſum. cap. 51. num. 6. Sanch. in ſumma lib. 1. cap. 11.* Em. Rodr. Sanch.

Dub. 19. An quis teneatur ſequi ſub mortali, vel veniali, prout conſcientia dictauerit, iudicium, ſeu dictamen conſcientiæ ſcrupuloſum, ideſt facere, vel aliquid omittere, prout agere, vel omittere ſcrupulizauerit.

Reſpondeo negatiuè, quia conſcientia ſcrupuloſa fundatur in leui ratione, ſeù fundamēto; leuis autem ratio non eſt ſufficiens ad faciendum, ſeu formandum iudicium, quod hoc, vel illud ſub mortali, vel veniali faciendum, ſeu omittendum ſit, ergo ſimpliciter, & abſolutè non tenetur quis facere ſecundum dictamen, ſeu iudicium conſcientiæ ſcrupuloſæ, niſi conſcientia ſcrupuloſa tranſeat in erroneam, ideſt niſi quis firmiter teneat, ita faciendum eſſe, ſicut ei conſcientia ſuadet; tunc enim tenetur ſe huic conſcientiæ dictamini conformare ſub mortali, vel veniali; (prout Dubio 13. dictum fuit) Immò Doctores vnanimiter conſulunt, non ſolum non eſſe faciendum iuxta dictamen conſciētiæ ſcrupuloſæ, ſed potius contra illud operandum, etiā ſi ſcrupulizans (conſulto viro docto) adhuc ſibi ſuadeat, illas leues rationes, in quibus dictamen huiuſmodi eius iudicij ſcrupuloſi fundatur, potentes ad illud fundandum eſſe, & rationes, quas vir doctus affert, vt illud deponat, debiles fore, eiuſquè ſententiam improbabilem eſſe; ſufficit enim, ſi à viro ſciencia prędito, vel à

pluribus,si vni quiescere noluerit, ei dicatur tale iudicium,seu conscientiæ dictamen, quo ipse præmitur,scrupulum prorsus esse,& nulla, vel insufficienti ratione fulciri,vt debeat executioni mandari; est enim semper contra scrupulos agendum; & cum aduertitur aliquem scrupulis angi,& alioqui vir probatæ est vitæ,vel si malæ,confessus iam sit, & aduertatur non semel,& iterum, sed sæpius de rebus leuis momenti conscientia præmi, id ei à Confessario suadendum,vt nunquam aliquod, de quo scrupulizat pro peccato habeat,nisi plus quam certò ei cõstet esse peccatum; nam si scrupulis viam aperiet, diabolicis potius dolis aures præbebit, quam inde quid boni acquiret; etenim amittet meritum in actionibus bonis, ex eo quia semper mente distractus,& ad scrupulos attendens illas exercebit; imò vix actionibus honestis occupabitur, quod ad scrupulos mente diuertet; corporis salutem deperdet iuxta illud Prouerb. 17.vers.22.*Spiritus tristis exsiccat ossa,*& tandem, vel ad amentiam deueniet, vel ad desperationem æternæ salutis, apprehendendo iugum Dei difficillimum esse, per hoc quod experitur nullam ferè actionem facere posse, in qua scrupulum peccati non inueniet, aut quod minimũ est, in se conscientiam erroneam generabit,quæ quàm notabile damnum fidelium conscientijs, & mentibus afferat,iudicent Confessarij,qui in dies laborãt, & ad huiusmodi conscientias erroneas è mentibus fidelium eradicandas insudarunt; tales enim conscientiæ,homines, qui rationales sunt, ferè brutos faciunt,ita vt id, quod bonũ est,pro malo, & quod malum pro bono cognoscant, & amplectantur.

Quod

Quod si dicas, accidere posse, quod inter tot scrupulos facilè aliquod mortale inueniatur, & sic, si dicatur scrupuloso, quòd scrupulos repellat, tunc ipse non curabit de iudicio, seu de consciẽtiæ dictamine, quo sibi suadet, hoc, vel illud mortale non fuisse confessum, vel talem, seu talem actionem esse mortale, quas tamen ipse pro mortali non habuit, vel quod confessiones præcedẽtes nullæ sint ex defectu debiti examinis conscientiæ, vel quia malitiosè reticuerit aliquod mortale, & sic tales scrupulos non confitebitur, & ab illis inabsolutus morietur, & damnabitur, ergo simpliciter, & absolutè non videtur scrupulosis suadendum, vt scrupulos repellant, & de ijs nullo modo curent, iisquè non obstantibus, quod in conscientia tuti sint; nam Respondeo, quod cum pœnitens de his omnibus non verè dubitat, id est sufficiẽti, probabili, seu verisimili ratione ad dubitandum non mouetur, sed solum ex quodam leui fundamento, non tenetur facere, sicut ei conscientia scrupulosa suadet, & repræsentat, puta repetere Confessiones inualidas, se accusare coram Cõfessario de illo peccato, quod dubitat se nõ fuisse cõfessum, seu de illa malitiosa reticentia peccati mortalis in confessione habita, de negligentia in non præmittendo debito peccatorũ confitendorum scrutinio, &c. quia ad hæc facienda, sicut ei conscientia dictat, pœnitens dumtaxat obligatur, cum verè de his omnibus dubitat, & quidem tunc ea, quæ certa sunt, vti certa Confessario explicare debet, quæ verò dubia, vti dubia; at quando de his omnibus non verè dubitat, sed leuibus rationibus ad dubitandum de ijs mouetur, ad ea præ-

ſtanda,ſicut conſcientia dictat non tenetur,cum tale dubium ſit purus ſcrupulus, qui paruifaciendus eſt;ſed ſi fortè ea,de quibus ipſe ſcrupulizat ita ſint, ſicut ſcrupuloſa ei ſuadet conſcientia,ſat ſolum erit pro ſuæ conſcientiæ ſecuritate (quod tanquam ſingulare, & vltimum remedium omnibus ſcrupuloſis ſuadendum) ſi in fine confeſſionis, quam poſt iſtiuſmodi ſcrupulos faciet, generaliter de omnibus ſuis peccatis,quæ ignorat ſe accuſet, quia ſi re vera aliqua peccata non remiſſa ex cauſis, de quibus ipſe ſcrupulizat,habeat,ei in vltima confeſſione per talem generalem accuſationem remittuntur,ſicquè ſi interim moriatur,tutus erit in conſcientia, & ſaluabitur; remiſſio enim indirecta peccatorum ſufficit,vt quis ſaluari queat, vt patet de eo,qui obliuiſcitur in confeſſione aliquod peccatum confiteri,& in vltimo confeſſionis de omnibus peccatis, quæ ignorat,generaliter ſe accuſat,& tamen ſi moriatur, ſaluabitur, per hoc quod tale peccatum oblitum, in tali confeſſione indirectè remiſſum fuerit. Ad illud verò,quando ſcrupuloſus ſcrupulizaret,apprehendendo aliquam actionem pro mortali, quam illam non peccaminoſam putabat, dico, quod non ſolum,ſi de hoc ſcrupulizet, ſed etiam ſi certò recordetur,ſe aliquam actionem pro peccaminoſa nõ habuiſſe, ſed hic, & nunc illam pro mortaliter peccaminoſa haberet, adhuc ad eam confitendam non aſtringitur etenim illã ſolũ actionem vti peccatũ quis confiteri tenetur, quã antequã faceret,illã, vti mortaliter peccaminoſã agnouit, eamq; exequi voluit, nõ verò quã vti nõ mortaliter peccaminoſã nouit, & ſub illa ratione, & quatenus peccaminoſa non

erat,fecit;ergo cum in hoc casu talis huiusmodi actionem vti non prauam cognouerit, eamque vti talem exequutus fuerit, licet post factum compererit eam esse lætaliter culpabilem, ad illam confitendam nullatenus obligatur. Azor. *tom.* 1. *lib.* 2. *cap.* 20. *quæst.* 6. *&* 7. Soar. *Presb. secul. in Enchirid. verb. dubiū est, vers. dubium scrupulorum*, & deinceps, Sanchez *in summ. lib.* 1. *cap.* 10. *à num.* 81. *& seqq. Filiuc. tom.* 2. *tract.* 2. *cap.* 4. *à nu.* 175. *& seqq.* Sancius *in select. disp.* 41. *nu.* 7. 14. 15. *&* 16. Merol. *de volunt. cap.* 3. *Dub.* 3. *à num.* 379. *& seqq.* Hieronymus Rodriquez *in suis quæst. Resol.* 132. *à num.* 3. *& seqq.* qui etiam alia remedia ad scrupulos tollendos tradunt. Azor. Soar. Sanch. Filiuc. Sancius. Merol. Rodriq.

P. D. Laurentius Cutillus.

De Reo iuridicè interrogato.

PRACTICA II.

DVb. 1. Reus interrogatus à Iudice, an teneatur veritatem fateri.

Respondetur. Et dico Primo, Reum non teneri veritatem fateri, si à Iudice iuridicè non interrogaretur, seu non seruato iuris ordine; colligitur ex capitulo *Qualiter, & quando*, & capitulo *Inquisitionis, de accusationibus*. Ita *Henriq. quodlib.* 1. *q.* 34. *Syluest. verbo Confessio delicti, q.* 1. *Pet. Nauar. lib.* 2. *cap.* 4. *nu.* 136. & est communis sententia. Henriq. Sylue. Pet. Nau.

Et ratio est, quia cùm non iuridicè interrogatur,

nulla

nulla obligatio Reo imponitur ad respondendum, & ideò non tenetur ad Iudicis intentionem respondere, aut iurare, sed aliquo artificio verborum; posse eludere, scilicet æquiuocare. Ita *Less. de iust. & iur. lib. 2. cap. 3. dub. 3. num. 8. Tolet. lib. 5. cap. 58. nu. 2.* & omnes communiter.

Lessius. Tolet.

Notandum; illud quod de Reo dicitur, non teneri veritatem fateri, quando non iuridicè interrogatur, sic etiam dicendum de teste similiter non legitimè interrogato. Ita *D. Thom. 2. 2. q. 70. art. 1.* communiter ab omnibus receptus.

D. Thom.

Dico Secundo, tunc Iudex non legitimè interrogat, quando non seruat ordinem in lege præscriptum, de Reo interrogando; & tunc est, quando de crimine occulto interrogat, de quo Reus non publicè est infamatus in opinione proborum virorũ, vt inquit Valentia: vel non adsunt inditia sufficientia, & æquipollentia, vt ait Nauarrus: vel non est semiplena probatio per vnum testem, oculatum saltẽ omni exceptione maiorem: vnum ex his tribus, inquit Valentia, sufficere ad veritatem fatendam, quæ sint notificata Reo, vt cognoscat teneri ad veritatẽ fatendam.

His verò deficientibus, delictum negare potest, non tamen simpliciter, respondendo mendaciter (nam mendacium semper est malum) sed æquiuocatione vtendo, & sic iurare potest verum, iuxta mentem suam, & aptam æquiuocationem, licet non sit verum iuxta mentem exigentis iuramentum. Et ratio est, quia defensio est de iure naturæ: & hoc verum est, nedum si præcipiatur sub pœna capitis, triremis, carceris, &c. Verum etiam si præcipiatur

sub

sub pœna excommunicationis; nam occultum manifestari non debet in foro exteriori; et Iudices malè agunt, Reos respondere cogentes cõtra iuris formam. Ita *D.Thom.2.2.q.69.art.2.Caiet. ibid. Nauar. cap.25.num.36.* idem sentit *Bart.in l.fin.num.7. ff. de quaest.Valen.tom.3.disp.5.q.13.pun.2. vers. Verumtamen,&c.Tolet.lib.5.cap.58.de Reo, Less.de iust. lib. 2. dub.3.nũm.9.* & est communis. D. Thom. Caiet. Nauar. Bart. Valent. Tolet. Less.

Dico 3. Non tenetur Reus crimen fateri si dubitat, an Iudex iuridicè eum interroget, necnè. Idem dicendum de teste nõ legitimè interrogato: Et ideò Iudex tenetur ostendere processum Reo, vt cognoscat delictum esse sufficienter iuridicè probatum, & illum teneri verum fateri (vt supra diximus) secus non tenetur. Ita *Caiet.in D.Tho.2.2.q.69.art.1.Tolet. loc.cit.num.2.Less.de iust.lib.2.dub.3.nu.* 10. & communis. Caiet. D. Thom. Tolet. Lessius.

Dico 4. Non tenetur Reus ideò suum crimen prodere, eo quòd videat alteri ab aliquo falsò imponi. Potest tamen si velit: secus verò si legitimè interrogaretur. *Nauarr.cap.15.num.* 17. colligitur ex *D.Thom.2.2.q.70.art.1.Sot.de iust.lib.4.q.6.art.3.* & alij communiter. Nauarr. D. Thom. Sot.

Dico 5. Reus non tenetur illa fateri, ob quę reuelata iniustè condemnaretur, v. g. Petrus abstulit pugionem ab Antonio, quo aliquem interfecit, si Antonius Iudici diceret pugionem esse suum, fortassè iniustè condemnaretur, & ideò æquiuocando potest negare esse suum. Ita *Bannes quaest.69.art.2. colum.9. Eman.Sà cit.num.7.* & alij. Bannes. Eman. Sà.

Dico 6. Quando Reus legitimè interrogatur, idquè ei notum est, veritatem fateri tenetur, etiam si

D. Thom. Caiet. Henriq. Palud. Gabriel. Sot. Nauar. Couar. Tolet. valent.

capite plectendus esset, est communior, & probabilior Doctorum sententia, & præcipuè D. Thomæ 2.2.*quæst*.69.*art*.1.*ibid.Caiet.Henr.q quodlib*.1.*q*.33. *Palud.disp*.19.*quæst*.4 *circa finem, Gabr. in* 4.*dist*.15. *quæst*.6.*art*.2.*conclus*.6 *Sot.de secreto, membr*. 2. *q*. 7. *Nauarr.cap*.25.*num*.36 *Couarru. qq. pract.quæst*.23. *Tolet.lib*.5.*cap*.58.*à num*.1.*Valent.tom*.3.*disp*.5.*q*.13. & alij ab istis citati. Et ratio est, tum quia quilibet tenetur obedire suo Superiori præcipienti secundum iuris ordinem, tum etiam quia Iudex habet ius eliciendi veritatem ob bonum publicum; ergo, &c.

Sunt tamen Doctores qui asserunt oppositum non esse improbabile, Reum non peccare mortaliter negando crimen, præsertim in causa capitali, quamdiù est spes euadendi mortem, etiam si iuridicè interrogaretur. Et ratio inquiunt est, quia si negando crimen est spes euadendi, sequitur quod non est plenè probatum. Doctores infra citandi.

Addunt præterea, quia præcepta vt obligent, debent esse consentanea conditioni humanæ, sicut & leges; at præceptum illud criminis fatendi, videtur nimis difficilè, neque satis accomodatum humanæ imbecillitati, vix enim è centum, vnus reperietur, qui si speret hac ratione posse euadere mortem, nõ sit crimen negaturus; ergo, &c. secus, si nõ esset spes euadendi.

Prætereà: lex humana non potest obligare cum periculo mortis, nisi magnitudo negotij aliud expostulet, vt pleriq; Doctores docent, ergo nec præceptum humanum, nempè Iudicis.

At quia etiam intercedit præceptum diuinum, scilicet iuramentũ, quod nullo modo violare licet,

ideò vt periurium euadit, æquiuocare potest.

Hanc sententiam sic probatam cum aliis rationibus tenet Leonardus Lessius, *de iust. & iure, lib. 2. cap. 31. dub. 3. nu. 11. 16. & sequen.* qui doctè respondit ad obiectiones contrariæ sententiæ: cui adhæret etiam Panormitanus *in cap. cum super, de confessis, col. penult. Syluest. verbo confessio delicti, quæst. 1.* probabilem quoque asserit Bonacina *de leg. in 8. præceptū decalog disp. 10. q. 3 pun. 2. num. 7. item Rodriq. in quest. Regul. tom. 2. quæst. 19. art. 4. Reginal. lib. 24. num. 37. Filiuc. tract. 40. cap. 9 quæst. 4. num. 266. Angel. eodem verb. num. 1. Armilla confess. n. 8. Petrus Nauar. lib. 2. cap. 4. num. 36. vsque ad nu. 142.* Emanuel Sà *de Reo, num. 6. & 7.* citatus à Lessio, & alii recentiores. Less. Panormi. Sylu. Bonac. Rodriq. Reginald Filiuc. Angel. Armil. Nauar. Eman. Sà

Sed tamen prima opinio pro cōmuni bono omninò tenenda est, & si aliam, vt probabilem, quia rationibus, & Doctoribus fundata est, tuta consciētia teneri posse existimant citati Auctores, eo præsertim (præter allata) quia in odiosis, illa opinio potest sequi, quæ est mitior, relicta rigorosa, vt docet Azor *lib. 2. cap. 11. lit.* B. præter quam quod inter diuersas opiniones, probabilem possumus sequi, relicta probabiliori, vt idem Azor *lib. 2. cap. 12. in fine*, & nos supra diximus de opinione eligenda Dub. 3. & hinc sequitur dilucidatio alterius dubii in hac re. Azor. Azor.

Dub. 2. Vtrum Confessarius possit cogere Reum ad fatendum veritatem, etiam si legitimè interrogaretur.

Respondet Lessius iuxta sua principia supra citatus *nu. 16. & 17.* quòd quamdiù est spes euadendi mortem, nedum corporalem, verum etiam ciuilem, non debet cogere Reum ad veritatem aperiendam, ra- Less.

Bonac. tionibus ab ipso allatis, quod etiam probat Bonacina *de praeceptis, disp.* 10. *q.* 3. *pun.* 2. *num.* 7. cum omnibus Doctoribus secundæ sententiæ, qui probabilē appellant; vide etiam Sotum, *lib.* 5. *de iustit. q.* 6. *ar.* 2. *Eman. Sà de Reo, num.* 6. & alios.

Sot.
Eman. Sà.

Dub. 3. An Confessarius possit cogere Reum ad supplicium ductum, vt fateatur delictum, quod falsò negauit, iuridicè interrogatus.

Respondetur distinguendo, vel adest notabile præiudicium vitæ tertii, vel honoris, vel bonorum, & sic tenetur se retractare: secus si nemini præiudicium dederit. Ita *Nauar. cap.* 25. *num.* 38. *Bonac. de præcept. disp.* 10. *q.* 3. *pun* 2. *n.* 8. & communis.

Nauar.
Bonac.

Dub. 4. An Confessarius possit absoluere Reum habentem animum capiendi è carceribus fugam ad propriam vitam tuendam, seu mutilationem vitandam.

Respondet Sanctus Thomas, & affirmatiuè, siue ante, siue post iustam cōdemnationem, etiam effringendo carceres: Et ratio est, quia non potest ei præcipi, vt cum tanto suo damno ibi maneat; hoc enim esset præceptum nimis difficile, superans humanam conditionem, & ius naturæ de vita tuenda, prævalet iuri positiuo legali: Et quoad effractionem pertinet, cui licet finis, idest fuga, licet, & mediū, scilicet effractio. Ita *D. Thom.* 2. 2. *q.* 69. *art.* 4. *Caiet. ibid. Sot. lib.* 5. *q.* 6. *art.* 4. *Couar. lib.* 1. *var. resolut. cap.* 2. *nu.* 13. *Nauar. cap.* 17. *num.* 102. *Lessius de iust. lib.* 2. *dub.* 5. *à num.* 31. & alii recentiores.

D. Thom.
Caiet.
Sot.
Couar.
Nauar.
Less.

Tenetur tamen (docet Caietanus) resarcire damnum ex effractione carceris sequutū, cuius sententiæ sunt etiam Sotus, & Nauarrus citati. Lessius ve-

rò

rò citatus *num.* 38. putat, hanc restitutionem vix esse in vsu.

Dub. 5. An dantes auxilium ad fugam è carceribus, teneantur ad restitutionem.

Respondetur, qui dat auxilium in casu prædicto ad fugiendam mortem, seu mutilationem, non peccat, nec ad restitutionem tenetur: qui verò dat causam, seu auxilium fugienti, qui detinebatur, vt solueret debita creditoribus (dum poterat soluere) peccat mortaliter, & tenetur ad restitutionem ipse, etiam si hoc faciat misericordia motus; secus si esset adeò pauper, vt neque per se, neque per alium probabiliter soluere posset. Ita *Nauarr. cap.* 17. *num.* 101. *Ioannes de Platea in leg. Quoties, de exa. lib.* 10. *cit. à Nauar.* & alii communiter. Nauar. Ioãnes de Platea.

Dub. 6. Quas pœnas teneatur Reus sibi infligere, seu subire, post iustam condemnationem?

Respondeo, & Dico primo: Reum nõ teneri sibi mortem infligere, vel mutilationem, vel ad se suspẽdendum, vel sibi elicere è venis sanguinem, vt paulatim moriatur: Et ratio est, quia hoc esset contra rectam, & humanam rationem: sed sufficit, eas pœnas ab alio illatas pati. Ita *Sot. de iust. quæst.* 6. *art.* 6. *conclus.* 5. *Graff.* 1. *par. lib.* 2. *cap.* 11. *num.* 40. *Suar. de leg. lib.* 5. *cap.* 7. *ad finem, & cap.* 10. *num.* 12. *Vasquez par.* 2. *disp.* 173. & alij. Sot. Graff. Suar. Vasq.

Dico secundo, Reum teneri (sequuta iusta sentẽtia) in exilium proficisci; persistere in carcere; accedere ad patibulum; collum præbere carnifici; laqueũ sibi adaptare; scalam ascendere; soluere pœnam inediæ; extendere manum ad mutilationem, & similia. Ita *Couar. in Epit. par.* 2. *cap.* 6. §. 8. *nu.* 10. *Arrag.* 2. 2. Couar. Arrag.

tom.

Reginald. Azor. Sayr. Valent. Suar. Eman. Sà. Bonac.

tom.2.quæst.62.art.3.Regin.lib.13.num.283. Azor. par.1.lib.5.cap.8.quæst.6.Sayr.lib.3.cap.9.num.4.Valentia disp. 7. quæst.5.pun.6.§.3.Suar.lib.5. de leg.cap. 7.num.6.& cap.10.nu.13. Eman. Sà Iudiciales actus, num.64.Bonac.de leg.disp.1.quæst.1.pun.7.§.2, & alij quamplurimi.

Em. Sà. Bonacina. Leſſ.

Dico tertio, Reum poſſe, & debere ſumere potionem veneni, poſt cōdemnationem: patet ex dictis, & probat Emanuel Sà *loc.cit.de Reo,num.11. & 12. Bonac.loc.cit.num.34.* & alij; quamuis Leſſius *lib. 2. cap.9.dub. 6. num. 26.* & alij à Bonacina citati contrarium, non improbabiliter teneant, de veneno.

ADDITIO.

DVb.primum, An Reus in iudicio conuentus, Actori contra ſe propria inſtrumenta petenti edere teneatur.

Genuenſ. Cened. Barboſ.

Reſpondēt Genuēſis in practicabilibus Eccleſiaſticis, *q.175.n.2.* Cenedus *ad decret.Collect.167.n.6.* Barboſa *de iure Eccleſiaſt.lib.2.cap.13.n.30.* negatiuè, niſi in fauorē Eccleſiæ tātum; Verum Abbas *in cap.1. de probat. n.17.* extra caſus fauoris Eccleſiæ, fatetur, Reū ad hoc nō teneri, nō ſimpliciter, ſed regulariter, prçſertim, cū ex inſtrumentis, & ſcripturis, quas ipſe apud ſe habet, poſſet actor contra illum ſuam fundare intentionem; tn̄ dari caſus (nunquam verò in materia criminali) ibidem *num.* 18. *& ſeqq.* enumeratos, in quibus Reus ad hoc vltrò tenetur.

Dub.2. An non ſolùm Reus ſecularis, ſed etiam regularis veritatem fateri minime teneatur, cum ſe legitimè nō interrogari dubitat, ideſt cum ei delic-

tum

tum semiplenè probatum esse non constat, vt si Iudex testium saltem depositiones semiplenè probantium, per Notariũ, vel alium fide dignum ante Reũ legi, vel ei notificari facere recuset, &c.

Respondeo affirmatiuè, & ratio vniuersalis, tàm pro secularibus, quàm pro regularibus est, quia possessio stat pro libertate *Rei*, vsque dum Iudicem in tali, vel tali causa suum legitimum Superiorem esse, eique obedire teneri sibi certò non constet; Iudex autem nunquam verus, ac legitimus Superior esse censetur, nisi iuris ordine seruato interroget, (quod sanè non præstat) nisi delictum sit saltem semiplenè probatum, vel de illo Reus sufficienter diffamatus, cùm tunc solum ad interrogandum ius habeat, & non prius; ergo vsque dum id Reo non constat, veritatem Iudici interroganti in conscientia nequaquam fateri tenetur; Nec est simile id, quod supra in Additione ad præcedentem Practicam 1. Dub. 7. dictum fuit, quod scilicet quando subditus dubitat, an obedire teneatur, adhuc iussa exequi debet, quia nimirùm possessio stat pro superioritate, quæ cùm sit certa, illa Superior propter subditi dubium spoliari non debet, cùm incertum, certo præualere non possit; nam Respondeo, ideò hoc verum esse, quia in casu huiusmodi dubij, superioritatis, possessio potest vti certa supponi, cùm possit Superior verus Superior esse, etiam si res dubias, quoad earum honestatem præcipiat, ex eo quia antecedenter in veram superioritatis possessionem introductus supponatur, quod sanè in casu nostro nõ accidit, quia Iudex, vt Iudex formaliter, numquam in veram interrogãdi superioritatem introductus censetur, nisi iuris or-

dine

Diana.
Caiet.
Nauar.
Sanch.
Rodriq.
Bonacina.
Sanch.
Sot.
Diaz.
Salon.
Cordub.
Bann.
Salsedo.
Alcozer.
Palac.
Fragosus.

dine seruato interroget, ac proindè, cùm de hoc dubitatur, possessio non stat pro eius superioritate, ac interrogandi auctoritate, cùm non dum de illa certò constet, sed pro Rei libertate, quam is certissimè possidere supponitur. *Diana ex parte, p.3.tract. 5.resolut.91.Caiet.2.2.quæst.69.art.2.Nauarr.in sum. cap.25.num.35.& 36.Sanchez in sum.lib.3.cap. 7.nu. 11.fine.& cap.6.num.26.Rodriquez de ordine iudiciario, cap.10.num.3.Bonac.in Decal.disp.10.q. 3.pun.2. num.4.vers.mihi probabilior, Sanchez in consilijs, to.2. lib.6.cap.3.dub.32.num.2.cum Soto, Diaz. Salon. Corduba, Bannez, Salsedo, Alcozer, Palacios,* & alijs, *Fragosus de Regimine Reipublicæ, prima par.lib. 5. disp.12. num.290.*

Dub. 3. An ad graues pęnas vitandas, nimirùm pœnam mortis, confiscationis bonorũ, condemnationis ad triremes, ad perpetuos carceres, &c. Reus iuratus, ac iuridicè interrogatus, idest cum delictum est semiplenè probatũ, possit Iudici interrogãti veritatem æquiuocando negare, si spes euadendi adsit, ex eo nimirùm quia eius condemnatio in sua confessione consistit.

Pet. Nau.
Rodriq.
Sancius.
Reginald.
Bonacina.
Malder.
Filiuc.
Less.
Fragos.

Respondeo affirmatiuè, ratione qua infra dubio 14. *Petrus Nauar.lib.2.de restit.cap.4.à num.*142.*Rodriquez in sum.de ordine iudiciario, cap.*10.*nu.* 1. *Sancius in selectis, disp.*43.*num.*28.*&* 29.Reginald.*lib.*24. *num.*37.*Bonac.in decal.disp.*10.*quæst.*3.*pun.*2. *num.*7. *Malderus de virtutibus, tract.*6.*cap.*3. *asser.* 2. *Filiuc. tom.*2.*tract.*40.*num.*266.*Lessius de iust.lib.* 2. *cap.*31. *n.*16.*Fragos.de regim. Reipub.p.p.lib.*5.*disp.*12.*n.*291. Ex quo etiam patet, Reum ad veritatem propalandam à Confessario tunc cogi non posse, cum in

se simpliciter huius rei omissio à doctissimis viris licita iudicetur. Nec obstat, quod ex hoc possent Iudices suspicari, testes semiplenè probātes falsitatem dixisse, dum Reus id, super quod testes deposuerunt, negat, & sic testes ob hoc apud Iudices infamarentur, ergo Reus ad hanc testium infamiam vitandam, veritatem Iudici interrogāti fateri debere videtur; nam Respondeo, q damna, tàm in bonis, quā in fama alteri ex alterius actione licita eueniētia, is qui licitè operatur, vitare nullatenus obligatur, si sine suo graui incommodo ab illa actione licita cessare non possit: sic accidit in hoc casu, nam Reus de iure naturæ, dum probabilem impunitatis spē habet, veritatem quoad delictum, de quo siue cum iuramento, siue sine eo interrogatur, Iudici, æquiuocando, licitè negare potest, cum id agendo ius naturæ sibi in tali facto competens tueatur, quod cuiquè præstare licitum est; ergo si ex hoc, quod Reus licitè præstare queit, alteri, scilicet testibus in fama damnum eueniat, hoc damnum Reus non negando Iudici interroganti veritatem, haud vitare tenetur, quandoquidem ex hoc, magnum damnum ipsi eueniret, supponimus enim Reum Iudici interroganti veritatem aperiendo, ad mortem, vel ad grauissimas pœnas condemnari, & alioqui, vt dictum est, nemo (extra casum extremæ necessitatis) cum suo graui incommodo alterius damnum vitare astringitur, & proximo subuenire, idest cum ei damnum in bonis, vel in fama imminet. Ita in simili tenet *Diana prima par. trac.* 17. *dub.* 39. *vers. tamen absolutè, cum Salas, Ledesma*, & alijs, *Sanchez in consilijs, tom.* 2. *lib.* 6. *c.* 4. *dub.* 18. *num.* 2. *Fragos. sup. cit. lib.* 5. *disp.* 12. *nu.* 300.

Diana.
Salas.
Ledesm.
Sanch.
Fragos.

Dub. 4. An Reus conuictus, & confessus de vno crimine, si interrogetur de complicibus omninò occultis, vel de alijs delictis à se cõmissis prorsus etiã occultis (de quibus. s. delictis, & socijs nulla adsint indicia, diffamatio, vel probatio) & nullo modo cũ primo annexis, & pro illius punitione facientibus, respondere, illaquè manifestare teneatur.

Respondeo negatiuè, nam cum huiusmodi delicta sint omninò occulta, tunc de illis Reus legitimè non interrogatur, & consequenter illa manifestare minimè tenetur, modo tamen quoad cõplices, eos emendatos, vel si periculum non sit in mora, emendandos correctione præmissa supponat, alioqui si delictum Reipublicæ sit valdè noxium, ad id sanè tenetur; nam tunc, sicut illos non interrogatus manifestare teneretur, multò magis interrogatus id agere debet. *Aldrete de disciplina tuenda, lib. 1. c. 11. num. 14. Octauianus Spatarius in praxi regular. tract. 9. cap. 12. & 13. quæst. 12. num. 5. Rigin. lib. 24. n. 141. & 142. Villalobos in sum. tom. 1. tract. 14. diff. 10. n. 12.*

Aldrete. Octauian. Spatarius. Reginald. Villalob.

Dub. 5. An Reus de facto suos socios occultos iniustè, prout in dubio præcedenti, Iudici interroganti detegens, sub mortali postea coram Iudice se offerre teneatur, & equiuocando etiam, si oporteat se illos delictum reuelatum minimè perpetrasse iurare.

Respondeo affirmatiuè, ad damnum scilicet sociorum euitandum, quod sanè procedit, siue bona, siue mala fide id egerit; nam si bona fide, tenetur ex charitate, si verò mala (idest intentione inferendi, ex reuelatione suorum sociorum Iudici facta, ipsis damnum) ex iustitia, modo tamen in primo casu, dũ

obli-

obligatur ex charitate, absque suo graui incommodo id agere possit, quia charitas, (vt sæpè dictũ est) non obligat cum graui incommodo; Quoad secundum verò casum, dum obligatur ex iustitia, si absq; suo detrimento notabiliter maiori, hoc exequi valeat, vt in materia restitutionis communiter asserũt Doctores; sed clarius quoad hoc, vide supra in Additione ad Practicam 6. dubio 27. & præterea modo spes habeatur, vt retractatio prosit, alias priuatim tantùm postea damnum resarcire sufficiet, si mala fide id actum fuerit. *Petrus de Ledesma 2. to. sum. tract. 2. cap. 7. conclus. 3. Rodriq. 1. tom. in 2. edit. cap. vlt. n. 3. Sanchez in sum. lib. 3. cap. 6. num. 28. fine.* An autem id fieri simpliciter omitti possit cum intentione resarciendi damnum, quod indè socijs eueniet, mox dubio sequenti dicemus. Ledesm. Rodriq. Sanch.

Dub. 6. An dum Reus, vel testis, qui veritatem in iudicio negauit, quàm iuridicè interrogatus fateri tenebatur, postea ex se, non interrogatus, illam coram Iudice fateri teneatur, & ad id à Cõfessario cogi possit.

Respondeo negatiuè, nam sufficit de præterita culpa dolere, & habere propositum veritatem propalandi, si iterum interrogetur; etenim Reus, in tantùm veritatem fateri tenetur, in quantùm à Iudice interrogatur; nemo enim tenetur propalare seipsũ. *l. nimis graue, ff. de testib.* ergo cum hic, & nunc Reus non interrogetur, veritatem ex se nequaquam fateri astringitur. *Azor. 3. par. lib. 13. cap. 25. Bonacina in decal. disp. 10. quæst. 3. puncto 2. num. 8. Philiarchus de off. Sacerd. tom. 1. p. 2. lib. 4. cap. 25. Sanchez in summ. lib. 3. cap. 7. num. 8. & 11. Bariol. in Aphoris. lit. R. vers.* Azor. Bonac. Philiar. Sanch. Bariol.

Reus iuridicè. Hoc tamen intelligitur, modo ex huiusmodi omissione, graue damnum alicui tertio nō afferatur, tunc enim eodem prorsus modo respondendum, prout dubio pręcedenti dictū fuit; Nec valet dicere in tali casu satis esse habere propositum huiusmodi damnum compensandi, nam id tunc solū verum est, cùm damnum forsan iam illatum supponitur, quòd si nondum per hoc datum fuerit, sed immineat, prædictum propositum habere non sufficit; nam nos, non solum tenemur restituere, cùm iniustè damnum alteri damus, sed etiam si ex aliqua iniusta nostra actione immineat, vel illud, cum ex charitate tenemur, facilè euitare possimus, ordine, ac obligatione dubio præcedenti explicata, illud etiā impedire astringimur.

Dub. 7. An Reus ad grauia tormenta vitanda, occultos cōplices (vt in dub. 4.) Iudici interrogāti reuelare possit, posito ꝙ illorum delicta sub sigillo secreti naturalis, vel sub iuramento celare promiserit.

Respondeo affirmatiuè, is enim non tenetur cum tam graui suo incommodo, notabili damno, vel cōplicum famæ ex charitate consulere, cùm charitas ad id non obliget, nec ad iuramentum in tam arduis circumstantijs seruandum, se obligasse supponitur; quod si id expressè intenderit, eos citra mortale reuelare non potest, nisi fortè tormenta essent extrema, quia tunc materia iuramenti fieret impossibilis, ac proindè eius obligatio omninò cessaret; verum si ex huiusmodi reuelatione complices morti adiudicarentur, si tunc Reus vellet, posset, etiam citra mortale, periculo vitæ, ad virtutem fidelitatis, ac religionis, cui se iuramento astrinxit exercendam, se ex-

po-

ponere, ratione qua supra in Additione ad Practicam 2. Dubio 4. modo tamen complicum delicta bono communi notabiliter non officiant, vt in casu hæresis, proditionis patriæ, &c. & alioqui si delicta patrãda erunt, periculum sit in mora, nec correctione præmissa emendatio vllo pacto speretur; quod idem in omnibus alijs grauissimis delictis, quorum punitionis omissio, Reipublicæ valdè noceret, quæque aliàs probari non possunt, vel cùm de notabili innocentis damno euitando agitur, dici debet, ex eo quia tunc iuramentum non est vinculum iniquitatis. *Cap. quanto, de iure iurando*; Hoc tamen intelligitur, modo Reus suum delictum iam confessus fuerit, quia si tormenta sustinuerit, & ex complicum reuelatione ipse de delicto nõ plenè probato, & spem grauissimas pœnas, prout dubio 3. dictum fuit, euadi haberet, vel de alijs occultissimis relictis, quæ per hoc detegeretur, condemnaretur, id prętare nõ debet, cùm nemo teneatur ne quidē indirectè propalare seipsum. *l. nimis graue, ff. de testib.* tum etiam ratione, infra dub. 14. adducenda. *Pet. Nauar. lib. 2. c. 4 n. 223. vers. mihi videtur, Lopez in instru. p. p. c. 68.* Pet. Nau. Lopez.
Rodriq. in trac. iudic. c. 11. concl. 7. et 2. p. sum. c. 55. n. 3. Rodriq.

Dub. 8. An cum quis metu tormentorum falsum sibi crimen imposuit, ob quod morti v. g. adiudicatus fuit, sub mortali postea coram Iudice se retractare teneatur.

*R*espondeo affirmatiuè, si per hoc probabilem euadendi spem habeat, aliàs peccat contra ius naturale diuinum, de propria sibi vita seruanda, quòd si talis spes non adsit, & crimen sibi impositum, in aliorum damnum, vel dedecus redundet, ad hoc

etiam

etiam sub mortali tenetur, posito quod damnum, vel dedecus sit graue, ratione qua supra dubio 6. fine.

Dub. 9. An testis, qui de aliquo delicto ipse solus deponere potest, ex eo quia tantum ipse illud scit, à Iudice interrogatus, veritatem fateri teneatur.

Respondeo affirmatiuè, siue loquamur in casu inquisitionis particularis, vt si testis interrogetur, quia aliqua infamia, seu rumor, quod Reus deliquit iam præcesserit, vel si delictum sit notorium, & Reus occultus, siue in casu accusationis, vt cū quis est accusatus de aliquo delicto, & ipse, puta testis, cōtra illū pro teste ab accusatore adducitur; tunc .n. Iudex legitimè interrogat, ergo dum testis legitimè interrogatur, veritatē fateri tenetur; Nec obstat quod Reus per illius dictum puniri non possit; nam Respondeo, posse saltem torqueri, & si confiteatur puniri, quod bono communi valdè conducit, vel conducere potest, cui bono, testis legitimè interrogatus cooperari sub mortali tenetur; Nec item obstat, quod per hoc læditur fama illius, contra quem is testificatur; nam Respōdeo, bonum commune, cui per hoc consulitur, bono particulari famæ delinquentis, vtpotè maius præponi debere. Nec item obstat, quod accidere potest, per hoc testem frangere iuramētum, vel secretum naturale, sub quo ex promissione forsan Reo facta delictum occultare, seu nulli reuelare tenebatur; nam Respondeo, iuramentum in hoc casu non obligare, quādoquidem esset vinculum iniquitatis, cum bono communi, ipsius vtilitatem, vt supra explicatum est impediendo, officeret, in casu autem quo iuramentum est vinculum iniquitatis, ad ipsius

ob-

obseruantiam sanè non obligat. *cap. quanto, de iure iurãdo*, tum quia res in huiusmodi casu habetur pro malè sub iuramẽto promissa, in malè autem promissis, rescinde fidem, *capitulo malis, 22. quæstione 4.* quod vltimum intelligendum, si delicta sint illius generis, prout supra dubio septimo explicuimus) secus verò dic, quando ex reuelatione adhuc delictum maneret impunitum, quia tunc cessaret illa ratio iuuandi bono communi, & alioqui iuramentum ad hunc finem exhibetur, vel vt tenent nonnulli, nimirùm Sancius *in select. disp. 43. num. 39.* Sancius. *Ioan. Valerus in differentijs, verbo inquisitio, num. 9.* Io. Valer. *Arag. 2. 2. quæst. 69. art. 2. dub. vlt. Miranda de ordine iudiciario, tom. 1. quæst. 6. art. 6. concl. 3.* Aragon. Mirand. si testis interrogetur in inquisitione generali, quãdo scilicet Iudex faciens inquisitionem generalem super Reipublicæ delicta iam ignota, de delinquentibus in communi, seu de hoc, vel illo in particulari interrogat, de quo nec infamia, nec rumor, quod deliquerit præcessit, tunc enim testem legitimè non interrogari asserunt, ex S. Thoma 2. 2. q. 70. art. 1. *in corpore*, D. Thom. ac proindè ad respondendum nequaquam astringi, nisi fortè id fateri expediat ad euitandũ graue damnum, quod immineat cõmunitati, puta in casu proditionis patriæ, hæresis, &c. vel quod immineat alicui particulari, & non adsit alius impediẽdi modus, vel id ad emendationẽ delinquentis fieri expediat, nec testis correctione præmissa, illum emendandum fore speret, quia dum in præfatis casibus testis absque vlla Iudicis interrogatione, delinquentem ex se denunciare tenetur, multò magis Iudice de hoc interrogante, id agere debet. *Bonac. in decal. disp. 10.* Bonac.

Sayr. Valentia Regin. Sot.

q.3.punct.3.num.5.Sayr.lib.12.cap.20.num.6.Valentia 2.2.disp.5.q.14.pun.1.fine.Reginal.lib.24. à num. 157.usque ad 160.inclus.Sot.de iust.& iur.lib. 5.q.7. art.1.ad primum.

Dub.10. An testis interrogatus,num aliquod delictum sciat,si illud ab alijs patratum fuisse audierit, se nescire respondere possit; Et quid si interrogetur de auditu,idquè ipse non à fide dignis acceperit. Et præterea,an teneatur veritatem Iudici interroganti aperire,cum certo scit, delictum super quod interrogatur,sufficienter per alios testes fuisse probatum.

Respondeo ad Primum affirmatiuè,si contrarium de interrogantis intentione non constet,vt si Iudex diceret,*di la verità in ogni modo,che la sai*,vel quid simile,ostendens se etiam de auditu interrogare velle,de quo clarius infra dubio 12.cum ea tantùm sciri dicantur,quæ in propria præsentia fiunt. *capitulo testes,3.q.9.* Ad secundum verò Respondeo negatiuè,nam qui non sunt fide digni,nullam probationē faciunt,& alioqui Iudex ius non habet interrogādi ea,quæ ad puniendum non inseruiunt, cùm eius authoritas in ordine ad puniendum tantùm illi cōcessa censeatur. *Em.Sà de testibus,nu. 8. Sotus de iustitia, lib.5.q.7.art.1.ad primum,Syluest.verbo testes,num.5.*

Em.Sà. Sot. Sylu.

Respondeo ad tertium,etiam negatiuè, dummodo testis non sit conuictus, ita vt veritatem reticendo, scandalū,se.s.periurum,& mendacem ostendendo, exhibeat,quia Iudex in tantum habet auctoritatem interrogandi testes, in quantum testium depositio ad delictum,seu ad rei veritatem,super quam interrogat probandam,necessaria est,nam ad alium finē, præter hunc,testium depositionem necessariam es-

se

se excogitari non potest, nec alioqui Iudici interrogandi auctoritatem à iure, præter quam ad prędictū finem assequendum, & superfluè datam esse censeri non debet, sed cum delictum est plenè probatum, & per testes nullam exceptionem patientes, alterius testis depositio ad tale delictum probandum nō est necessaria: ergo in huiusmodi casu, Iudex cum alios testes interrogare vult, facultatem ad interrogandū sibi à iure concessam neutiquam habere censetur; Iudici autem non habenti auctoritatem ad interrogandum, testis veritatem negando, seu reticendo non peccat, quippe quia Iudex nō iuridicè, habēsq; à iure ad interrogandum facultatem interrogat; debet tamen testis in simili casu æquiuocando Iudici respondere, aliquod scilicet verum intra se verbis correspondens subintelligendo, nè scilicet mendacium dicat; Secus verò dic, si testis non certò sciat veritatem, de qua Iudex inquirit, sufficienter per alios testes fuisse probatam, tunc enim possessio stat pro Iudicis auctoritate ad interrogandum, quā testis vti certā, dum nō agitur contra se, vt in casu dubii 2. sed cōtra tertiū, supponere debet, cū in factis alienis quis curiosus esse non debeat, & ideò, ꝙ illa Iudex careat per testē supponi nō pōt, nisi ea spoliatū esse certò cōstet; secus ēt dic, si testis, veritatē super quā Iudex interrogat sufficienter probatam fuisse clarè sciat, tamen testes examinati aliquam exceptionem patiantur, per quam delicti probatio non sit expedita, seu adumbretur; nam tunc Iudex legitimè talem testem interrogaret, ad finem scilicet attingendi irrefragabilem veritatis, super quam inquirit probationem, nisi fortè ipsemet testis examinandus ex-

ceptionem quoque patiatur, supponatquè postea se fore reprobandum, eiusquè depositionem per subsequentem reprobationem omninò debilitari, ita, vt eius depositio, ne quidem ad leuē pœnam Reo infligendam vllam probationē faciat, etenim in hoc casu testis, Iudici interroganti æquiuocando (pro vt mox dictum est) veritatem denegare potest, ratione supra adducta, ex eo scilicet quia eius assertio ad veritatem, super quam Iudex inquirit probādam, nullatenus iuuat, & alioqui solum ad veritatem detegendam, & probandam Iudex interrogans, testes ad verum dicendum, ita vt ij ad illi respondendum, & ad veritatem ei propalandam teneantur (vt supra dictum est) compellere potest; ergo cum in hoc casu testis assertio nihil probaret, ipsemet testis tuta conscientia veritatem celare potest, quippe quia perinde se haberet, ac si interrogaretur à Iudice, qui super eum nullam interrogandi auctoritatem haberet, qui autem à Iudice super illum auctoritatē non habente examinatur, ei facti veritatem, super quod examinatur, haud aperire tenetur.

Dub. 11. An Reus negans veritatem in iudicio, quā in conscientia fateri tenebatur, teneatur postea soluere pœnam pecuniariam, quam soluisset, si veritatem propalasset.

Respondeo negatiuè, si loquamur de pœna pecuniaria, imposita facienti tale, vel tale delictum, quod ipse iam commisit, nam ex communi Doctorum sententia ista non debetur, nisi post Iudicis cōdemnationem, quam sanè non dum præcessisse supponimus; tum quia obligatio restituendi oritur ex læsione iustitiæ commutatiuæ, qui verò veritatem

in

in iudicio negat, præceptum obedientiæ, seu iustitiam legalem tantùm lædit, & non commutatiuam, ergo ad restitutionem nullo pacto tenetur. *Tannerus in 2.2.disp.4.quæst.6.dub.2.num. 76. & 81. Vasquez in par.2.disp.175.cap.12. Diana 3.par. tract. 5. resol. 52. Less.lib.2.cap.30.dub.8.num. 59. Carol. Ant. Thesaurus, de pœnis, prima par. cap.5. vers. amplia secundo, cum Molina, Azor. & Suar.* Fragosus *de regim. Reipublicæ, prima par. lib.5. disp.12. nu.* 298. id probabilius esse affirmans.

Tannerus. Vasq. Diana. Less. Car. Ant. Thesaurus Molin. Azor. Suar. Fragos.

Dub.12. An Reus interrogatus, num delictum commiserit, quod sanè non ipse immediatè, sed per tertiam personam patrauit, æquiuocando id negare possit, vel se à tali delicto liberum esse respondere queat, subintelligendo scilicet, illud per confessionem sacramentalem, quam fecit, iam expiatũ fuisse.

Respondeo negatiuè, nam in primo casu per se, & per alium fecisse, idem sunt. *l.1. vers. deiecisse, ff. de vi, & vi armata*; tum quia Reus iuxta mentem Iudicis respondere debet, quæ sanè est, vt Reus respondeat, etiam si delictũ fieri iusserit, procurauerit, &c. in secundo verò casu adhuc Iudex interrogandi ius habet, vt peccatum iam in foro interno remissum puniat, & consequenter Reus tunc iuridicè interrogatur, ac proinde adhuc secundùm interrogantis mentem respõdere debet. *Azor. tom.1. lib.11. cap.8. q.1. & 2. Palud. in 4. dist.35. q.1. art.3. num.26.*

Dub.13. An Reus citra mortale, notam mendacij, vel calumniæ accusatori imponere possit.

Respondeo affirmatiuè, etiam si delictum sit occultum, nam hoc ad propriam defensionem spectat, ad quam de iure naturæ, cum moderamine tamen

inculpatæ tutelæ quiſque tenetur; Secus verò dic Primo, ſi Reus alia via ſe defendere efficaciter poſſit,tunc enim tale moderamen intercedere dici nõ poteſt, cum Reus plus contra tertium ſe defendat, quam oporteat.Secũdò,ſi delictum adhuc tali oppoſitione præciſa,plenè probari queat, idquè moraliter certum ſit,nam ſi de hoc dubitetur, poſſeſſio ſtat pro defenſione Rei,quam certò ei licere de iure naturæ ſupponimus,de quo certo defenſionis iure propter hoc dubium ſuperueniẽs,accuſatus ſpoliari non debet,cùm incertum, certò præualere nõ poſſit.*cap.si quis autem,de pœnit.diſt.* 7. ac proinde Reum contra accuſatorem tunc licitè opponere poſſe dicendum.*Petrus Nauar.lib.*2.*cap.* 4. *nu.* 348. *Nauar.cap.*18.*num.*49.*Filiuc.tract.*40,*cap.*9.*n.*261.

Pet. Nau. Nauar. Filiuc.

Dub.14.An vniuerſaliter verum ſit, Reum licitè carceres effringere poſſe.

Reſpondeo negatiuè,niſi ſint ad vitam,vel ad nimis lõgum tempus,vel ibi Reus detineatur,vt mortui poſtea adiudicetur, tunc enim licet concurrat bonum commune,Reos puniri poſtulans, quod bono particulàri Rei de propria vita tuenda, grauoq; malo effugiendo præferri debet, tamen, cum hoc ſubire nimis durum ſit,vtpotè contra vehementem naturæ propenſionem in contrarium, meritò Reus in quadam impoſſibilitate conſtitutus reputatur,vt tale bonum commune,ſuo bono particulari præferat,ac proindè vt huiuſmodi pœnas ſpontè ſubeat; Nec obſtat, ꝙ ex hoc ſequeretur, poſſe dari vtrinque bellum iuſtum, ſcilicet ex parte Iudicis licitè retinendi Reum, & ex parte Rei auf[ugiendi] ſine peccato;nam vbi diuerſitas opinionum intercedit,

hoc

hoc sanè procedere potest, prout dictum est supra in Additione ad Practicam primam Appendicis posthumæ Dubio 7. Ex quo patet Primò, Reum nõ teneri potionem veneni sumere, etiam si ad hoc cõdemnetur. Secundo non teneri non comedere, si inediæ adiudicetur. Tertio posse vti aliqua arte, vt carcerum Custodes decipiat, vel illos corrumpere, non directè, vt fugæ locum dent, quia hoc esset eorum peccato cooperari, sed ad ipsorum beneuolentiam acquirendam, vt indè fugiendi occasionem arripiat. Quarto non teneri damna carcererijs sequuta resarcire, quia cum Reus tunc suo iure vtatur, huiusmodi damna per accidens indè sequuntur, & ad damnum per accidens, alteri ex opere aliàs iusto illatum, nemo tenetur. Quinto eadem ratione aliqui putant, nec ad huiusmodi restitutionem teneri eos, qui carcerum effractioni consilium, vel auxiliũ præbent, nisi sint Officiales, & Ministri iustitiæ, ad quos contrarium consulere, ac agere spectat, cùm cooperatio in ordine ad rem licitam exhibeatur; Et patet in simili de eo, qui in extrema alterius necessitate furatur, vt illi succurrat. *Lessius lib.* 2. *cap.* 31. *num.* 39. *Filiuc. tract.* 40. *num.* 273. *&* 274. *Sayr. lib.* 7. *cap.* 9. *Paulus Layman. lib.* 1. *tract.* 4. *cap.* 15. *num.* 8. *&* 9. *Regin. lib.* 29 *sect* 7. *per totum*, *Plazza de delictis, lib.* 1. *cap.* 23. *num.* 4. *Fernandez in exam. Theol. prima par. cap.* 19 §. 9. *num.* 10. *Merolla, de legibus, disp.* 4. *cap.* 5. *num.* 63. *Diana* 3 *par. tract.* 5. *resol.* 102. *Sotus de iustitia, lib.* 5. *q.* 6. *art.* 4. *in Resp. ad secundum argumentum, per totum, Couar. variarum resolutionum, lib.* 1. *cap.* 2. *num.* 10. *vers. in* 2. *quæst.* *Mascard. de probat. conclus.* 820. *num.* 17. *lib.* 2. *Guttierez lib.* 2. *canonicarum quæst.*

Less. Filiuc. Sayr. Layman. Reginald. Plazza. Fernan. Merol. Diana. Sot. Couar. Mascard. Guttier.

Menoch. Fragosus. *cap.24.num.45. Menochius de arbitr.cas.501.num.14. Fragos.de regim.Reipub. p. par.lib.5.disp.12.n.373.*

Quod vltimum nullo modo dici posse puto; nam id, quod asseritur, nempè licere actioni alteri licitæ cooperari, intelligitur, modo ex aliquo alio capite, seu ratione non repugnet, vt accidit in casu nostro; nam cum nos simus partes, seu communitatis membra, bono illius cooperari debemus, cum partes de iure naturæ bono totius iuuare debeant; ergo, cùm malefactorum punitio ad communitatis, seu Reipublicæ bonum spectet, eius membra, facto, vel consilio, id impedire non possunt, nimirùm in carceribus effringendis, vel consilio, seu cooperatione ad id, vt Rei inde fugiant, vel quid aliud simile faciẽdo; & ad illam paritatẽ de surripiente, vt indigenti in extrema necessitate constituto succurrat; Respondetur, id ideò licere, quia eo ipso, quod quis est in extrema necessitate constitutus, statim res alterius, quantum saltém ad indigentis, seu pauperis vsum spectat, fit illius, velit, nolit Rei Dominus, cũ in extrema necessitate, ad minus quoad vsum quantum satis est, omnia sint communia; quod ex eo patet, (estquè communis Doctorum sententia, de qua Fagundez *in decal.in 7.præcep. lib. 7. cap. 26. num. 17.*) quia tunc pauper quantum sibi necesse est, à rei Domino, illi necessaria subministrare valente, surripere, seu citra mortale sibi accipere potest; ergo cum ipse id agere nequit, alter loco ipsius id præstare poterit, vt acceptum postea indigenti tradat; cum alienum non accipiat, sed simpliciter, & absolutè quod alterius est, scilicet indigentis (vt probauimus,) quod sanè nulla prorsus lege prohibente fieri potest; in primo

Fagund.

au-

autem casu,qui *Reum* ad carceres effringendos adiuuat,id consulit,&c.nocet communitati, quod citra mortale fieri non potest (vt iam diximus) in hoc vero casu,qui alienum surripit, vt indigenti succurrat,rei Domino minimè nocet, ex eo quia res accepta,tali necessitate supposita, nō est amplius Domini, quoad illius saltem vsum, sed indigentis (vt dictū fuit)& sic qui illā accipit,nullo modo peccat, cum iura pauperis agat, & nulli irrationabiliter noceat,atq;adeò quicquā vlli haud restituere tenetur.

Dub.15.An Iudex Reum condemnare possit, à quo veritatem dolo,vel fraude extorsit, quam sanè aliàs *Reus* fateri minimè tenebatur, ex eo nimirum, quia non erat legitimè interrogatus.

Respondeo negatiuè, alioqui mortaliter peccat, nam legitima,ac licita condemnatio, à licita interrogatione,ac Rei confessione procedit, vtpotè effectus à sua causa, cum autem Iudex tunc legitimè nequaquam interroget, nec tunc Reum legitimè condemnare potest; tum quia, sicut latro pecuniæ dominium,quam mortem minando à viatore extorsit,nullo modo acquirit, sic nec Iudex auctoritatem acquirit in Reum ex illius confessione per vim, vel dolum extorta,vt illum indè puniat; nisi fortè se inconsultò aliqua alia tertia persona talem vim inferat,vel dolum adhibeat;nam tunc Iudex illum condemnando suo vtitur iure,cum delictum hic,& nūc sit verè probatū; Et patet in simili de eo,qui ab aliquo (Iudice inconsulto) ad delinquendum inducitur,vt postea ab illo puniatur,quem sanè Iudex,etiā si postea hanc fraudem,seu dolum sciat, licitè condemnare potest,non alia ratione, nisi quia is verè

delinquens inuenitur; vel si Reus confessionem sic dolo à Iudice extortam non reuocauerit, sed in ea liberè, à spe liberationis, & impunitatis delicti sibi à Iudice oblatæ, si veritatem confirmet præscindendo, persistat, tunc enim etiam licitè, non obstante tali dolosa confessionis extorsione, Reus condemnari potest, & quidem ad pœnam delicti ordinariã; secus, si Reus dicta spe frustratus, nec confessionem factam reuocauerit, nec confirmauerit, nam nec tũc ratione mox supra adducta iustè condemnari potest.

Reginald. Gomez. Sanch. *Reginald. lib. 24. n. 135. & 136. Gomez. tom. 3. variarum resolutionum, cap. 12. num. 6. Sanchez in consilÿs, tom. 2. lib. 6. cap. 3. dub. 35. num. 3.*

Dub. 16. An Iudex possit condemnare Reum per falsos testes nocẽtem verè probatum, quem tamen ipse in conscientia innocentem esse certò noscit.

*R*espondeo negatiuè, quia huiusmodi probationes sunt falsissimæ, ac proindè nullum catholicum effectum licitum, seu non peccaminosum in ordine ad Reum condemnandum operari possunt; Quare si Iudex Rei condemnationem effugere nequeat, potius suum munus deponere debet, cum innocẽtem condemnare, sit intrinsecè malum, vt potè iure naturali, & diuino prohibitum, *Exod.* 23. & consequenter nullo fine cohonestari potest; Nec alioqui Iudici suum damnum cum damno innocentis euitare fas est; Nec obstat, quod Iudex secundum allegata, & probata iudicare debet, quia hoc intelligitur, modo legi diuinæ non obstet, vt accidit in casu nostro. Idquẽ etiam patet à pari, si enim Iudex sciens ex priuata notitia aliquod matrimonium esse nullum, quod tamen per legitimas probationes ad extra pro

Exod. 23.

va-

valido habeatur, non potest compellere virum, vel mulierem ad tale matrimonium consummandum, quādoquidem posita matrimonij nullitate, talis copula est intrinsecè mala, prohibita scilicet vno ex decem Decalogi præceptis, puta illo pręcepto, *Non fornicaberis*, & consequenter ad talem copulam pręfatos compellendo, eos ad aliquod intrinsecè malum faciendum compelleret, quod autem est intrinsecè malum, nullo modo fieri, nec suaderi, nec præcipi potest; ergo cum sit prohibitum iure diuino, ex loco supra citato innocentem condemnare, licet in foro externo innocens, nocens, seu Reus probetur, nullo modo Iudex, qui nocentem ex priuata scientia innocentem esse scit, illum morti adiudicare potest.

An autem innocens, nocens in foro externo probatus, non solum in causis criminalibus, sed nec etiā in ciuilibus citra mortale, vti Reus condemnari queat, sanè Layman infra citandus asserit in causis ciuilibus condemnari posse, & in criminalibus etiā minoribus, præcisa .s. pœna capitis, obtruncationis membrorū, &c. cui ego, rationibus supra adductis nō assētior. Fatetur tn̄ innocentem in tali euentu, præciso scandalo, seruatisquè alijs iustæ compēsationis Regulis, sibi compensare posse super bona partis collitigantis omnę id, ad quod ei soluendum, cedendum, &c. condemnatus fuit; enim verò, dum in conscientia ad hæc iniustè condemnatur, consequenter pars aduersa iniustè eius bona possidet, qui autem iniustè alterius bona possidet, & non adest alius ea recuperandi modus, grauatus, compensationis titulo, seruatisquè eius Regulis clam id, quod

ſuum erat, ab iniuſto poſſeſſore auferre poteſt, præter quam quod pars collitigans, cognita ſententiæ iniuſtitia, quod ſcilicet in conſcientia nulla ſit, tenetur ex ſe parti aduerſæ, & per iniuſtam ſententiam grauatę, id quod vi talis ſententiæ ſibi adiudicatum fuit, cedere. *Layman. lib. 3. de iuſtitia, tract. 6. cap. 2. num. 8. Sotus lib. 3. de iuſtitia, q. 4. nu. 5. Petrus Nauar. lib. 2. cap. 3. num. 161. Bonac. in Decal. diſp. 10. quæſt. 2. punct. 2. num. 2. Leſſius lib. 2. cap. 29. dub. 10. num. 78. & 84. verſ. Tertio, & cap. 31. dub. 4. Dian. 5. par. tract. 4. reſol. 22. Siluius in 2. 2. D. Thom. q. 66. art. 2. concluſ. 2. Malderus in 2. 2. tract. 6. cap. 1. dub. 13. Nicolaus de Lyra, Panorm. & Hoſtienſis apud Fragoſum de regim. Reipublicæ, prima par. lib. 4. diſp. 10. nu. 168.*

Layman. Sot. Pet. Nau. Bonacina. Leſſius. Diana. Siluius. D. Thom. Malder. Nicol. de Lyra. Panormit. Hoſtienſ. Fragoſ.

Dub. 17. An liceat Iudici condemnare aliquem, quem ex priuata ſcientia Reum eſſe ſcit, in foro autem externo innocens eſſe probatur.

Reſpondeo negatiuè, quoad Iudices inferiores, cum iſti diſpoſitioni iuris communis derogare nequeant, de iure autem communi quiſque secũdum allegata, & probata iudicare debet, ac proinde cum Iudici tantum de delicto conſtat, illud in foro externo probatum nequaquam intelligi poteſt, cũ Iudex nequeat eſſe teſtis, & Iudex. *capitulo nullus vnquam, quæſt.* 4. & quamuis de iure diuino ſit Reum cõdemnare ex illo *Exod.* 22. *verſ.* 18. *Maleficum ne patieris viuere*, id tamen intelligitur iuris ordine ſeruato, ideſt debita teſtium depoſitione præmiſſa, quod ipſe Dominus nobis innuit *Deuteron.* 19. *verſ.* 15. ibi, *In ore duorum, vel trium teſtium, &c.* & ibidem *cap.* 18. *& Numerorum, cap.* 35. Nec vniuerſaliter Supremi Iudices id agere poſſunt, vt Reges, Proreges, &c.

Exod. 22. Deut. 19. Num. 13.

nam

nam cum delictum est secretum, sicut isti, & quilibet alius priuatus Iudex, ex communi sententia, nō sunt legitimi Superiores in Reo interrogando (communiter enim Doctores asserunt, Reum tunc iuridicè non interrogari, neque per hoc, ipsum veritatem fateri debere) ita etiam tunc non sunt legitimi Superiores in illo puniendo; ergo si illum puniant, iniustitiam committunt, & mortaliter peccant; in isto tamen casu id ipsi agere possunt, nimirùm cum delictum est Reipublicæ valdè noxium, indèq; magna Reipublicæ incommoda euentura sint, quæ alia ratione, quam delinquentem cōdemnando, auerti vllo modo queant, tunc enim isti supremi Iudices, cū habeant dominium altum in ordine ad Rempublicā gubernandam, illam à quocunque certo, euidenti, pernicioso, & irreparabili malo sibi noto, non per viam denunciationis, vt cæteri tenentur, cum ipsi ex eo quia supremi sunt, ad quem denuncient, ignorant, sed per viam punitionis defendere possunt; verum ad scandalum vitandum, ad quod de iure diuino astringuntur, ne scilicet cæteri apprehendant, ipsos innocentem condemnasse, aliqua dexteritate in Reo condemnando vti debent, præsertim, si mors intercedere oporteat, veneni propinationem (animæ tamen periculo prius euitato) vel quid simile, adhibere fas erit; Quod idem de punitione per modum defensionis Reipublicæ in primo casu, nimirū cum delictum est secretum, & Reipublicæ non perniciosum dici non potest; nam omne delictum non perniciosum, si sit secretum, communitati officere minimè censetur, & consequenter delinquentis iura in præfato casu allata semper attendenda sunt.

Pet. Nau. Bonac. Nauar. Sayr. Filiuc. Fernand. Panor. Couar. Rosel. Adrian. Tolet.

Petrus Nauarr.lib.2.cap.3.num.122. Bonac. in Decal disp.10.q.2.punct.2.num.5.Nauar cap.25.nu 9. Sayr. lib.12.cap.8.num.22.Filiuc.tract.40.num. 174. 175. *& 176.Fernandez in medul.4.par.cap.16* §. 1.*nu.*10. *& prima par.cap.19.§.2.num. 16.cum Panor. Couar. Rosel.Adriano,Tolet.*& alijs.

Dub.18.An Proreges possint tuta conscientia condemnare aliquem de mandato, non adhibitis solemnitatibus iuris, termino ad se defendendum, processus compilatione,alijsque de iure necessarijs.

Respondeo, si simpliciter, & absolutè sufficiens tempus ad se defendendum Reo assignent,nõ peccant,etiam si iuris solemnitates non obseruẽt, cum isti in iure dispensare,illudquè etiam tollere possint, præsertim,si interim populi rebellionem, vel turbationem timeant,sin minus,etiam si Reus palàm in flagranti delicto capiatur, modò delictum excusationem habere possit,mortaliter peccant, si illum inauditum,ac se defendere non valẽtem, morti,vel alteri graui pœnæ adiudicent,quia saltem periculo illum iniustè condemnandi se exponunt, quod est peccatum eiusdem speciei cum ipsa actuali cõdemnatione iniusta, ita ex parte Capiblancus *de offic. Baron.tom.2.pragm.1.cap.2.num.22.& seq.Azor.p.2. lib.11.cap.7.*

Capiblan. Azor.

Dub.19.An iustè damnatus, suamquè iustã condemnationem benè cognoscens,& appellans,mortaliter peccet.

Respondeo affirmatiuè, quia appellatio, cum sit à grauamine,supponit à Iudice,appellanti iniustitiã factam esse,vt patet ex *ff.de minor.præfect.* & colligitur ex capitulo *licet,*2.*q.*6.& ex extrauaganti *de*

ap-

appell.& capitulo *vt debitus*;ergo cum iustè cōdemnatus,appellat,infamat Iudicem in re graui, ostenditquè per hoc,ipsum iniustū esse,*Cod.quando prouo. non est necess.l.vltima,in fine,& glos.dist.* 50. *capitulo si quis praepostera,§.sententiam*; qui autem proximum in re graui infamat,mortaliter peccat; ergo etiam mortaliter peccat iustè condemnatus, qui se iustè condemnatum fuisse cognoscens, de sua condemnatione,seu de sententiæ iniustitia ad superiorem appellat; Et si id in causa ciuili agat, tenetur etiam compēsare, & resarcire parti collitiganti omnes expensas, quas in causæ prosecutiône à die appellationis fecit,& omne etiam aliud damnum,quod per hoc præcisè parti collitiganti euenit; quandoquidē per suam indebitam appellationē est talium expensarum,& damnorum iniusta causa, at qui alteri per suam iniustam actionem damnū causat, illud resarcire tenetur,& quidem sub mortali, si damnum notabile sit,sub veniali verò,si leue.

Quod si iusta rei condemnatio non ita omnibus nota sit,vt alij suspicari non possint, huiusmodi appellationem aliquo iusto titulo, & Rei probabilitate post receptam sententiam excogitata, qua Reus appellando defendi possit, absque eo quod per hoc vlla Iudici,sententię latori infamia afferatur niti,tamen adhuc Reus appellando peccat,quia dum clarè cognoscit,se iustè condemnari, debet se iustitiæ sibi à legitimo Iudice factæ submittere;atque adeo, dum in re graui suo Iudici non obedit,per hoc mortaliter peccat; nisi fortè sententiæ iustitia non ita omnibus nota sit, vt alij suspicari nequeant prout supra; & sententia aliquam grauissimam pœnam

ex

ex illis sup. Dub. tertio, & decimoquarto assignatis contineat, & Reus probabilem spem illam euadendi appellando habeat; tunc enim ratione eodem Dubio 14 allata appellando non peccat; sin minus condemnationis iustitia euidens sit, ita vt nullam iustam appellandi causam Reum habere coniici possit, etiã si sententia grauissimam cõtineat pœnam, tunc ratione supra adducta, tum scilicet ratione infamię, tum ratione inobedientię, (prout supra ẽt dictũ est) Reus appellando, etsi spem talem pœnam euadendi habeat, mortaliter peccat, cum nulli liceat propriã vitam, vel se simpliciter cum innocentis infamia, & damno defendere; in pari enim causa, melior est conditio innocentis. *Beia in suis responsis, prima par. casu 65. Nauarrus in manu. cap. 25. num. 39. D. Thom. 2.2. q. 69. art. 4. in corpore, Sotus de iustitia, lib. 5. q. 6. de iniustitia Rei, art. 3. Fernandez in medul. par. 4. cap. 3. §. 5. Sanchez in consiliis, tom. 2. lib. 6. cap. 4. dub. 2. num. 1. & 2.*

Beia. Nauar. D. Thom. Sot. Fernand. Sanch.

Dub. 20. An talis prout dubio pręcedẽti iustè cõdemnatus appellans absolui possit, nisi appellationi renunciet.

Respondeo negatiuè, quia dum esset animo paratus prosequendi appellationem, esset animo paratus prosequendi, ac cõtinuandi peccatum mortale inobedientiæ, & infamationis etiã Iudicis, quod appellando (vt Dub. præced. dictũ est) committeret; pœnitens autem, qui est animo paratus committere, vel cõtinuare aliquod mortale, absolui nullatenus potest; quia ad hoc vt quis possit à peccato mortali absolui, debet in se elicere aliquem motum pœnitentiæ ipsius peccati, vt habetur ex Tridentino

Tridentin.

sess.

sess. 14. de pœnit. cap. 4. De contritione, præsertim, ibi, *quo pœnitens adiutus, viam sibi ad iustitiam parat*, hic autem pœnitentiæ motus debet consistere in displicentia peccati, & in proposito illud amplius non committendi, prout patet ex eodem loco Tridentini, ibi, *illam verò contritionem imperfectam, quæ attritio dicitur. . . si voluntatē peccādi excludat. . . . donū Dei esse . . . quo pœnitens adiutus viam sibi ad iustitiā parat*: Et infra: *ad Dei gratiam in Sacramento pœnitētiæ impetrandam disponit*; ergo cum talis iustè condemnatus, & de sua condemnatione appellans non haberet propositum non continuandi suam iniustā, & peccaminosam appellationem, non haberet in se debitum, seu exigitum pœnitentiæ motum, atque adeò non esset benè pro sacramentali absolutione recipienda dispositus, ideòq; absolui nequiret, sacrilegiumquè committeret Confessor, qui illum absolueret, quandoquidem absolueret aliquem, qui esset sacramentali absolutione indignus; præter quam, quod absolutio nulla esset, ex eo quia absolutionis forma applicaretur super materiam indebitam, idest super peccatum non benè retractatum, idest cum proposito illud amplius non committendi, ideòq; materia non esset formæ absolutionis capax, & consequenter nō possent moraliter vniri, & ex illis fieri vnum Sacramentum, gratiam pœnitenti conferens, illiquè peccata remittens.

Secus verò dic, si condemnatus appellet, quando non certò cognoscit sententiam esse iustam, sed dubitat illam iustam esse, suppenitquè, se aliquam rationem ad appellandum habere, tunc enim id sine vllo peccato, & absque obligatione cōpensāndi illa

dam-

damna vt infra, agere poteſt, quia vnuſquiſque poteſt ſe licitè defendere, vſque dum certò cognoſcit ſe defendere nullo modo licitè poſſe, cum in dubio, an id licitè quis præſtare valeat, poſſeſſio ſtet in ſui fauorem, qui ius ſe defendendi hic & nunc de iure naturæ, dum certò non eſt illo priuatus poſſidet, ergo dum in tali caſu appellatio eſt actus propriæ defenſionis, ſi inde ſequatur Iudicis infamatio, vel tertij damnum, id eſt per accidens, & ad ea, quę per accidens ex actione alteri licita, & neceſſaria, vt eſſet huiuſmodi appellatio licita, & neceſſaria in ſui defenſionem condemnato, qui dubitaret, an iuſtè cōdemnatus eſſet, reſultant vitāda, nullus tenetur, nec conſequenter tenetur ad illa poſtea compenſanda, ſi ex dicta licita, & neceſſaria actione talia damna alij poſtea eueniant, quia quando quis in damnis alij inferendis non peccat, vt non peccat appellās (vt probatum eſt in caſu noſtro) illa poſtea reſarcire neutiquam obligatur; quandoquidem obligatio compenſandi damnum eſt pœna; pœna autem ſupponit culpam, ergo cum in hoc caſu condemnatus appellando non peccaret, ad compenſanda damna, quæ per hoc parti collitiganti, & Iudici condemnanti in ſua fama euenirent, per hoc ſcilicet, quod oſtenderetur fuiſſe iniuſtum (vt ſupra dictum eſt) nullatenus teneretur. *Bariol. in Aphoriſ. lit. A. verſ. appellans à ſententia, & Auctores etiam dub. praced. citati.*

Bariol.

Dub. 21. An Aduocatus, & defenſor cauſę poſſint inſtruere carceratum ad negandum delictum, de quo ipſe eſt inquiſitus, etiam ſi quod illud patrarit verum ſit.

Reſpondeo affirmatiuè, dando ſcilicet modum,

quo-

quomodo Reus coram Iudice veritatem reticere possit, interius scilicet æquiuocando, sed hoc in eo solum casu fieri posset, in quo ex se Reus ipse posset tuta conscientia interius æquiuocando non confiteri delictum, prout nos diximus supra dubio 2.& dubio 3. ipsum licitè facere posse, & in alijs quoque casibus, in quibus fas est Reo interius æquiuocare, & Iudici facti veritatem denegare, non verò in alijs casibus, in quibus hoc haud facere delinquenti cōceditur, quia sicut ipse Reus in alijs casibus, in quibus id nequit, periurium committeret, & mortaliter peccaret veritatem Iudici negando, ita etiam mortaliter peccaret Procurator, vel Aduocatus id ei suadens, vt faceret, quia cooperaretur peccato mortali sui clientis, ipsiusquè peccati malitiæ particeps fieret; Ratio autem, cur possit Aduocatus, seu Procurator instruere suum clientem Reum ad veritatem interius æquiuocando Iudici interrogāti occultandam, in casu quo ei illam occultare citra culpam licet, est quia Aduocatus, & Procurator, dum dantur ad defensionem suorum clientum, & permittitur de iure, seu à iustitia, vt illos dum res occulta est quantum possunt defendant, vnam personam (iustitia, & communitate id permittente) cū suis clientibus in ordine ad eorum defensionem subeunt, ergo sicut ipsimet clientes Rei se defendere contra Iudicis interrogationem citra vllam culpam possunt, ita etiam illos ad talem defensionem, citra vllam culpam eorum Aduocati, & Procuratores instruere queunt; Verum tamen est, quod Procurator, & Aduocatus, seu defensor causæ alicuius Rei non possunt illum instruere ad dicendum men-

dacium,vel ad faciendum iuramentum falsum,idest ad negandam veritatem cum iuramento, vel etiam sine iuramento, directè, absque eo quod interius æquiuocet, & aliud verum, verbis correspondens subintelligat, vel ad faciendas falsas probationes, quia ideò Reus in casibus adductis, dubiis supra citatis potest coram Iudice absque peccato negare veritatem; quia cum interius negando veritatem, æquiuocaret, talis veritatis negatio non esset mendaciũ dicere,& ineuitabiliter peccare (dicere enim mendacium absque æquiuocatione, est intrinsecè malum, & à culpa præscindere non potest) ergo quãdo Reus, ad hoc à suo Aduocato instructus negaret veritatem in re graui coram Iudice nõ æquiuocando,ambo mortaliter peccarent, Reus tanquã principalis,& Aduocatus eius instructor, vti ad id cooperator, quia concurrerent ad formale mendacium,& ad periurium;quod eadem ratione dicendũ etiam de falsis probationibus, quæ dum in longa verborum serie consisterent,non possent cohonestari per æquiuocationes, sicut mendacium ore, vno, vel duobus verbis prolatum,interius per æquiuocationem cohonestari potest,& licitum reddi per hoc scilicet,quod resoluatur in verò secundum intẽtionem testis dicẽdo, quod verba ex se etiam exterius prolata significare possunt;ideòq; si delinquens ad falsas probationes faciendas à suo Aduocato, vel Procuratore instrueretur, ambo ratione mox assignata lethaliter peccarent. *Guazzinus to. 1. de defensionibus Reorum, defen: ione 6. c. 1. n. 75. cũ D. Thoma, Bossio, Couar. Nauar. Lader.* Imol.& alijs, licet Guazzinus asserat licere solum in foro externo, Reum à

Guazzinus
D. Thom.
Bossius.
Couar.
Nauar.
Lader.
Imol.

suo

suo Aduocato ad negandam veritatem, prout supra instrui posse, sed rationes adductæ, id etiam in foro animæ procedere probant.

Dub. 22. An Reus, qui delictum commisit, quod postea alteri, innocenti imputatur, ex quo innocens morti adiudicatur, idq; Reus aduertit; teneatur tūc Reus sub mortali se prodere, vt innocens, qui ob delictum ab ipso commissum morti adiudicatur, ab illo vltimi supplicij periculo liberetur.

Respondeo negatiuè, quia innocentis condemnatio ex alterius delicto sequitur merè per accidēs, ad damna autem per accidens ex alterius iniusta actione imminentia impedienda, qui illis causam per accidens dedit, non tenetur magis, quam alij, qui causam talibus damnis non dederunt cum illorum causa, posito quod per accidens causa sit, esse simpliciter causa minimè cēseatur; etenim causa per accidens alterius damni causa nullatenus iudicatur; ergo sicut cæteri non tenentur ad liberandum innocentem à morte, ipsi ad mortem subeundam se offerendo, ita nec ad hoc tenetur *Reus*, dum talis innocentis condemnationis causa per accidens fuit; Sicut eadem ratione, si quis contra præceptum superioris iret venatum, & casu, pręmissa omni debita diligentia, alterius equum occideret, ad tale damnum domino equi resarciendum in conscientia non teneretur, licet huiusmodi damnum ex sua iniusta, & peccaminosa actione, venandi scilicet contra Superioris pręceptum eueniret, non alia ratione, nisi quia præfatum damnum ex iniusta alterius actione merè per accidens eueniret, talisquè actionis iniustitia esset impertinens ad alterius damnum, idest in

illud non influeret; ergo ita etiam in casu nostro dicendum; Secus verò dic, si Reus consultò aliquem occidat præuidens fore, vt id suo inimico innocenti imputetur, isquè per hoc morti adiudicetur, & sic de facto accidat, quia in pari causa, melior est conditio innocẽtis, atq; adeò dũ immineret mors innocẽtis, & occisoris, si occisor se Iudici proderet, vt innocẽtem liberaret, sic fieret melior cõditio innocentis, ergo occisor deberet vitã innocenti seruare, & ipse qui nocens, & Reus esset se se Iudici prodere, vt sui delicti pœnã luendo, innocentem ex ipsius actione, & dolo in illo periculo, & angustia positũ liberaret. *Sancius in select. disp. 46. nu. 26. vers. immo nec. in med. Raguccius in sua lucerna Parroc. tit. de rest. quæsit. 162. fol. 390. Tolet. lib. 5. sum. cap. 70. num. 4.*

[margin: ...ncius. ...gucc. ...olet.]

Dub. 23. In quo quæritur Primo; An puer si delinquat infra septẽnium. Secundò, si à septennio vsque ad decẽnium cum dimidio. Tertiò, si à decẽnio cum dimidio vsque ad 14. annum. Quartò, si ab hac ætate vsque ad 25. annum non completum, de suo delicto, puta homicidio, alioq; graui facto, vel simpliciter puniri, vel pœna ordinaria in lege pro delicto commisso præscripta, vel Iudicis arbitraria plecti queat. Quintò, & quid dicẽdum de ijs, qui à 25. anno completo, & deinceps in delicta labuntur.

Respõdeo ad Primum, talem nulla pœna, nec ordinaria, idest ob tale delictum à lege imposita, nec arbitraria Iudicis plecti posse, sed solum à suis parẽtibus verberandum esse in memoriam solum delicti commissi, vt scilicet, nè amplius in eundem errorem labatur, & à parentibus custodiendum, nè in similia incidat errata; ratio autem quare talis puer nulla

iu-

iudiciaria pęna dignus sit, est quia ea puniri posse in iure prohibetur, prout patet ex lege *infans, ff. ad l. Corneliam, de Sicar.* & ex Clementina *si furiosus, de homicidio*; tum quia pœna correspondet culpę, & est mensura delicti *l. Sancimus, 22. ff. de pœnis, & capitulo Felicis, §. illud autem, de pœnis, in 6.* & sequitur Crauetta *cons. 45. num. 15.* D. Thoma *2. 2. q. 108. art. 4. & 1. 2. q. 87. art. 7. & 8.* Sed puer ante septennium vsu rationis caret, & qui vsu rationis caret, nullius culpę capax est, fit quod si in ea ætate puer delinquat nō peccet, & consequenter nulla pœna dignus sit, & alioqui Iudices, delicta, non verò ea, quæ non sunt delicta, vt sunt huiusmodi puerorum errata punire debent, & possunt; Et ex his patet quid etiam dicendum de perpetuò amentibus, vel de amentibus pro illo tempore, quo delinquunt, eadem ratione, ac de pueris vsu rationis carentibus dictum est. *Fagundez tom. 2. in decal. lib. 8. cap. 50. num. 13. cum Gomez, Claro, Carrerio, &c. Molin. tract. 3. de iust. disp. 38. num. 3. Layman. lib. 1. tract. 4. cap. 10. num. 2.*

Crauet.
D. Thom.

Fagund.
Gomez.
Clar.
Carrer.
Molin.
Laym.

Respondeo ad Secundum, talem præfata etiam ratione in Responsione ad Primum mox assignata, nulla ordinaria, nec arbitraria Iudicis pœna dignum esse, sed solum à suis parentibus in memoriam delicti, nè amplius illud committat esse verberibus afficiendum, quia in iure, talis puer reputatur vsum rationis non habere, prout patet ex §. *pupillus, Instit. de inutilibus stipulat.* ibi, *nam infans, et infantiæ proximus non multum à furioso distat; quia huiusmodi ætatis pupilli nullum habent intellectum*; patet etiam ex §. *penu. Instit. de obligat. quæ ex delictis*, & ex lege *pupillum, ff. de reg. iuris*; ergo sicut in Responsione ad Primum

dictum

dictum est, vsu rationis carentes, si delinquant, nulla iudiciaria pœna dignos esse, per hoc scilicet, quia vsu rationis carent, ita etiam, quia tales in iure, vsu rationis carere reputantur, fit quod quando in dicta ætate delinquũt, nulla iudiciaria pœna, nec arbitraria Iudicis plecti queant; tunc autem pueri infantes sunt, cum sunt septem annorum, tunc enim infantes nominantur, & ita etiam fœminæ in hac ætate infantes sunt; à septem autem annis vsque ad decem cum dimidio, dicitur vir infantię proximus (vt loquitur textus) ideſt nõ multũ ab infãtia elõgatus; fœmina verò talis nominatur à septennio, vsque ad

Fagundez. nouennium cum dimidio. *Fagund. cit. num.* 14.

Respondeo ad tertium eos, qui in simili ætate delinquũt esse iudiciaria pœna plectendos, id est posse per Iudicem puniri, sed non ordinaria pœna pro delicto commisso in iure statuta, sed arbitraria Iudicis, ordinaria pœna longè mitiori eorum naturę accommodata; in hac enim ætate puer dicitur pubertati proximus, & in decimo quarto anno dicitur puber, & fœmina à nouem annis cum dimidio vsque ad duodecimum, dicitur pubertati proxima, & in duodecimo anno dicitur puber; puberes autem, & pubertati proximi cum delinquũt, nõ ordinaria, sed arbitraria Iudicis pœna, ordinaria lõgè mitiori præfatorum naturæ, & conditioni accommodata puniendi sunt, & hoc etiam si grauiter deliquerint, vt si agatur de homicidio, furto, periurio, &c. Et ex his patet quid dicendum etiam de fœminis, cum in hac

Iul. Clar. ætate delinquũt. *Iulius Clarus lib.* 5. *sent.* §. *vlt. q.* 60.
Gomez. *num.* 2. *&* 3. *Gomez. tom.* 3. *variar. cap.* 1. *num.* 58. 62.
Fagund. *&* 63. *Fagund. cit. num.* 16. *&* 25.

Respondeo ad quartum, in huiusmodi ætate cõstitutum non ordinaria pœna pro delicto ab eo cõmisso, sed tantum arbitraria mitiori puniri posse, ac deberi fatetur Sebastianus Guazzinus cũ aliis apud ipsum *tom. 2. defens. 33. cap.* 17. *num.* 1. & hoc etiam in grauissimis delictis, vt in furto, sacrilegio, periurio, abortu, homicidio, parricidio, falsa moneta, &c. Verum in hoc negotio locorum Praxim seruandam esse puto, alicubi enim minores, id est vigesimum quintum annum non completum habentes, in grauibus delictis, puta homicidio, stupro Monialis, & aliis his similibus, ordinaria, & non arbitraria mitiori legis pœna puniti fuere; Nam refert Molina *tom.* 4. *de iust. tract.* 3. *disp.* 36. *num* 6. *anno* 1597. quẽdam minorem viginti quinque annis in Ciuitate Conchensi, ob delictum qualificatum punitum fuisse ordinaria, & non arbitraria, ac mitiori legis pœna. Itẽ Afflictus in Constitutione Regni Neapolitani *lib.* 2. *rubrica*, 38. *de rest. minorum, Constit. minor. sub nu.* 14. in hoc Regno Neapolis prouisum esse fatetur, minorem cum decimum octauum annũ excedit, & delinquit, ordinaria legis pęna, & si pęna mortis sit, plectendum esse; Præterea Vincentius de Frãchis in suis Decisionibus *Decis.* 230. *num.* 4. fatetur, in delictis atrocioribus minores 17. annum excedentes, ordinaria legis pęna etiam capitis in Ciuitate Neapolis puniri, ibiquè sub die 26. Octobris 1558. editam fuisse Pragmaticam sub titulo *de minori*, vt Iudex non necessariò teneatur minuere ordinariam legis pęnam minoribus cum delinquunt, sed id suo arbitrio, considerata delicti qualitate, reiteratione, aliisquè circũstantiis remittitur. Et in Ciuitate Ferrarię,

Guazzin.

Molin.

Afflict.

Vincen. de Franchis.

mi-

minores à 18. anno vltra, & nō citra ordinaria legis
Riminald. pœna puniuntur. Sic *Rim. iu. in conf.* 135. Item etiam
Socin. statutū esse in Ciuitate, & Statu Lucēsi, refert Soci-
nus *conf.* 157. *sub num.* 12. & in Statu Mediolanensi,
Boss. refert Bossius *tit. de Confess. sub num.* 69. & in Statu
Pet. Cabal. Florentiæ, Petrus Caballus *casu* 134. *nu.* 11. In His-
pania autem seruatur, quod si minor attigerit de-
cimum septimum annū, & delinquat, arbitraria, &
non ordinaria, etiam si alias ordinaria legis pęna,
mortis esset, puniatur; si verò 17. annum exce-
dat, in potestate Iudicis est id facere, non verò ad
Gomez. hoc tenetur, prout refert Gomez de delict. *c.* 1. *sub*
Pij IV. *n.* 63. Et tandē in statu Ecclesiastico p Bullā Pij IV.
statutum est, minorem post decimum quartum an-
num, si delictum mortis pęna dignum committat,
illa, & non arbitraria Iudicis pęna puniendum esse,
Cabal. prout testatur Cabal. *casu* 134. *num.* 12. *Hondedus*
Honded. *conf.* 99. *num.* 48. licet nonnulli teneant, hanc Bullā
solum procedere, cum minor proprijs manibus, &
non auxilium, & fauorem tantum in delictis præstā-
do delinquit, nec procedere in non bannitis.

Quare in hoc facto, cum minor. s. delinquit, locorū Praxis, vt sup. diximus, inspiciēda est, illaq; obseruā-da; Praxis. n. & consuetudo legitimè introducta vim legis habet. *capitulo cum contingat, de foro competenti, capitulo duo sunt, de officio ordinar. capitulo cū dilectus, de consuetudine, l. de quibus, ff. de legibus,* §. *ex non scripto*, quando autem quis secundum legem punitur, iuridicè punitur; proindeq; Iudex sic Reum puniens, nulla culpa infici dici potest.

Quod si quæras quid in hoc de iure cōmuni dicē-dum, certè de iure cōmuni. s. ex *l. auxiliū*, §. *in delict.*

ff. de

ff.de minoribus, minoribus 25.annis in ordinarijs delictis minuenda est ordinaria legis pęna delicto correspondens, in atrocioribus verò, si minores non multũ à 14.anno cõpleto distent (à quo incipiũt, & in 25.cõpleto desinũt esse minores) sic ẽt cũ eis obseruandum, secus si 18.annũ excedant, patet, idq; etiam clarè ex dictæ legis verbis colligitur, huiusq; iuris communis dispositio, vbi non esset praxis in punitione minorum seruari deberet, præter quam quoad recidiuos in atrocia præsertim delicta; nam qui aliquo suo fauore, seu priuilegio abutitur, illo priuari meretur. *capitulo vbi*, 74. *dist. cap. priuilegium*, 11. *q*. 3. *cap. contingit*, 2. *de sententia excommunic.* ergo minores, dum abuterentur hac legis æquitate cum iis seruanda, illa priuari deberent, & cum eis amplius seruanda non esset.

Vnum tamen in hoc aduertendum, quod si quis aliquod delictum committat in ea ætate, in qua non ordinaria legis pęna ex supra assertis puniri debet, sed solum Iudicis arbitraria, illa longè mitiori, non potest postea cum ad ætatem peruenerit, in qua vt ordinaria legis pęna puniatur habilis effectus est, illa plecti, sed solũ arbitraria, ordinaria mitiori puniẽdus est, nam in pęnis infligendis, tempus delicti attendi debet, ita tamen, vt si qui errauerit, cum errauit ex legis dispositione nulla pęna dignus erat, postea (eo tempore transacto) debitaquè superueniente ætate, in qua pęnam delicto commisso debitam sufferre potest, ei talis pęna, vel alia mitior Iudicis arbitraria infligenda non est. *Couar. in Clementina si furiosus, par. 3. fine, num. 5. Iulius Clarus lib. 5. sententiarũ. §. vlt. q. 60. n. 5. Fagund. in decal. lib. 8. c. 50. n. 29.* Couar. Iul. Clar. Fagund.

Respondeo ad quintum, huiusmodi ætatis homines nulli dubium esse (præcisis tamen circumstãtiis aggrauantibus, vel delictum minuentibus) dèbere, & absque vllo peccato, ordinaria legis pęna delictis ab ipsis commissis debita, etiam si pęna, mortis pęna sit puniri posse. Quod si quæras, an quis iustiusmodi ætatis, si post delictum, & condemnationem in amentiam incidat, possit contra illum sententia exequi, id negat Molina mox adducendus, fateturquè non posse, nisi pęna pecuniaria puniri, non verò posse suspendi, vel decollari, si fortè ad has, vel ad alias pęnas corporales condemnatus fuisset. *Molin. citatus in Responsione ad primum, num.4.*

Molin.

Dub. 24. An Iudex, si incidat in aliquod crimen, per quod in iure pœna priuationis sui officii lata sit, absque peccato Iudicis munus exercere queat.

Respondeo negatiuè, si in lege pœnam priuationis officii imponente dicatur, *qui hoc, vel illud fecerit, pœnam priuationis officij ipso facto, absque alia declaratione incurrat*, vel si dicatur, *ipso facto in conscientia suo officio priuatus existat*, quia talis Iudex, dum in conscientia suo officio priuatus esset, & ex dictis verbis legis secundum Legislatoris intentionem nihil aliud requireretur, vt officium deponeret, perinde se haberet, ac si officium Iudicis absque debita auctoritate exerceret, & consequenter se haberet vti non Iudex, sed si non esset Iudex, mortaliter peccaret officium Iudicis exercendo, quandoquidem in re graui officium alterius, scilicet illius, ad quem iudicare, vel Iudicem deputare spectaret, sibi vsurparet, illiquè per hoc grauem iniuriam inferret, ergo etiam in hoc casu mortaliter peccaret, dum in con-

scientia

scientia Iudicis officio priuatus esset, illudquè secūdùm Legislatoris intentionem, & legis verba, alio non expectato, deponere deberet; & nihilominus in illo persisteret.

Et quidem singulis vicibus, in quibus iurisdictionis actus exerceret, toties in mortale incideret; est enim grauis materia, alterius iurisdictionē sibi vsurpare; ideòq; quoties talis Iudex suo munere priuatus iurisdictionē exerceret, toties in re graui delinqueret, & lethali labe fœdaretur; acta verò essent valida, si huiusmodi priuationis incursus esset occultus, quia talis ex communi errore haberetur pro verò Iudice; vbi autem adest communis error, & titulus coloratus, Ecclesia ad bonum commune iurisdictionem supplet, ex lege *Barbarius, ff. de officio Prætoris*; & ideò cum officium Iudicis cum vera iurisdictione exerceret, acta valida essent; sed hoc non facit, quin ipse quoties actus iurisdictionis faceret, toties mortaliter peccaret, quia non per hoc, quod Ecclesia, posita ipsius ostinatione non renunciandi suo muneri, & voluntate determinata vsurpandi sibi talē munus, in eo veram iurisdictionem suppleat, adhuc ipse non verè alienam iurisdictionē sibi vsurpare, quod ad peccatum constituēdum sufficit, non dicitur. *Sayr. in claui Regia, lib. 3. cap. 9. nu. 30. & 35. Valentia 1.2. disp. 7. q. 5. punct. 6. quæstiūcula 4. fine.* Bonac. *de legibus, disp. 1. q. 1. punct. 7. §. 2. nu. 16. fine. Rodriq. in explicat. motus proprij Pij V. nu 89.* Sayr. Valentia. Bonacina. Rodriq.

Dub. 25. An si in lege pœnam priuationis officii imponente dicatur solum, *qui hoc, vel illud egerit, ipso facto*, sed non addendo, *in conscientia, absque alia declaratione, &c.* prout dubio præcedenti exem-

plificatum fuit, pœnam priuationis officii incurrat; Iudex, qui tali lege contraiuit, suum officium exercendo, illudquè nõ deponendo, mortaliter peccet.

Respondeo negatiuè, tunc enim Doctores volũt, quod præcisis pœnis, secum eorum executionem ferentibus, vt sunt censuræ, irregularitates, &c. aliæ pœnæ, quæ actionem hominis executiuã requirunt, vt sunt priuationes officiorum, &c. minimè incurrãtur, nisi post Iudicis sententiam declaratoriam, quoties ex verbis legis non constat, Legislatorem voluisse eas in hoc, vel illo casu absque sententia Iudicis declaratoria incurri (vt accideret in hoc casu) præcepta enim, & leges præsertim positiuæ debent esse humanæ conditioni quantum fieri potest accommodatæ, vt iugum Christi (vt ipse asserit) Matthęi 11. vers. 30. ac proinde Superiorum, qui à Deo habent, vt leges condant, & præcepta edant, (vt patet ex illo Prouerb. 8. vers. 15. *Per me Reges regnat, &c.* & ex capitulo *erit autem lex, dist. 4.* & capitulo *alligãt, 26. q. 7.* suaue sit, etenim duriusculum videtur humanæ conditioni, quod bonum, quod quis possidet, si illius priuationem ex transgressione alicuius legis incurrat, à se abdicare debeat, & ex se ipso contra se ipsum talem pœnam exequi, non expectata Iudicis sententia executiua teneatur; ergo nisi aliqua vrgenti causa (ad bonum commune pertinente) Superior, seu Legislator iudicet aliquam pęnam priuatiuam in sua lege contentam à talis legis transgressore ipso facto non expectata Iudicis sentẽtia incurri debere, quod colligitur ex illis verbis in lege appositis supra adductis, nimirum, *ipso facto, absque alia declaratione incurratur*, *ipso facto in*

Matth. 11. vers. 30.

Prouer. 8. vers. 15.

con-

conscientia contrahatur, &c. semper de mente Legislatoris supponi debet, legem, talem pęnam continentem, secum ipsius executionē non ferentem, vt sunt censurę, & irregularitates, &c. esse quantum fieri potest conditioni humanæ accommodatam, atque adeò etiam si in lege dicatur, pęnam illi annexam ipso facto incurri, realiter non contrahi, nisi post Iudicis sententiam declaratoriam, & non nisi accedēte actione Iudicis executiua, inflictiua scilicet talis pęnæ priuatiuæ; ergo cum in lege priuationem officii continente post verbum, *ipso facto*, non subiunguntur illa verba, *absque alia declaratione*, vel *in conscientia, &c.* potest Iudex, aliusquè talis legis transgressor suum munus tuta conscientia retinere, & exercere, vsque dum per actionem Iudicis dictę pęnæ executiuam, id est per sententiam Iudicis declaratoriam suo munere priuetur, nec ante eiusmodi sententiam à se suum officium abdicare, & renunciare tenetur. *Riccius in collectaneis, collect.* 303. *Misingerius cent.* 2. *obseru.* 43. *Gramm. decis.* 15. *nu.* 8. *Vasquez* 1. 2. *disp.* 170. *cap.* 3. *Suar. lib.* 5. *de legib. cap.* 8 *nu.* 5. *Nauar. in summa, cap.* 23. *nu.* 66. *Filiuc. tom.* 2. *tract.* 21. *cap. vlt. num.* 423.

Ric. Misinger. Grammat. Vasq. Suar. Nauar. Filiuc.

An autem quando ad incurrendam pęnam requiritur sententia Iudicis declaratoria, ad talem sententiam declaratoriam faciendam, & pęnam exequendam necessaria sit Rei citatio, id asserit Clarus, Farinacius, & Tuscus mox citādi, etenim talis declaratio est actus iudicij, seu sentētia super pęnæ incursū lata; iudicium autem, seu sentētia, sine delinquētis citatione fieri non potest, alias ferretur sententia inaudita parte, quod non admittitur, quia hoc modo

accidere posset, vt condemnaretur innocens, quod à iure prohibitum esse nulli dubium est; tum quia Reus antequam cōdemnetur, de iure audiri debet, prout patet ex capitulo *suscepti, de caus. possess.* nisi fortè factum, ob quod pęna incurritur notorium esset, & periculum esset in mora, vt limitant alii Doctores infra citandi, ita vt nulla tergiuersatione Reus iustificari posset; quia tunc finis citationis cessaret, qui esset ad hoc, vt Reus in sui fauorē aliquid à delicto, ac proinde à pęna contra illum in iure lata iustè excusans adducere posset, si fortè tale quid pro se haberet, sicquè Iudex Rei citationem ante sententiam declaratoriam præmittēdo, vitaret periculum condemnandi innocentem, quod subiret in casu quo delictum non esset notorium, nisi illum ante sententiam citaret. *Farin. 2. par. fragment. vbi de lege, num. 167. Clarus in praxi, §. fin. q. 3 . num. 3. vers. Item adde, Card. Tuscus, verbo declaratio, conclus. 98 nu. 62. Felin. in cap. 2. de sponsal. num. 4. & in cap. Rodulphus, num. 43. de rescript.*

Farinac. Clar. Cardin. Tuscus. Felin.

Dub. 26. In quo quæritur Primò, An Iudex tuta conscientia possit quidquam ab aliquo recipere, vt citius ipsius causam expediat, quàm aliam. Secūdo, An cum res est sub opinione, ita vt possit Iudex sine peccati scrupulo ferre sententiam pro, & contra, idest in fauorem vnius partis litigantis, & contra illam, an inquam in hoc casu possit Iudex licitè retinere, quod sibi ab altera ex partibus litigātibus datur, vt dum ipse liber est in ferenda sententia in fauorem illius partis, quam maluerit, in ipsius fauorē sententiam ferat.

Respondeo ad Primum negatiuè, si causa, quam

Iu-

Iudex alterius causæ expeditioni postponit digna sit, quæ prius quam illa expediatur, vt quia v.g. prius illa agi cæpta sit, & alioqui in terminis sit, nihil prorsus deficiente ex parte partis, vt à Iudice terminetur, sed id agendo mortaliter peccat, quia expeditio causę est actus iustitiæ, ergo cum Iudex positus sit ad iustitiam alijs administrandam, & pars litigãs hanc iustitiam ab eo petat, vt sibi causam, quæ in terminis est vt expediatur, expediat, & Iudex quoad hoc impeditus non existat, vt supponimus, illi grauem iniuriam infert, hunc actum iustitiæ in re graui ei denegando, & illius causæ expeditionem alterius caussis posterioribus postponendo, cum illi prius hæc iustitia administrari deberet, quam aliis, qui sunt in causarũ tractatione posteriores; qui enim prior est tempore, potior est iure. *l. potior, in princip. ff. qui potiores in pignore, & capitulo qui prior, 54. de reg. iuris, in 6.* qui textus hoc probat etiam si causa posterius cæpta, grauior sit illa, quæ primo agi cæpta est, & etiam si vtraque, vt in terminis expediatur, constituta inueniatur; Et quia ex voluntaria dilatione, seu non expeditione causæ, damna parti euenire solent, & talis omissio (vt probatum est) est actus iniustitiæ, & damna, quæ alteri eueniunt per alterius actionem, vel omissionem contra iustitiam (vt in casu nostro) is qui hanc iniustitiam committit resarcire tenetur, ideò ad hæc etiam partis damna Iudex cõpensãda astringitur, immo si ab eo, cuius causam prius expedire Iudex deberet, aliquid hoc fine, quod non gratis, & liberaliter ei daretur acciperet, mortaliter peccaret, cum pretio venderet, quod inuendibile est, scilicet actum iustitiæ,

qui

qui gratis (præcisis tamen ordinariis emolumentis pro sententia, actis, &c. quæ in ministrorum, & officialium sustentationem cedunt, eisquè debentur) administrari debet, & quidem acceptum sub veniali si leue, sub mortali si notabile foret, danti restituēdum esset, peccaretq; Iudex mortaliter; etiam si id, quod hoc fine acciperet leue esset, ratione scilicet scandali, ex eo quia qui id scirent, vix sibi suadere possent, Iudicem in hoc, & si leue acceperit, grauiter non peccasse, & nummorum amore corruptum, ad iniustitias faciendas expositum esse; si verò causæ expediendæ ambæ simul agitari cæptæ sint, & ambę expeditionis dilationem minimè patiantur, & ambę in terminis sint, vt expediantur; an inquam Iudex possit tuta conscientia aliquid accipere absque onere restituendi acceptum danti, ad finem prius vnam causam expediendi, quam aliam, patebit ex mox dicendis in Resp. ad Secundum. *Layman. lib. 3, sect. 5. tract. 4. cap. 4. num. 9. vers. deinde. fine.*

Layman.

Respondent ad Secundum infrascripti Doctores affirmatiuè (præcisa circumstantia scandali) & lege prohibente, nè id fiat; nam posito quod Iudex liber sit propter opinionum probabilitatem ad ferēdam vel non ferendam sententiam pro, & contra vnam vel alteram partem litigantem (de quo, an verum sit, & quid in tali casu Iudex facere debeat, vide supra Dubio 6.) & ex iustitia, posita hinc inde opinionum probabilitate, non teneatur ferre sententiam determinatè in fauorem huius partis in indiuiduo consequenter magnus Iudicis fauor existimatur quod dum Iudex liber est ad ferendam sententiam contra hanc partem litigantem, determinetur ad il-

lam

lam ferendam in illius fauorem;fauor autem in re notabili,seu magni momenti adhibitus, est pretio æstimabilis,& tuta conscientia aliquid,quod pro eo obtinẽdo datur,retineri potest, & consequenter ita ẽt in hoc casu in facto Iudicis dicendũ esse aiũt; sed quia asserũt id fieri posse,legibus ꝓhiberi, & in hoc negotio scandalum à Iudice dari (& quidẽ magnũ) quod vix apud homines cohonestari potest,qui cõmuniter apprehenderẽt, sententiam contra partem aduersam latam,non iustè,sed iniustè, pretio mediãte,latam fuisse;ideò Iudices, ratione scandali, vel periculi præbendi scandalum, si id sciatur, ab hoc abstinere quam maximè debent, sed si quid ob hoc recipiant, quia ratione adducta id iustè accipiũt, ad restitutionem eos non teneri fatentur.*Lessius to.1. de iustitia,lib.2.c.14.dub.9.nu.64. Salon.2.2.q.62.art.4. controuers.2.Valent.2.2.q.63.art.4.disp.5.q.7.puncto 4.Dian.3.p.tract.5.resolut.55.vers.licet.* Lessius. Salon. Valent. Diana.

Dub.27.An supremus Princeps possit absq; peccato pro suo libito (cõsideratis omnibus circũstantijs) pœnas delictis debitas huic, vel illi Reo remittere.

Respondeo negatiuè, sed mortaliter peccare, si remittat ex toto pœnam ob graue delictum infligẽdam,quia iure naturæ,& etiam diuino, ex adductis supra Dubio 23.in Responsione ad Primum, & patet etiam ex illo Deuteronomii 13. & 19. ferè per totum,pœna debetur culpæ, sed supremus Princeps nõ est supra ius naturæ,nec diuinum,cum sit respectu harum legum inferior,& inferior non est supra legem superioris.*capitulo cum inferior,de maioritate,& obedientia, l.formam, C.de off.Praefect.Prator*; ergo si Deuteron. 13.& 19.

ſupremus Princeps id agat, facit in re graui contra ius naturale,& diuinum, & ſic mortaliter peccat; & licet ex lege *Nulla iuris ratio,ff.de legibus,* Iuriſcõſulti fateantur poſſe Legislatorem, & ſupremum Principem pœnas Reis debitas illis licitè remittere, id tamen intelligitur,ſi id agat ex cauſa iuſta, & rationabili,in ſenſu,vel alio ſimili,mox infra explicando; Fatetur tamen Sanctus Thomas infra citandus, ſupremos Principes,non verò Iudices inferiores poſſe remittere Reis pœnas illis debitas, ſi ille qui ab aliquo iniuriam paſſus eſt eam remittere velit,ſi hoc publicæ vtilitati viderint, penſatis circumſtãtiis, nõ eſſe nocumento. Quare id,quod dictum eſt ſupra, nimirum quod non poſſunt abſque lethali culpa Supremi Principes remittere Reis pœnas, niſi,vt dicemus infra,cõcurrente aliqua maiori Reipublicę vtilitate, intelligitur,cum delictum cõtra communitatem commiſſum eſt,vel cum delictum contra aliquã perſonam particularem patratur,& non adeſt remiſſio partis,& delictum eſt atrox, ita vt adhuc bonum publicum læderetur,ſi ſtante partis remiſſione Reus minimè puniretur. *Merol.de legibus,diſp.*4.*c.*5.*n.*141. *verſ.Cæterum,& num.*142.*Suar.lib.*5.*de legibus*, *cap.*11.*num.*8.*D.Thom.*2.2.*q.*67.*art.*4,*in corpore. Fagundez in Decal.tom.*2.*lib.*8.*cap.*25.*num.*11.

Merol. Suar. D. Thom. Palud.

Dub.28. An ſupremus Princeps poſſit grauem pœnam ſine peccato Reo remittere ob aliquẽ bonum finem,maius bonum commune concernẽtem, quam concernat delicti punitio.

*R*eſpõdeo affirmatiuè,quia tunc non ageret cõtra ius naturæ non puniendo delicta, ſed illi cõformaretur;cum ius naturæ præcipiat ſeruari bonum

com-

commune, & vnam rem minus vtilem bono communi, postponi rei maiorem vtilitatem illi afferenti. Quapropter, si maiorem vtilitatem afferat communitati remittere grauem pœnam alicui homini facinoroso ad hoc, vt ille maiorem vtilitatem Reipublicæ afferat, quã illa sui ipsius punitio ei afferret, vt esset mortem condonare alicui Bannito, vt is postea, sua industria, mediante guidatico, & facultate ad id ei data, plures homines facinorosos etiam Bannitos de medio tolleret; tunc id licitè Princeps, & absque vllo prorsus peccato facere quiret, quia dum est cõstitutus ad Reipublicæ gubernium, est constitutus ad procurandam semper maiorem Reipublicæ vtilitatem, & ad maiorem, minori præferendam, vt accideret, si is non absolutè aliquã graue pœnã alicui Reo remitteret, sed ad aliquod aliud maius Reipublicæ bonũ consequẽdũ, vt in dicto casu id pstaret.

Quod dictum est de supremo Principe in ordine ad posse absque vlla culpa remittere aliquam grauẽ pœnam alicui Reo ad honestum finem, prout supra explicatum est, dicendum etiã de Proregibus, aliisquè Regum, aliarumquè potestatũ, seu Rerũpublicarum substitutis, qui leges municipales edere queunt; hi enim vti Legislatores habentur, & consequẽter ratione proprii muneris, quo funguntur possunt totum id, quod ad bonum Regni regimen expedit agere, ẽt si per hoc in legibus dispẽsare oporteat; & sic pro aliquo maiori bono, prout supra, sicut supremus Princeps potest, ita etiam hi aliquam grauem pęnam alicui Reo remittere queunt. *Fagund. dubio præced. citatus, & Merol. etiam ibi citatus, & nu.* 140. *vers. aduertendum. fine, & num.* 142. Fagund. Merol.

Dub. 29. An supremus Princeps possit licitè pęnã Reis debitam, & hic & nunc consideratis circũstantiis eis inferendam leuiter minuere.

Respondeo affirmatiuè, tunc enim mortaliter nõ peccat, nam sufficit, quod per talem diminutionem adhuc pęna grauis remaneat, & proportionetur, & secundum delicti circumstantias correspõdeat culpæ etiam graui; Nec peccat si pęnam grauem etiam mortis in æquiualentem, & grauem permutet, nam licet pęna grauis, vt sic debeatur de iure naturę culpæ graui; tamen talis pęna grauis, quod infligatur, propter talem culpam grauem, est de iure gentium; ius autem gentium, cum sit ius humanum, à supremo Principe immutari potest quomodo vult, & si nullam causam id præstandi habeat, quia qui facit legem, illam tollere potest. *capitulo per venerabilem, qui filij sint legitimi*; Quapropter cum supremus Princeps, seu ius gentium decreuerit, quod ob tale graue delictum infligatur talis pęna grauis, hanc legem humanam supremus Princeps, vel pro semper, vel ad tempus, vel in vno solum delinquente tollere potest, & facere, vt pro tali graui delicto non prior pęna grauis incutiatur, sed alia, vel alia etiam pęna grauis, prout ei placuerit, etiam si nullam prorsus causam id agendi habeat. *Merol. dubio 17. tit. num.* 41.

Merol.

Dub. 30. An id quod dubio 28. dictum fuit, nimirum quod concurrẽte aliqua ratione boni communis, bono quod cõmunitati ex Rei punitione resultaret præpõderante, supremus Princeps possit pęnã Reo debitã illi remittere, id ẽt hac eadẽ ratione alii Iudices inferiores præstare sine peccato valeant.

Re-

Respondeo negatiuè, hi enim sine speciali supremi Principis, vel eorum, à quibus in eorum munere instituti fuerunt delegatione, seu præcepto præstare non possunt, vt sunt Præsides Prouinciarum, Ciuitatum, vel alicuius status, qui leges municipales condere nequeunt, vt sunt in hoc Regno Neapolis Præses Montis Fusculi, idest Prouinciæ Principatus Vltra, Præses Salerni, idest Prouinciæ Principatus Citra, &c. & his similes; nam isti cum leges municipales edere non valeant, consequenter non censentur habere dominium altum super ditionē, seu Prouinciam, quam gubernant, itaut absque alterius dependentia possint facere quidquid pro bono communi expedire iudicauerint, etiam si in legibus dispēsare necesse fuerit, sed eis Prouinciæ gubernatio cum restrictione commissa censetur, nimirum, vt de rebus arduis, in quibus præsertim legum dispositionem tangere oportet, etiam si quod facturi sint bonum commune concernat, nihil agant absque eo quod Regni Proregem, vel quoad alios huiusmodi officiales, suum supremum Superiorem, per quem in tali munere constituti fuere certiorem reddant, & ab illo debitam facultatem id præstandi obtineant. Quare etiam si ad bonum commune spectet remittere ex toto aliquam grauem pœnam alicui Reo, vt maius Reipublicæ bonum inde eueniat, vt in exemplo supra Dubio 28. de bannito allato dictum est, tamen præfati Prouinciarum Gubernatores id præstare non possunt ratione adducta, nisi prius de hoc certiorem Regni Proregem reddant, vt in nostro Regno est Neapolis Prorex; nisi fortè in specie in commissione eis facta, à principio ab eodem Pro-

rege,

rege, vel eorũ ſupremo Superiore, à quo in eiuſmodi officio conſtituti fuere, facultas hæc id faciendi data ſit; Verum tales Prouinciarum Præſides abſq; vllo lethalis culpæ ſcrupulo ex ſe, etiam in caſibus, in quibus de iure pœnam minui non conceditur, poſſunt graues pœnas Reis debitas parum minuere abſque eo quod mortaliter peccent, ita vt pœnæ graues, adhuc graues remaneant, excepta tamen pœna mortis, quæ indiuiſibilis eſt; licet in hoc, eos venialiter peccare negari non poſſit, aberrando ſcilicet in re leui à diſpoſitione, & pſcripto iuris quoad pœnas infligendas, cui quoad omnia vti inferiores ipſi ſubduntur; An autem dentur caſus, in quibus Iudex poſſit Reorum pœnas citra peccatum diminuere, vel augere dicemus Dub. 32. *Merol. dub. 27.*

Merol. *cit. num. 140. verſ. aduertendum. fine.*

Dub. 31. An id quod ſupra Dubio præcedenti de inferioribus Iudicibus dictum eſt, nimirũ quod non poſſint remittere, vel minuere pęnas Reis delinquẽtibus, dicendum etiam de Baronibus in cauſis ſuorum vaſallorũ, quãdo eorũ punitio ad ipſos ſpectat.

Reſpondeo affirmatiuè, qui tamen in cauſis, in quibus de iure Rei pęna pecuniaria plecti poſſunt, nec ipſi hanc eis pęnam condonare queunt, ſi delictum graue ſit, cum hoc eſſet delictum impunitum prætermittere, benè tamen poſſunt abſque lethalis peccati reatu pęnam pecuniariam aliqualiter diminuere, vel poſt acceptam pecuniam, quæ eis cederet, illam Reis donare, cum vnusquiſque ſit rei ſuæ moderator, & arbitrer. *l. in re mandata, C. mandati,* vel illam in aliã rem, quæ pecuniis comparetur, vel pecuniis compenſari poſſet permutare

Dub.32.In quo quæritur Primo, An detur casus, in quibus de iure Iudex licitè possit minuere,& delictorum pęnas augere. Secundo posito quod pęna, cum fit sententia non augeatur, vel minuatur, possit post latam sententiam à Iudice, qui sententiam tulit minui, vel augeri.

Respondeo ad Primum affirmatiuè, & quidem tunc poena delicti augeri potest, cum propter circũstantias illi annexas grauissimum, & atrox redditur; tunc enim Iudex potest tuta conscientia augere pęnam pro tali delicto nudè sumpto præscriptam; hoc colligitur ex lege *quid ergo, §. pęna, ff. de his qui not. infam. vbi glos. verb. oneresset id notat, & ex capitulo fin. §. vltim. de cland. de spons.* ibi, *grauius puniẽdus*; etenim quando lex præscribit ordinariam pœnam pro hoc, vel illo delicto si committatur, intelligitur, si committatur Ordinario, & communi modo, quo committi solet, non quod si atrociori modo patretur, atrociori etiam pęna puniri non debeat; licet Sanchez mox citandus id fieri posse tantum concedat, cum pęna determinata in lege est imponenda, non verò cum in lege ipso facto pro hoc, vel illo delicto imponitur; hæc quoad augendam delictorum pœnã, quoad eam verò minuendã, dico ꝙ tunc pęna delicti in iure præscripta absq; culpa minui potest, cum delinquens inhabilis est ad illam tolerandam, vt si Reus triremibus propter suum delictum de iure condemnandus sit, & sit valde senex; tunc enim in eo hæc pęna tuta conscientia minui potest, vel si propter suum delictum quis morte dignus sit, & tamen sit puer, & deliquerit minus perfecto iudicio, vel si quis deliquerit ex vehementi passione, &

minus

minus liberè; nam tunc minori pęna, quam pęna mortis, vel illa in iure contenta hi puniri, licitè & absque culpa queunt,& debent,& sic in his, & alijs etiam similibus casibus pœna in iure pro delictis præscripta minui potest, & hoc ex multis iuribus fieri posse probat Merolla infra citandus; itaque quoad diminuendam,vel augendam Reorum pęnā, cum ex circumstantijs minuenda, vel augenda est, quatuor inspici debent ex capitulo *ex parte, de trāsactionibus*,& *ex glos.ibi,lit.H.*nimirum persona,causa,locus,& tempus,semper tamen æquitate seruata. Diaz. Suar. Couar. Farinac. Sanch. Guazzinus Merol. *Diaz.in sua Practica,in noua editione, cap.* 73.*num.*2. *Suar.lib.*5.*de legibus,cap.*11.*num.*5. *Couar. lib.*2.*variar.cap.*9.*num.*8.*Farin.in praxi.q.*17.*num.*7.*Sanchez de matrim.lib.*3.*disp.* 48. *num.* 2. *Guazzinus de defensionibus Reorum,defens.*33.*cap.*4.*num.*3.*&* 7. *Merol. de legibus,disp.*4.*cap.*5.*num.*140.

Respondent ad Secūdum infrascripti Doctores, hoc fieri non posse à Iudice post sententiam latam; quādoquidem,ea lata,Iudex functus ex officio suo, sed solum ante sententiam latam id fieri posse; Hi sunt Farinacius, & Couarruuias supra citati.Merolla quoque citatus Merol. *num.*137.*&* 140.idquè probant ex glossa *in l.quid ergo,§.pœna, verbo onerasset, ff. de his,qui not.infam.*excipiunt tamen causam hæresis, in qua pęna ante, & post latam sententiam minui potest,vt habetur ex capitulo *vt commissi, §.vltim. de hæreticis,in 6.* Addunt verò nonnulli, quod pęnæ diminutio ob prædictas legitimas causas facienda, fieri non possit,nisi à Iudicibus, qui sunt de maioribus magistratibus,vt sūt Præsules,Prætores, Iudex delegatus Principis,&c.non verò à Iudicibus infe-

rio-

rioribus id fieri posse, quales sunt Assessores. Hi sũt Iulius Clarus *lib.5.sententiarum,§.final.q.85*. Menochius *de arbitr.lib.1.q.96.num.18*. Farinacius *cit.nu.67*. Fagundez *in decal.tom.2.lib.8.cap.25.num.13*. Iul.Clar. Menoch. Farinac. Fagundez.

P.D.Laurentius Cutillus.

De Casibus reseruatis.

PRACTICA III.

DVb.1. An Confessarius absoluens Pœnitentẽ à casu Papæ reseruato, intelligatur absoluere etiam à reseruatione Episcopi, si idem casus erit alia via etiam Episcopo reseruatus: An potius indigeat talia Episcopi licentia.

Respondetur, Non indigere alia Episcopi licentia; cum ablato maiori ligamine, non remaneat aliud minus; Et qui potest in maiori, potest à fortiori, & in minori. *Nauar.cap.27.nu.254. Tolet. lib.3.cap.14.nu.2.vers.sequitur secundo*, & alij. v. g. hic Neapoli reseruatur percussio Clerici: si quis ex priuilegio, vel ex speciali mandato Pontificis absolueret à tali cẽsura percussionis, non remaneret alia reseruatio Episcopi. Et sic de singulis. Ita etiam. *Em. Sà verbo casus reseruatus, nu.3*. Nauar. Tolet. Eman.Sà.

Ex dictis à fortiori sequitur: Quòd confessarius absoluens pœnitentem (laborantem inuincibili ignorantia) ab excommunicatione Episcopo reseruata, non remanet in eodem casu alia reseruatio

eidemmet Epispopo, vt ex prædictis Doctoribus patet.

Dubium 2. An casus dubius præsumatur reseruatus.

Respondeo, qui dubitat per modum scrupuli absque alio fundamento, siuè sit dubium iuris, siuè facti etiam si agatur de censura aliqua, potest à quolibet Confessario absolui, qui verò dubitat esse latam aliquam legem reseruantem aliquod peccatum, si adhibita sufficienti diligentia, adhuc in tali dubio perseuerat, tunc Confessarius practicè deponat dubium, & absoluat, quia in tali casu non præsumitur reseruatio; & ratio est, quia conditio possidentis stat pro Confessario dubitante se facultatem habere ad absolutionem peccatorum impẽdendam, & hoc dubium dicitur, dubium iuris. Ita *Bonac. de pœnit. disp. 5. quæst. 7. punct. 5. §. 4. num. 1.*

Bonac.

Dub. 3. An si casus dubius sit circa dubium facti, possit à quolibet approbato Confessario absolui.

Pro cuius intelligentia dico, quòd dubium in aliquo facto dicitur, v. g. quando pęnitens dubitat se aliquem occidisse (homicidium enim aliquibus in locis est reseruatum) vel dubitat se compleuisse peccatum incestus, sodomiæ, & similium, quando alicubi reseruantur, quæ constant esse reseruata, si completa, & consũmata fuerint, vel quando dubitat an peccauerit mortaliter circa talem casum reseruatum. His positis

Respondeo, quod quilibet Confessarius approbatus potest absoluere pęnitentem in prædictis, & in similibus dubijs pertinentibus ad reseruationem censurarum, etiam si sint circa reseruationem

cen-

censurarum, nec Confessarius habeat facultatem pro reseruatis, nisi adsit sufficiens pręsumptio in contrarium de reseruatione facti, vel nisi aliter à iure in aliquo casu decernatur. Ita *Suar. de cens. tom.* 5. *disp.* 40. *sect.* 6. *num.* 5. *Sanchez in sum lib.* 1. *cap.* 10. *nu.* 23. *Henriquez lib.* 6. *cap.* 26. *nu.* 7. *Bonac. de pœnit. disp.* 5. *q.* 7. *pun.* 5 §. 4. *nu.* 1. & alij. Suar. Sanch. Henriq. Bonac.

Sed hęc intellige, quod semper Confessarius deponat conscientiam dubiam, & teneat pęnitentem non incurrisse in casum, seù censuram reseruatam, & cum tali formalitate liberè absoluat, nam secus incurret in censuram reseruatam à Clemente VIII. qua cauetur, ne quis audeat, seù præsumat absoluere à casibus clarè, vel dubiè contentis in Bulla Cęnæ Domini, vel alias Summo Pōtifici, vel locorum Ordinarijs reseruatis, vt ex decreto incipiente, *Sacra Congregatio*, sub die 9. Ianuarij 1601. patet. Clem. 8.

Ex quo infertur, eum qui sequitur opinionem probabilem Doctorum sentientium, Confessarium habere iurisdictionem absoluendi à reseruatis, seù priuilegium absoluendi non esse reuocatum (etiam si relinquat probabiliorem) validè absoluere, ac si re ipsa iurisdictionem haberet, ac priuilegium non dum esset reuocatum, etiam si opinio illa probabilis à parte rei fortè non subsistat, sed falsis realiter nitatur fundamentis; nam in tali casu Ecclesia supplet iurisdictionem, sicut eamdem supplet quādo aliquis titulo colorato, & errore communi vulgi habetur pro legitimo Iudice, vel Parocho, quamuis reipsa non sit Iudex, neque Parochus, nam communis error facit ius, *l. Barbarius, ff. de off. Prætoris,*

Lessius. Suar. Regin. Sanch. Henriq. Coninc. Filiuc. Bonacina.

Ita Lessius lib.2.cap.29.dub.7. Suar. disp. 76. sect. 6. Reginaldus lib. 1 .num. 102.& 103. Sanch. lib.3. de matrim. disp.26.nu 6. Henriquez lib.2. cap. 14 num. 3. & 4. Coninc. disp. 8. dub. 3. conclus. 6. num. 22. & dub.6.num.47. Filiucius tract.7.cap.8 q. 10.nu. 227. Bonac.de pœnit.disp.5.q.7.pun.5. §.4 num. 4. & 5. & alij communiter.

Dub. 4. An talis restrictio præfati decreti Clement. VIII. ne Regulares absoluant à casibus dubijs, locorum Ordinarijs reseruatis, intelligatur etiam circa casus dubios suis superioribus reseruatis;& ratio dubitandi est , quia Religiforum Prælati,ordinarij illorum dicuntur(loquor quoad censuram incurrendam.)

Respondeo(saluo meliori iudicio)negatiuè, nam illud decretum emanauit contra Religiosos in fauorem Episcoporum, quorum iurisdictionem aliquando regulares sibi vendicabant, vel ea vti posse putabant, & respectu Religiosorum stricta est facienda interpretatio,quia odia sunt restringenda, vt in *cap.Odia,de reg.iuris, in 6.*Ideo non extenditur ad casus Prælatis Regularium reseruatis. Vide Emanuelem Sà *verbo casus reseru.nu.5.*& alios

Eman. Sà.

Dub. 5. An Confessarius comperiens malè absoluisse pœnitentem à censuris, possit post obtentam facultatem absoluendi, ab illis absentem absoluere.

Respondeo affirmatiuè ; & ratio est, tùm quia absolutio à censuris ferri potest in absentē,& ignorantem, & existentem in mortali peccato: tùm etiā quia,nisi illū absolueret, esset in causa, vt pœnitens priuaretur Ecclesię suffragijs.Ita *Bonac.de pœnitētia,*

Bonac.

disp.

disput.5.quaest.7.puncto 6.num.1.& 2.Suar. disp.32. sect.6.num.2.Nauar.cap.26.num.14. Vasquez quaest. 93.art.3.dub.8.num. 6. Coninc.disp. 8. dub. 17.num. 541.Filiuc.tract.7.cap.12.quaest. 6. num. 370.& alij. Suarez. Nauar. Vasq. Coninc. Filiuc.

Dub 6. An Confessarius comperiens malè absoluisse pœnitentem à peccatis reseruatis, possit illum absentem absoluere.

Respondetur negatiuè, non solum à peccatis reseruatis, verum etiam à non reseruatis; tum quia absolutio Sacramentalis conferri non potest absenti, qui recessit à conspectu Confessarij, tum etiã quia hoc expressè prohibetur sub pœna excommunicationis à Clemente VIII. &in simili casu Confessarius postquam facultatem obtinuerit à Prælato pro tali reseruato, debet cautè admonere pœnitentem de malè impertita absolutione, petendo prius ab illo licentiam loquendi de peccatis in confessione apertis, deindè illũ absoluat, si hoc fieri poterit sine scandalo; secus relinquat illum in bona fide, nã pœnitens constituetur in gratia per aliam confessionem alteri faciendam, per quam ex attrito, fiet contritus, & consequenter nõ patietur aliquod spirituale detrimentum ex absolutione prius inualidè collata. Ita *Nauar.cap.26.nu.14. Angelus verbo Confessio num.14.Coninc.disp.8.dub.17.num.* 143. *Henriq.lib. 4.cap.12.n.5.circa finem, Reginal. lib. 8.nu.* 30. *Suar. disp.32.sect.6. Bonacin de pœnit.disp.5.quaest.7.punct. 6.num.2.3.&.4.Victor.Syluest.* & alij apud Henriq. loco citato. Clem. 8. Nauar. Angel. Coninc. Henriq. Reginald. Suar. Bonac. Victoria. Sylu.

Dub. 7. Si ab Ordinario reseruetur Sodomia, qualis intelligatur reseruta?

Respondetur ex D. Thoma, quod peccatum so-

do-

domiticum propriè accipitur pro concubitu duorum eiusdem speciei, vt maris cum mare, & fęminę, cum fęmina. *D. Thom* 2.2. *quæst.* 154. *artic.* 11. *Caiet. ibidem, Sayr. lib* 8. *cap.* 5. *nu.* 16. *Syluest. verb. luxuria, num.* 1. *Armilla eodem verbo, Lopez* 1. *par. cap.* 73. *de speciebus luxuriæ ante medium, Valentia disp.* 9. *quæst.* 3. *puncto* 3 *fol. mihi* 1811. *col.* 1. *vers. peccatum contra naturam, lit. E. & in cap. vsus,* 32 *quęst.* 7. *Couar. in Epit. in* 4. *Decretal. par.* 2. *cap.* 7. § 5 *num.* 7. & alij.

D. Thom. Caiet. Sayr. Sylu. Armil. Lopez. Valent. Couar.

Et quamuis non desint affirmantes, peccatum maris cum fœmina præposterè esse etiam peccatum sodomiticum, vt inquit Lessius *lib.* 4. *dub.* 13. *nu.* 89. *vers. Quarto si in diuerso sexu*, Em. Sà *verbo luxuria, num.* 5. & alij, tamen iuxta definitionem sodomiæ supra allatam, & secundum sententiam D. Thomæ, & aliorum primæ opinionis non dicitur propriè peccatum sodomiticum, sed alterius modi, nempè peccatum innaturale, seu innominatum, & per consequens non comprehenditur sub reseruatione Episcopi reseruantis sodomiã. Ita *Bonac. tom.* 1. *de matrimonio, quæst.* 4. *punct.* 11. *à nu.* 1. *vsque ad* 5. *citans Gomez in l. Tauri,* 80. *num.* 33. *Sayr. lib* 8. *cap.* 5. *num.* 17. & 19. *in fin. vers. Obseruandum denique, citans Summ. Coron. de circumstantijs,* 1. *par. cap.* 2. *num.* 16. quam sententiam alij sequuntur, & huic me subscribo.

Less. Em. Sà.

Bonacina. Gomez. Sayr. Sum. Cor.

Dub. 8. cum Episcopus sibi reseruat peccatum, contra naturam, quid censendus sit sibi reseruasse?

*R*espondeo, quod censetur sibi reseruare omne peccatum innaturale impediens generationem, vt sunt pollutio voluntaria, sodomia inter personas eiusdem sexus, abusus mulieris pręposterè, & bestialitas cum brutis. Ita *Sayr. loco citato in dub. præcedenti,*

Sayr.

& om-

& omnes Doctores ibidem citati cum D. Thoma.

Dub. 9. An peccatum contra naturam cum persona coniugata, cum consanguinea, vel affine, cum virgine, cum rapta, cum moniali dicatur adulteriū, incestus, stuprum, raptus, & sacrilegium.

Respondetur negatiuè, propriè, & per se loquendo, sed tantum similitudinariè, & reductiuè, ideò nō cadere sub reseruatione adulterij, incestus, & stupri; & ratio est, quia omnes species luxuriæ naturalis significant deformitatem in concubitu naturali, & propterea ex huiusmodi circumstantijs, in crimine contra naturam non contrahitur affinitas, nec incurruntur pœnę adulterorum, incestuosorum, & stuprantium; propriè temen videtur esse sacrilegium, si sodomiticè abutatur moniali, vel persona ligata voto castitatis, & dicetur raptus, si tali modo abutatur rapta, eo quod hæc duo peccata non significant deformitatem in certa, & determinata materia, seu in naturali concubitu (vt tres primæ species) sed absolutè in quacunque materia, idest in quacunque parte corporis contra personam Deo dicatam agatur, siue fiat naturaliter, siue contra naturam, similiter dicetur raptor, qui rapit aliquam, vt ea quocunque modo abutatur. Ita *Sayr. lib. 8. cap. 5. n. 20.* circa finem, & alij, ideò vt distinctius peccata in cōfessione aperiantur, tenetur secundum veriorem, & tutiorem sententiam exprimere in cōfessione se commisisse peccatum contra naturam cum vxorata, cum virgine, cum consanguinea, non quia propriè sit species distincta, sed quia nouam deformitatem addit. Ita *Azor. 3. par. lib. 3. cap. 18. Bonac. tom. 1. de matrim. q. 4. pun. 11. num. 6.* & alij recentiores. Sayr. Azor. Bonac.

Dub.

Dub. 10. An qui ingreditur vas, sed non seminat, dicatur incurrisse in casum reseruatum propter sodomiam, incestum, adulterium, & similia.

Respondetur negatiuè, cum nō sint peccata perfecta, & consumata; & ratio est, quia cum reseruatio sit pœna, & pęna non debeatur, nisi sequuto effectu, ideo qui vas ingreditur, absque eo quod seminet, in reseruatum incidisse non est damnandus, *de pœnit. dist. 1. cap. Hæc autem verba*, vbi habetur, *Cum effectu accipimus, non verbo tenus; & ideò si cum vellet statuere, probibitus sit, nec effectū decretū babuit cessat edictū; nā statuit verbū, rē perfectā significat, & consummatā iniuriam non cęptam*, vbi glossa, *Cum effectu verba esse accipienda. arg. non obesse alicui malum, nisi ad finem perducatur.* Ita Graffius *in suis decis. lib. 2. cap.* 80. *n.* 7. inquiens, non seminātem intra vas, non contrahere affinitatem, quia non consūmauit actum; Idem affirmat *in cap.* 90. *num.* 11. quod sodomia intelligitur solum, cum in vasę naturali semen effuderit; Ita etiam *Nauar. de Irregularit. cap.* 27. *num.* 250. *Sayr. lib.* 8. *c.* 5. *n.* 16. *in fin.* & alij.

Graff.

Nauar.
Sayr.

Dub. 11. An blasphemans actualiter Deum, vel Beatam Virginem, alterius Imaginem expuendo, vel pedibus conculcando, incidat in casum reseruatum Episcopo, vbi blasphemia reseruatur.

Respondeo affirmatiuè incurrere, immò hæc talis blasphemia dicitur hæreticalis. *Alphon. de Castro, lib. 1. de iusta hæretic. punit. cap. 12. vers. Quod autem.*

Alphons.
de Castro.

Dub. 12. An blasphemans Deum, vel Beatā Virginem coram vxore, filiis, & domesticis testibus, incurrat in casum reseruatum, vbi blasphemia corā pluribus est reseruata.

Res-

Respondetur affirmatiuè, nam quamuis domestici testes ad forum fori non deducantur, tamen in cõscientia sufficiunt ad incurrendam culpam, & pęnã.

Dub. 13. An dicere, *può far Dio*, sit blasphemia.

Respondetur dicendo, si relatio fiat negãdo Dei potentiam, vel de illa dubitando, vtique blasphemia est, & peccatum mortale, cum Deus omnia possit, si autem relatio fiat affirmando Dei potentiam, ita vt potius sit dictio quædam admirantis, tunc erit veniale. *Couar. in cap. quamuis*, 1. *par*. §. 7. *num*. 9. *Nauar. cap*. 12. *num*. 84. Couar. Nauar.

Dub. 14. An dicere, *al corpo di Dio, al sangue, &c.* sit blasphemia.

Respondet negatiuè Caietanus *in sum. verb. blasphemia*; quoniam postquam Verbum Caro factum est, & corpus, & sanguinem habet; Verum, quia talia verba semper arguunt irreuerẽtiam, erit peccatum veniale graue, notat Nauarrus *cit. num*. 85. sed si talia, & similia verba proferantur in derisum, vel per modum iniuriantis, semper erit mortale. *Sylu. verbo blasphemia, quæst*. 2. *Eman. Sà eod. verbo, num*. 3. *in fin*. Sylu. Em. Sà.

Dub. 15. An dicere, *per vita di Dio*, sit blasphemia.

Responsio est affirmatiua; & ratio est, quia talia verba sunt execratoria, quibus significatur Dei vitam subiectã esse morti, probat Couarruuias 1. *par. de pactis*, §. 7. *n*. 9. *vers*. 6. At si quis proferret per modum iurantis non esset blasphemus. *Sot. lib*. 8. *q*. 2. *art*. 3. Sot.

Dub. 16. An blasphemans inaduertenter, ita vt si aduerteret non blasphemaret, peccet mortaliter.

Respondetur negatiuè, & si aliqui putent nõ improbabiliter, blasphemare etiam inaduertenter esse

Nauar. mortale. *Nauar. cap. 12. num. 83. Eman. Sà verb. blasphemia, num. 3.*
Eman. Sà.

Dub. 17. An si quis vnico actu blasphemaret Deũ, Beatam Virginem, Angelos, & Sanctos, committat plura peccata, vel vnum.

Nauar. Respondet Nauarrus *cap. 6. num.* 18. plura committere peccata; Verius tamen dicendum putamus vnicum esse peccatum, sed grauissimum; & ratio est, quia non multiplicantur actus in specie subiecti, quapropter vnus est numero actus cõtra vnam speciem; at non negamus prudenter facere viros timoratæ conscientiæ illud explicando, nam poterit euenire illos nescire discernere, an vnus sit actus, vel plures, & sic tutius erit in confessione distinctè, rem aperire.

Dub. 18. An Cõfessarius possit eodem modo absoluere pœnitentem laborantem ignorantia inuincibili ab excommunicatione reseruata, ac à peccato reseruato.

Respondeo, reseruatio excommunicationis principaliter respicit pœnitentem, at verò peccati reseruatio directè impedit Confessarium nè absoluat. Præterea in excommunicationem reseruatam non incurrit laborans ignorantia inuincibili; vt diximus Prima Par. Pract. 4. Dub. 9. vers. laborans, at in casũ reseruatũ incidit pęnitẽs siue sciat, siue nesciat peccatum esse reseruatum, à quo non potest per Confessarium absolui absque licentia, nam in reseruatione casuum non requiritur scientia illos esse reseruatos quemadmodum requiritur ad incurrendã excommunicationem. *Nauar. cap. 27. n. 16. Sylu. verbo Ignorantia, n. 16. Sayr. lib. 1. cap. 18.* & alii.
Nauar.
Sylu.
Sayr.

Dub.

Dub. 19. An propter ignorantiam inuincibilem possit quis excusari à peccato circa aliquod præceptum etiam diuinum.

Respondeo, per se loquendo, seu directè contra præcepta decalogi non datur ignorantia excusans à peccato, quia dicuntur prima principia iuris naturæ; nam ipsa natura docet Deum omnium factorem esse colendum: parentes esse honorandos: neminem esse occidendum, nec lædēdum: mulierem, nec rem alienam esse concupiscendam, & similia, quæ apertè lumine naturæ cognoscuntur; per accidens verò, seu indirectè potest dari ignorantia inuincibilis circa aliquod præceptum etiam diuinum, præsertim scilicet in rudibus, in fœminis, & in pueris; exempli gratia, aliqui putant mendacium esse licitum ad liberādum innocentem à morte, aliqui pueri inuincibiliter ignorant, pollutionem voluntariam esse illicitā; internum desiderium fornicandi inuincibiliter ignorant esse peccatum, putantes tantum externam fornicationem, & opere consummatam esse illicitam, isti excusantur à peccato mortali, quia pro suo statu laborant ignorantia inuincibili, quod hæc sint contra præcepta diuina. Ita *Valent. par. 2. disp. 6. quæst. 6. puncto* 1. *Corduba lib.* 2. *quæst.* 4. *Sayr. lib.* 2. *cap.* 9. *num.* 17. *Sanch. in opere morali, cap.* 16. *q.* 3. *num.* 33. *Coninc. de pœnit. disp.* 8. *dub.* 17. *nu.* 135. *Reginald. lib.* 11. *num.* 23. *Azor. par.* 1. *lib.* 1. *cap.* 15. *q.* 1. *Vasq. par.* 2. *disp.* 22. *cap.* 2. *Bonac. de legibus, disp.* 2. *q.* 8. *punct.* 3. *num.* 9. 10. 11. 25. *&* 26. & alii communiter: immò Doctores conueniunt, peccata commissa à pueris non putantibus esse mortalia, sufficere, ea cōfiteri, cùm cognouerint illa esse mortalia, & interim confessiones fac-

Valentia. Cordub. Sayr. Sanch. Coninc. Reginald. Azor. Vasq. Bonacin.

tas validas esse;nec ego damnaui peccati mortalis ream puellam recenter nuptam, quæ inuincibiliter ignorabat vti vase præpostero cum suo viro esse illicitum,sed à me in confessione monita, erat parata potius mori,quam iterum marito in hoc assentiri.

Dub.20. An Confessarius absoluens cum causa pœnitentem à peccatis nō reseruatis, relicto aliquo peccato,quod putat esse reseruatum pro quo imponit, vt cum primum poterit,se Superiori præsentet; at postmodum cognoscit Confessarius, tale peccatum non esse reseruatum,vel habere facultatem pro illo absoluendo,vtrum pœnitens indigeat noua absolutione.

Respondetur negatiuè,cum sit talis verè absolutus,sed debet à Confessario moneri pœnitens (petendo prius ab illo licentiam loquendi aliquid de præterita confessione)se esse benè absolutum,& aliquo non indigere,est communis.

Dub.21. An cum Episcopus concedit Confessario licentiam pro peccato reseruato absoluendo, & taxat pœnitentiam imponendam,teneatur Confessarius seruare præscriptam pœnitentiam.

Respondeo affirmatiuè; verum si pœnitens iusta causa non poterit persoluere taxatam ab Episcopo pœnitentiam,poterit Confessarius adhuc illum absoluere,& pęnitentiam suo arbitrio in aliam possibilem,& cōgruentē mutare,quia hodie omnes pęnitētiæ(nisi aliud statuatur) sunt arbitrariæ, & volūtarię simul,vt in Prima Parte huius libri, Pract. 4. Dub. 37.vers.dixi, sufficienter probauimus, vbi asseruimus,secundum Confessarium posse cum causa pœnitentiam commutare,etiam datam à Papa.Docto-

res

res ibi citati,& est communis, vbi etiam causas pro tali pęnitētiæ commutatione retulimus vers.causæ.

ADDITIO.

DVb.primum, An actus peccaminosi merè interni,puta delectatio morosa, propositum occidendi,abnegandi fidem, &c. reseruari possint.

Respondeo affirmatiuè,nam reseruatio casus absolutè nihil aliud est,nisi quædam prohibitio,Confessariis facta,ne hæc,vel illa peccata absoluant, sed Confessarii etiam pro ipso actu confessionis sunt capaces talis prohibitionis,ergo huiusmodi peccata interna verè reseruari possunt; licet in Ecclesia sit vsu receptum,vt non nisi peccata externa reseruentur. *Cādidus in suis Disquisitionibus moralibus, tom.2. Disq.24.art.68.dub.3.Filiuc.tract.11.num.163.Faustus de sacram.pœnit.lib.8.q.9.vers. Respondeo, Coninc. disp.8.dub.11.num.79.* Candidus Filiuc. Faust. Coninc.

Dub.2.An actus interni sub excommunicatione reseruata prohiberi queant.

Respondeo negatiuè, etiam si excommunicationi nulla addatur reseruatio, Ecclesia enim non iudicat,nisi de ijs delictis, quæ humano modo cognosci possunt.*Cap.tua nos,& Cap.sicut tuis,de simon.* & consequenter nec illa punire potest, quæ tali modo minimè cognoscitur,cuiusmodi sūt actus merè interni,nec hoc contradicit resolutioni dubij præcedētis,in quo diximus, actus internos reseruari nō posse;nam aliud est absolutè actus internos reseruare, aliud verò illos reseruare,& positiuè punire,id autē, q̄ in hoc dubio negamus nō est primū, sed secundū,

quæ

quæ sũt valdè diuersa,& quãuis absoluta peccatorũ reseruatio aliquã pœnã pęnitẽti afferre videatur, nimirùm propter difficultatem inueniendi Confessarium à reseruatis obsoluere valentem, tamen talis reseruatio simpliciter, & absolutè de se vt sic non est peccati punitio, seù pœna, sed actus prudentiæ, ne scilicet similia peccata facilius committantur,& indirectè,& per accidens, seù impropriè tantum rationem pœnæ respectu pęnitentis habere videtur, quod sanè non facit, vt huiusmodi reseruatio sit etiã peccati punitio, & quamuis Superior, Confessarijs inferioribus pro actibus internis, dum sibi illos reseruare potest, pœnitentiã taxare, illosq; per hoc etiam punire posse videatur, id sanè nobis non officit, quia illos punit in foro sacramentali, seù in ordine ad Claues, vti Confessor suam absoluendi facultatem in eodem foro interno alijs delegando, qui absoluendi, & puniendi modus Confessariis denegari non potest, non verò illos punit in foro externo, vti Iudex, vt faceret per excommunicationem, quod nos, quoad actus internos fieri non posse contendimus. *Fernand. Castro* 1. *p. oper. moral. tract.* 3. *disp.* 1. *pun.* 6. *nu.* 2. *Filiuc. tra.* 11. *nu.* 164. *Becan. tra.* 3. *cap.* 6. *q.* 5. *nu.* 2. *Merol. to.* 2. *disp.* 4. *cap.* 4. *nu.* 217.

Fernand. Filiuc. Becan. Merol.

Dub. 3. An ignorans reseruationem casus, à reseruationis incursu excusetur, ita vt à quocunque Cõfessario absolui possit, sicut ingnorans excommunicationem, ab illius etiam incursu liberatur.

Sanch.

Respondet Sanchez *to.* 3. *de. matrim. disp.* 32. *num.* 18. affirmatiuè, idque de omni eo, quod rationem pęnæ habet intelligendum esse asserit *ibidem num.* 17. quæ opinio vtpotè probabilis, tuta conscientia

ſequi poteſt, licet tamen in praxi, aliter quoad caſus reſeruationem ſentiant Doctores.

Dub. 4. An peccata venialia, & mortalia, aliàs ritè confeſſa, reſeruari queant.

Reſpondeo negatiuè, cùm nullus inferior priuilegium, ſeù fauorem, alteri, lege communi, ſeù à Superiore conceſſum impedire poſſit, ſed vnuſquiſque ex conceſſione Eccleſiæ per conſuetudinem ſaltem legitimè introductam (quæ ſanè legem facit) à quocunque ſimplici Confeſſario ab huiuſmodi peccatis abſolui poteſt; ergo nullus Papa inferior, talem fauorem, ſua prohibitione, vel reſeruatione impedire licitè valet; Ex quo etiam patet, quid dicendum, ſi peccata reſeruata ex aliqua circũſtantia ad mortale non pertingant, tunc enim hac eadem ratione, quia ſcilicet peccata venialia tãtùm ſunt, à quocunquè ſimplici Sacerdote abſolui queunt. *Coninc. diſp. 8. dub. 11. num. 80. Reginal lib. 1. num. 126. Bonac. de pœnit. diſp. 5. quæſt. 7. pun. 5. §. 1. num. 3. verſ. ſecunda pars, & nu. 4. Poſſeuin. cap. 7. num. 48.* Et quamuis demus, peccata venialia ex tacita Eccleſia conceſſione, cùm periculum peccati mortalis inducunt, ob bonum commune reſeruari poſſe, adhuc nulla adeſt obligatio illa confitendi, ſed alia via eorum remiſſio obtineri poteſt, cum peccatum veniale, ſicut & mortàle etiam alias ritè confeſſum, nunquam neceſſaria confeſſionis materia euadere poſſint. *Fagund. in 2. præceptũ Eccleſia, lib. 2. cap. 2. nu. 10. Suar. tom. 4. de pœnit. diſp. 28. ſect. 3. num. 2. Reginal. ſup. cit. Hieron. Pharagon. in ſuo Promptuario, de pœnit. tract. 1. ſeſſ. 18. caſu 36.*

Coninc. Reginald. Bonac. Poſſeu.

Fagund. Suar. Reginald. Hieron. Pharagon.

Dub. 5. An Superiores Religionũ, vltra illos vn-

decim

decim casus, pro Regularibus in decreto Clementis VIII. assignatos, edito anno 1593. die 26. Maii, alios etiam casus sub excommunicatione prohibere, sibiquè reseruare queant; Ratio dubitandi est, quia Pontifex de casibus, non verò de excommunicationibus loquitur, nimirum, quod Superiores Regulares non plures, quam illos vndecim casus, non autem, quod non plures excommunicationes sibi reseruare possint.

Respondeo negatiuè, prout patet ex ratione dubio præcedenti allata, nam posita tali prohibitione, quod scilicet Superiores Regulares alios casus, quā illos vndecim sibi reseruare non possint, conceditur etiam concomitanter fauor Regularibus subditis, vt quoad omnia alia peccata, liberum eis sit confiteri cuicūque simplici Regulari exposito; ergo talis fauor per excommunicationum reseruationes ab ipsis Superioribus, vtpotè Papa inferioribus impediri non potest; Tum quia, esto nominè peccatorum reseruatorum, de quibus loquitur Summus Pōtifex, non veniant excommunicationes reseruatæ, ex eo quia verba in pœnalibus extra proprium verborum significatū extendi non debeant. *l. non aliter, ff. de leg. 3. & c. pœnæ, de pœnit. distin.* 1. tñ extēdi debēt, quādo non facta extēsione, eluderetur mens Legislatoris. *c. quā, & regula certū, in fine, de regul. iur. in 6. et glos. ibi.* idq; in specie asserit Bonacina *tom. 3. disp. 2. q. 3. puncto 42. num. 4. cum Iulio Claro, Duardo, Azorio, Filiucio, &c.* super Constitutionem Clementis VII. de transferentibus frumentum à Statu Ecclesiastico, quam hac ratione comprehendere aiunt etiam farinam asportantes, & in propriis terminis hoc idem

Bonac. Iul. Clar. Duard. Azor. Filiuc.

tenet

tenet Alphonsus de Leone infra citandus, in casu autem nostro, si sub nomine casuum reseruatorum, excommunicationes quoque reseruatæ non venirent, mens Summi Pontificis iam eluderetur; cum enim ipse in hac prohibitione, prout ex ipsomet decreti proœmio euidentissimè cōstat, reseruationum multiplicitatem præcauere intendat, nè scilicet subditi ob verecundiam adeundi Superiorem pro absolutionis facultate ab eo impetranda, in æternæ damnationis periculum, & spiritualis remedii desperationem inducantur, si Superiores Regulares, præter illos vndecim casus, excommunicationes etiam sibi reseruare possent, apertè intentioni Summi Pontificis contrairent, eamquè per hoc omninò eluderent, cum idem prorsus absurdum sequatur ex multiplicitate reseruationis casuum, quam excommunicationum, vt ex præfatis proœmij verbis clarè patet; ergo ad illud tollendum, sub nomine casuum, etiam excommunicationes reseruatas comprehendi dicere opus erit, ac proindè, cum Superioribus Regularibus prohibetur, nè sibi plures casus, præter illos vndecim reseruare queant, sub ly, *plures casus*, excommunicationes etiam reseruatæ subintelligi necessariò debent.

Nec obstat, quod excommunicatio lata à Superiore, cum sit ab homine, semper reseruata intelligatur, etiā si specialiter nō reseruetur, & consequēter, quod excommunicationes latæ à Superioribus, extra illos vndecim casus, etiam si non reseruētur, ex se semper reseruatæ remaneant; nam Respondeo, & dico Primo, Doctores asserere hanc doctrinam vniuersaliter veram non esse, sed tantum procedere

de excommunicationibus latis ab homine contra aliquam personam in particulari, quòd sanè nobis non officit, vt videbimus infra in resolutione dubij 6. Secundo, esto hoc verum sit de excommunicationibus latis ab homine in communi (quæ nihilominus, cum non reseruantur, à quocunque Confessario ex capitulo *nuper, de sententia excomm.* absolui posse dicemus infra dubio 37.) tamen, stante præfata Sũmi Põtificis prohibitione, nec id in casu nostro procedere potest, cum huiusmodi doctrina, seu regula suæ intentioni repugnet, facilè enim Superiores tale decretum eludere possent, prohibendo v. g. sub excommunicatione latæ, vel ferendæ sentẽtiæ peccata, quam scirent ex se post delinquentium declarationem in communi factam, vel post lapsum in illam, sibi reseruatam remanere, ad quam elusionem vitandam debemus dicere, Summum Pontificem tali Regulæ per hoc Decretum, quoad Regulares virtualiter derogasse, ac proindè excommunicationes in communi à Superioribus Regularibus latas nemini reseruari, sed vti excommunicationes latas in iure, nulli reseruatas, quæ à quocunque simplici approbato Confessario absolui queunt remanere, cum nunquam Legislator supponi debeat suam legem inutilem, ac frustratoriam condidisse; Tum quia Sacra Cardinalium Congregatio Episcoporum, & Regularium die 7. Iulii 1617. testè Bandino apud Alphõsum de Leone *de potestate Confess. par. 2. recoll. 11. num. 5.* declarauit, Superiores Regulares, præter illos vndecim casus, extra Capitulum Generale, vel Prouinciale, excommunicationes sibi reseruare nõ posse; qui Auctor ibidem, & n. 168. hanc etiam sen-

Sac. Cõgr. Bandin. Alphonf. de Leon.

ten-

tentiam ſequitur, eamquè alii grauiſſimi Doctores quoque ſequuntur, vt Sanchez *in ſumm. tom. 3 lib. 6. cap. 1. num. 16.* Filiucius *tract. 7. cap. 10. num. 276.* dicens cũ Suario, hoc eſſe ſecurius. Diana *par. 2. tract. 2. reſol. 13. verſ. diſplicet, fine.* Homobonus *par. 3. de caſibus reſeruatis, cap. 2.* Marullus *tom. 1. diſp. 1. cap. 2. diſt. 4. num. 575.* Megala *lib. 1. inſtit. Peregrin. cap. 12. num. 8. & ſeq.* Molfeſ. *tract. 7. cap. 20. num. 16. Bariol. ex parte in Aphoriſ. lit. C. verſ. Caſum nullum Prælati.* Sanch. Filiuc. Suar. Diana. Homobo. Marul. Megal. Molfeſ. Bariol.

Dub. 6. Vtrum Superiores Regulares, vltra illos vndecim caſus ſibi reſeruare poſſint peccata publica ſubditorum, & illa etiam, quæ nulla prorſus tergiuerſatione celari queunt; Et præterea, an poſſint declarare excommunicatos nominatim ſuos ſubditos, poſtquam illos alicuius comminatoriæ excommunicationis tranſgreſſores inuenerint.

Reſpondeo affirmatiuè, cum Summus Pontifex in decreto, dubio præcedenti adducto loquatur de reſeruatione peccatorum, in quorum abſolutione procuranda, ſubditi ſuas conſcientias Superiori manifeſtare formidẽt, vt ex ipſomet ꝓhibitionis procœmio patet, & conſequenter de caſibus occultis tantùm loqui videtur, & alioqui lex ſecundum rationẽ in ea expreſſam explicari debet, prout fatetur Megala in ſuis Reſolutionibus *tom. 1. reſol. 31. num. 8.* ex Panormitano in capitulo *quia in inſulis, num. 3. de regular.* & ex Bartolo *in l. item quæritur, §. qui impleto, ff. locati.* Megal. Panormit. Bart.

Dub. 7. An detur aliquis caſus, in quo Superiores Regulares, præter illos vndecim, alios ſibi abſolutè, vel cum excommunicatione annexa reſeruare queant; Et an eiſdem vndecim, præter reſeruationẽ,

excommunicationem etiam sibi reseruatam adiungere possint.

Respondeo ad Primum affirmatiue,& Primo quidem,cum huiusmodi reseruatio bono communi Religionis expedit.Secundo modo id fiat cum consensu Capituli Generalis,si casus reseruentur pro tota Religione;cum consensu verò Capituli Prouincialis,si pro tota Prouincia,alias reseruatio nulla erit, & inualida,vt ex ipsomet Decreto Clementis VIII. supra Dubio 5.citato patet. *Filiuc. tract. 7. cap. 10. num. 276. Faustus de pœnit. lib. 8. quæst. 52. vers. secundo prohiberi*. Ad Secundum verò Respondeo etiam affirmatiuè, quia illis vndecim casibus etiam excōmunicationem reseruatam adiungere, nō est plures casus præter vndecim reseruare, vel plures casuum reseruationes, extra præfatum numerum multiplicare, quod Summus Pōtifex in tali decreto præcauere intēdit. *Alph. de Leon. de pot. Conf. p. 2. recoll. 11. n. 170.*

Clem. 8. Filiuc. Faust.

Alphons. De Leone.

Et licet Clem. VIII. dum dat facultatē Superioribus Regularibus, vt vndecim casus, & non plures sibi reseruent, de casibus, & non de excommunicationibus loquatur, & consequenter Superiores vndecim excommunicationes sibi reseruare, neutiquā posse videantur, ita vt loco vndecim casuum, vndecim excommunicationes, seu vndecim casus cum excommunicationibus reseruatis annexis sibi reseruare valeant; tamen ad hoc dico, quod intētio Summi Pontificis prohibēdi Superioribus Regularibus, ne plures, quam vndecim casus sibi reseruare possent, fuit, vt ex proœmio suæ prohibitionis constat, nè Regulares subditi in desperationem spiritualis remedij inducerētur, subeūdi scilicet tot onera pro-

cu-

curādi absolutiones tot reseruationum cōtractarū; Quare eius finis fuit, nè multiplicarentur reseruationes,& ideò siue Superior Regularis sibi reseruet vndecim casus, siue vndecim excommunicationes, per hoc intentioni Summi Pōtificis minimè aduersatur,quippe quia sufficit, si reseruationes non sint plures, quam vndecim, subditosquè non pluribus quam vndecim reseruationibus grauet; & alioqui ex parte subditorum eadem difficultas est procurare à Superiore per eorū Confessarium absolutionē casuum reseruatorum,quam si casus excommunicationem reseruatam annexam habeant,& ex parte Superiorum Regularium eandem propensionem, vel difficultatem ipsi ostendere possunt in concedenda absolutione à reseruatione excommunicationis,quā à reseruatione casuum,cum in hoc certa regula voluntatē Superioris limitans dari nequeat; Tum quia,quod expressè non prohibetur (dummodo non sit in se malum, & alteri prohibitioni non repugnet) censetur concessum.*l.nec non,§.quod eius, ff.ex quibus causis maiores.*ergo cum Clemens VIII. ꝓhibeat solū posse à Regularibus plures, quā vndecim casus sibi reseruare, & non prohibeat posse hos casus reseruari cum excommunicatione reseruata ijs annexa,quod facere in se malum non est,nec alteri prohibitioni repugnat, vt mox probatum est,id videtur concessum,vt fieri licitè valeat.

Verum totum hoc intelligitur, modo Superior Regularis imponens excommunicationem reseruatam huic,vel illi casui ex illis vndecim, vel omnibus vndecim casibus in decreto Clementis pro Regularibus assignatis, statim reseruatio casuum in

ex-

excommunicationem reseruatam transeat, eiusquè reseruatio cum excommunicationis reseruatione confundatur, ita vt data postea per Superiorem Regularem facultate absoluendi suos subditos ab excommunicatione reseruata, intelligatur casus, cui excommunicatio erat annexa non amplius reseruatus, sed à quocunque simplici Confessario absolui valeat; alias si adhuc casus remaneret reseruatus, illa reseruatio casus nulla esset, vtpotè in reseruationem excommunicationis cōmutata; & hoc etiam si Superior se explicaret, quod concedendo facultatē absoluendi excommunicationes reseruatas, adhuc vellet casus remanere reseruatos, ideòq; deinceps habita à Superiore facultate absoluendi ab excommunicatione reseruata casibus reseruatis annexa, casus postea à quocunque exposito Confessario, absque vllo scrupulo absolui vti non reseruati possent; quia hoc esset supra vndecim reseruationes, alias vndecim multiplicare, quod sanè Superior Regularis (vt supra dictum est) inualidè, & nulliter sine licentia Capituli Generalis, vel Prouincialis multiplicat, atq; adeo, vt non multiplicatæ habētur.

Dub. 8. An in illis Religionibus, in quibus lapsus carnis volūtarius reseruatur, per hoc etiam pollutio voluntaria reseruata intelligatur; nam in Decreto Clementis VIII. supra dubio 5. citato non reseruantur de facto pro omnibus Religionibus illi vndecim casus, sed tribuitur facultas, vt omnes, vel aliqui ex illis, Superiores Regulares sibi reseruare valeant. Clem. 8.

Respondeo negatiuè, quantum est ex vi verborum, nam verba in pœnalibus strictè, ac propriè, seu secundum communem loquēdi modum accipi de-

bent.

bent. *capitulo ex literis, de sponsal. l. nõ aliter, ff. de leg. 3.* & consequenter, nomine lapsus carnis opere consummati, vt loquitur textus, intelligi debet, lapsus carnis in suo genere completus, idest cũ tertia persona, vel cum animali irrationali, intra, vel extra vas naturale, seu innaturale, cõsummatus, ac perfectus, isti enim actus in communi modo loquendi, seu, vt vulgò dici solet, *è cascato in peccato di carne*, pro lapsu carnis propriè, & in rigore habentur.

Tum quia lapsus carnis voluntarius dicit quandam libidinis expletionem, libido autem propriè loquendo expletur mediante coniunctione cum aliquo obiecto delectabili ad extra, & impropriè expletur cum se ipso, dicit enim libidinis expletio in cõmuni modo loquendi transitũ delectationis. s. cũ obiecto delectabili ab eo, qui delectatur distincto habitæ, ergo sẽper lapsus carnis opere consũmatus in ratione lapsus carnis opere consũmati est impropriè lapsus carnis, atque adeò ratione mox supra adducta, sub nomine lapsus carnis opere consummati minimè cadens.

Ex quo patet, nec Religiosũ in lapsũ carnis reseruatũ incidere, si peccatum carnis cũ tertia persona cõsummare incipiat, illudq; postea nequaquam perficiat, idest semen non emittat, cum iam ille actus in suo genere, idest in ratione lapsus carnis, vt vulgo dici solet, completus minimè supponatur; Quam sanè sententiam tenere debent omnes illi, qui volũt, ad incurrendas censuras, aliasquè legis pœnas, debere actus prohibitos esse in sua ratione cõpletos, & sunt Nauarrus *cap.* 27 *num.* 56. Filiucius *tract.* 11. *nu.* 176. Emanuel Sà *verbo lex, nu.* 25. Bariol. *in Apho-* *Nauar.* Filiuc. Eman. Sà. Bariol.

ris-

*risinis,lit.*E.*vers.excommunicatio lata cōtra Regulares,* Bonacina *de sacramento matrimon.quæst.4.punct.*11. *num.2.vers.aduertendum est,cum Suar.Iulio Claro,Finellio,Genuense,Vgolin.& Rodriquez.*

Bonac. Suar. Iul.Clar. Finell. Genuens. Vgolin. Rodriq.

Nec obstat si quis dicat,hunc, vel illum Summū Pontificem specialiter interrogatum respondisse, sub nomine lapsus carnis opere consummati,simplicem pollutionem sine coniunctione cum obiecto delectabili ad extra commissam etiam comprehendi;nam debet de huiusmodi respōsione authenticè constare,alias nulla fides eam alleganti(ad finem scilicet,vt illi indubitanter ita credatur, vt contrarium tuta conscientia sequi non possit) adhibenda est,vt in simili quoad declarationes Sacræ Cōgregationis(in quibus eadem ratio militat,ac in respōsis Summi Pontificis, vt ex procemio infra citandi Decreti liquido constat) præcipit Vrbanus VIII. in Decreto,suo iussu à Sacra Cardinalium Congregatione Cōc.Trid.interpr.die 2.Augusti 1631.edito, quod refert Aug.Barb.*de iure Eccles.lib.*1.*c.*4.*n.*83.

Aug.Barb.

Quod si quæras,an si Superior in aliqua Religione declarare vellet(in qua cōtrariū seruetur)simplicē pollutionē esse casū reseruatū,licet cū tertia persona minimè cōsūmetur,ea talis sit; Sanè si hæc declaratio de cōsēsu Cap.Generalis,vel Prouincialis non fieret, nulla esset,prout idem Clemēs 8. in dicto suo Decreto in titulo dubij adducto fieri præcipit,& nos distinctius supra dubio 7. in Responsione ad Primum diximus, quippe quia talis declaratio esset noua casus reseruatio, quæ nonnisi dicto modo à Superioribus Regularibus fieri posset.

Dub.9. An in ijs locis,vbi reseruatur peccatum

so-

sodomiæ, in reseruationem incidant, non solũ agentes, sed etiam patientes; Et an præterea in eandem incidant, non solum qui masculis, sed etiam qui fœminis præposterè abutuntur.

Respondeo ad Primum affirmatiuè; tum quia cũ patientes peccato sodomię cooperentur, illud verè, ac propriè etiam ipsi committere dicuntur; tum quia in correlatiuis, dispositum in vno, in alio etiam dispositum esse censetur. *argum. l. cum vir nubit in fœminam, C. de adulterijs, Layman. lib.* 1. *tract.* 4. *c.* 18. *num.* 10. *Bonac. dub. præced. cit. Merol. tom.* 2. *de legibus, disp.* 4. *cap.* 9. *numero* 131. An autem agens explicare debeat se egisse, & patiens se actionem sustinuisse, ad hoc vt Confessarius aduertat, qui nam pollutionẽ admisit, & semen effudit, id fatetur, Lugo *de pœnit. disp.* 16. *sect.* 5. *n.* 243. Verũ sub mortali à pœnitentibus id explicandũ esse cẽseo, nõ quia in hoc negotio, actio, vel passio mutet peccati speciem; verè enim patiens per hoc quod patiatur, per physicã cooperationem cooperatur physicè peccato sodomiæ, quod committit agens, sicquè fit reus peccati illiusmet speciei. s. sodomiæ, quo peccat agẽs, & cõsequenter peccato etiam sodomiæ peccare dicitur, sed dicta explicatio fieri debet, vt tales debitã medicinã ad huius peccati vulnus sanandũ à Cõfessario recipiãt, ꝙ ipsi ꝓcurare tenentur, atque adeò ad hoc vt Confessarius possit applicare remedia necessaria peccantibus tali peccato; quippe quia alio remedio indiget qui agit, alio verò qui actionem patitur, primus enim indiget carnis maceratione; secundus verò, agentis, vel alterius simili vitio affecti conuersationis deuitatione, & motiui, vnde ad id

Layman.
Bonacina.
Merol.
Lugo.

agendum mouetur eradicatione, vel alio simili remedio, prout Confessario saluti spiritualis pœnitentis magis expedire videbitur.

Ad secundum verò Respódeo negatiuè; nam huiusmodi peccatum propriè loquendo non est peccatum sodomiæ, vt ex ipsa nominis Etymologia, seu origine patet, sed est peccatum contra naturam, seu inordinati concubitus, quod vti imperfectior, seu impropria quædam sodomia, ad speciem ipsius peccati sodomiæ reducitur, sed propriè peccatum sodomiæ, vt diximus non est; in pœnalibus autem, verba propriè, ac strictè accipienda sunt, & non extendenda, vt in dubio præcedenti satis dictum fuit. *Azor. 3. p. c. 20. quæsit. 1. et 4. Capeauil. c. 15. vers. Tertia species, Nauar. cap. 16. num. 3. Lucas Floronus de reseruatis, par. 2. casu 7. num. 6. vers. quid igitur concludēdum*; plura quoad hoc, dicemus infra Dubio 61.

Azor. Capeauil. Nauar. Floron.

Dub. 10. An vbi reseruatur aliqua actio contra præceptũ Superioris facta, si ipsa alias inualidè fiat, adhuc reseruata intelligatur, v. g. reseruatur alicubi donatio, titulo patrimonij, clericis, proprio Episcopo non certiorato facta, si debitæ conditiones de iure ciuili necessariæ in donatione deficiant, incurrit ne donator casus reseruationem, si huiusmodi donationem irrequisito Episcopo faciat?

Respondeo negatiuè, ratione qua supra dubio 8. nam huiusmodi donatio in ratione donationis, non est vera, perfecta, seu completa donatio, & alioqui Superioris præceptum, non actus attētationem, sed actionis validitatē, seu iuris effectũ prohibere intendit, & cōsequēter tũc illã solũ prohibet, cum valida est. i. cũ cōplete ponitur, suũq; sortiri potest effectũ

quem

quem haberet ex approbatione iuris, ideſt ſi à iure fieri minimè prohiberetur. *Sanchez lib. 3. de matrim. disp. 2. n. 5. Guttierez lib. 2. pract. q. 4. num. 7. Barbosa lib. 1. p. 4. num. 39. ff. de soluto matrimon. Merol. disp. 4. de leg. cap. 5. num. 173.* Sanch. Guttier. Barboſ. Merol.

Dub. 11. An facultas abſoluendi à reſeruatis ab Epiſcopo Sacerdoti conceſſa, vel pœnitenti eligẽdi ſibi Confeſſarium data, expiret morte Epiſcopi, vel per amotionẽ eiuſdem ab Epiſcopatu, re adhuc integra, ideſt hac facultate non dum per Confeſſarium in actu exercito poſita, vel non dum per pœnitentem Confeſſario ſibi electo; ita vt, nec Confeſſarius abſoluere, nec pœnitens Confeſſarium ſibi amplius eligere valeant.

Reſpondeo negatiuè, quia in vtroque caſu, huiuſmodi conceſſio cenſetur gratia facta, gratia autem facta non expirat morte concedentis, vel per amotionem eiuſdem ab officio prout in titulo dubii, etiã re integra, *capitulo si cui nulla, de præbendis, in 6.* Nec obſtat quod hæc conceſſio, cum ſit facta Sacerdoti, videatur iuriſdictio delegata, & iuriſdictio delegata, re adhuc integra, expiret morte concedẽtis. *capitulo gratũ, & capitulo licet vndique, de officio deleg.* id enim verum eſt, cum delegatur aliqua contentioſa poteſtas, cuiuſmodi non eſt facultas abſoluendi à reſeruatis; & patet ex eo, quod hæc in alieno territorio abſque vlla prorſus licentia valide exerceri poteſt, non alia ratione, niſi quia non eſt contentioſa. *Eman. Sà verbo gratia, num. 4. Henriqu. lib. 6. de pœnit. cap. 6. num. 7. & lib. 7. de indulg. cap. 21. num. 6. Humada lib. 21. tit. 4. par. 1. Rodriqu. in quæst. regul. tom. 2. q. 46. art. 8. Gonzal. ad reg. 8. cancel. glo. 12. n. 39.* Eman. Sà. Henriq. Humada. Rodriq. Gonzal.

Basil.Pon. *Basilius Pontius lib.8.de matrim.cap.19.* §. 1. *num.*7.

Quod dictum est de facultate absoluendi à reseruatis,quod.s.non expiret morte concedentis re integra,intelligitur si in gratiam Confessarij, & non pœnitentis talis facultas concessa sit,quod tunc cognoscitur, quando in concessione huius facultatis nulla persona absoluenda in particulari nominatur, sed in communi datur Confessori facultas absoluēdi,dispensandi,vota commutandi, &c. prout patet ex dispositione dicti capituli *si cui nulla, de præbend. in 6.* Quod si hæc facultas in gratiā pœnitētis concessa sit,quod ex tenore præfati capituli, *si cui nulla*,cognoscitur, cum in facultatis concessione persona absoluenda,vel cum qua dispensandum est,vel cuius vota commutanda sunt nominatur, tunc expirat morte concedentis,vel per amotionem ipsius ab officio re integra,ex eodem capitulo, *si cui nulla*; Et ratio horum omnium est,quia quando in concessione facultatis huiusmodi nominatur persona in ordine ad quam facultas est executioni mandanda, talis facultas, non censetur gratia facta, nec ei cui illa delegatur, nec ei in ordine ad quem exequenda delegatur, sed solum censetur gratia facienda ei in ordine ad quem facultas exequenda conceditur per illum cui committitur; & sic dum non est gratia facta,sed facienda,expirat morte concedentis re integra. Quandò verò in huius facultatis concessione,non nominatur persona in ordine ad quam est exequenda,illa cēsetur simpliciter gratia facta ei, cui cōmittitur, & delegatur; quapropter dū est gratia facta,non expirat morte concedentis re integra. Hæc omnia patent per ea, quæ habentur in præfato

Ca-

capitulo *si cui nulla*; Et ex his fit, quod si ab Episcopo concederetur pœnitenti facultas, vt se à reseruatis absolui, in votis dispensari, ea cõmutare, &c. faceret, hæc esset gratia immediatè pœnitenti concessa, & non per alium ei concedenda, seu facienda, sed tantum per alium exequenda, quod non tollit quin cõcessio sit in se gratia facta, & non expiret morte cõcedentis re integra, prout diximus supra de pœnitente, habente facultatem eligendi sibi Confessariũ, & patet ex glossa super dictum capitulum, *si cui nulla, lit. G. Coninc. tom. 2. disp.* 8. *dub.* 10. *num.* 6. *&* 70. Coninc.

Dub. 12. An facultas absoluendi à reseruatis, ab Episcopo Sacerdoti concessa sub hac forma, v. g. *ad beneplacitum*, vel *ad meum beneplacitum*, expiret morte concedentis, vel mutatione, aut Episcopatus abdicatione, vel si Episcopus in aliquam excommunicationem vitandam, seu suspensionem incidat.

Respondeo affirmatiuè, in illis primis casibus, nam per mortem, vel per officij abdicationem, sicut persona cõcedentis cessat, ita etiam eius voluntatẽ, seu beneplacitum cessare necesse est; Nec alioqui huiusmodi concessio censetur gratia facta, vt in casu dubij præcedentis, ita vt per mortem*, concedentis amotionem ab officio, &c. non expiret, cum talis facultas non concedatur simpliciter, & absolutè, sed vti in actu semper à Superioris voluntate dependẽs, vt ex prædicta concedendi forma liquido constat; Secus verò dic, si Episcopus talem facultatem concedat *ad beneplacitum Sedis Episcopalis*, quia tunc huiusmodi beneplacitum adhuc durat, sicut durat ipsa sedes; in vltimo autem casu de excommunicatione, seu suspensione, negatiuè respondendum est; licet

enim

enim Episcopus pro tunc suum munus exercere nequeat, eius tamen beneplacitum, seu volũtas adhuc durat, ac proinde etiam durare, & validum esse cẽsetur id, quod à tali beneplacito, & voluntate depẽdet, nimirum concessio prius ab Episcopo absoluẽdi à reseruatis facta, non obstante quod post concessionem, ipse delegans, & absoluendæ à reseruatis facultatis concessor in excommunicationem incidat, & excommunicatus vitandus existat.

Nec obstat, quod dum delegatio ad beneplacitũ concedentis facta est, actu in conseruari à tali beneplacito dependet, quæ delegationis conseruatio, cũ sit actus iurisdictionis, & delegans per censuram cũ vitandus est, nempè cum publicus clerici percussor est, vel cẽsuratus, talis. s. per cedulones denunciatus (hi enim excommunicati solummodo vitandi dicuntur) actibus suæ iurisdictionis priuetur, id est inualidè illos exerceat, fit quod Episcopus ad suum beneplacitum absoluendi à reseruatis facultatem concedens, & postea in excõmunicationẽ incidens, ita vt vitandus sit, inualidè, & nulliter hanc delegationem in Confessario, dum excommunicatus vitãdus existit, conseruare queat, nulliterquè proinde Confessarius virtute præfatæ facultatis sibi factæ, à reseruatis absoluat; nam Respondeo, excommunicatos, cum denunciati sunt, priuari actibus positiuis, & positiuis suæ iurisdictionis exercitijs, nam hoc significat, quod tales vsu suæ iurisdictionis priuentur, non verò priuari actibus negatiuis, cuiusmodi est iurisdictionis conseruatio, quæ cõsistit in hoc, quod delegans, iurisdictionem concessam non auferat (vt accidit in hoc casu) & ideò, licet Episcopus post fac-

tam absoluendi à reseruatis Confessario ad suum beneplacitum facultatem, in aliquam censuram incidat, sitquè vitandus, adhuc dictæ facultatis delegatio subsistit, illaquè ad absoluendum Cõfessarius vti potest.

An autem Episcopus, dum excommunicatus vitandus est, absoluendi facultatem alteri concessam reuocare queat; id certò dici non potest, quia excõmunicatus vitandus (vt paulò ante dictum fuit) priuatur actibus positiuis suæ iurisdictionis, ita vt nec licitè, nec validè illos exercere valeat; ergo cum dictæ facultatis reuocatio sit actus positiuus iurisdictionis Episcopi talem facultatem delegantis, illã Episcopus vitandus validè facere nequit, ideòque talis reuocatio nulla, & inualida prorsus est, & pro non facta censetur, potestquè Confessarius, adhuc illa posita, valide fideliũ cõfessiones audire, eisquè benè dispositis absolutionis beneficiũ impertiri.

Quod si quæras, an si audiendæ confessionis licentia ab Episcopo non ad suum beneplacitum, sed simpliciter concessa fuerit, eo postea censurato vitando euaso, illa expiret, ita vt qui [illegible] m habuit, Episcopi excommunicatione durante, eadem vti non possit; sanè cum eo modo facultas hæc conceditur, vt censeatur gratia facta, prout dubio præcedenti explicatum fuit, per concessoris mortem, & si nondũ vsu posita inueniatur, non expirat; secus si tali modo delegetur, vt non gratia facta, sed solum faciẽda reputetur, vt in eodem dubio exemplificatum est. Nec obstat, quod resoluto iure dantis, resoluitur & ius accipientis. *l. lex vectigali*, 31. *ff. de pignoribus*, *l. si ex duobus*, §. 1. *ff. de in diem adiect. & capitulo nuper, de*

do-

donat. inter virum, & vxorem; ergo dum per excommunicationem Superior denunciatus priuatur sua iurisdictione ad absoluẽdum, ea etiam priuari debet Confessor, cui illa à Superiore conceditur, & si per modum gratiæ factæ concedatur; nam ad hoc dico, illud assertum intelligi, quoad ea, quæ habent depẽdentiam successiuã à concedente, & non statim ac concedũtur, in eo cui conceduntur radicãtur, nisi is re concessa vti cæperit, per cuius vsum in eo radicata inueniatur, vt cum alicui delegatur à Superiore aliqua facultas contentiosa, & delegatus nõ dum ea, ante delegantis excommunicationem vsus sit, non verò cum conceditur (vti accidit in casu nostro) aliquod gratiosum, quod gratia facta reputatur, ita vt statim ac conceditur, in eo cui conceditur radicatum iudicetur, & si non dum vsu poni cæptũ sit, vti est absoluendi facultas per modum gratiæ factæ cõcessa. *Barbos. in tract. varijs axiom.* 135. *nu.* 6. *Bonacin. de cens. disp.* 2. *q.* 2. *p.* 5. *num.* 13. *Squil. de priuil. cleric. cap.* 2. *num.* 118. *Sotus disp.* 18. *q.* 4. *art.* 3. *col.* 8. *Auila* 2. *p. cap.* 6. *disp.* 6. *dub.* 3. *fine*, *Syluester Confessor.* 2. *quæsito* 4. *fine*.

Barbos. Bonacin. Squil. Sot. Auila. Sylu.

Verùm id, quod supra dictum est, nimirum quod facultas ad absoluendum à reseruatis ad beneplacitum concedentis habita, cesset per mortem concedẽtis, vel per sui officij abdicationem, procedit, modo res sit integra, idest modo pœnitens nondum confiteri cæperit, si enim cæperit, adhuc potestas ad talem pœnitentem absoluendum durat, nam ius disponens, quod facultas concessa ad beneplacitum concedentis, per mortem ipsius cesset, nempè capitulũ *si gratiosè, de rescript. in* 6. & secundùm Merollã

Merol.

*tom.2.disp.4.cap.6.num.*523. etiam re non integra, atque adeò etiam si pœnitens in casu nostro confiteri cæperit, est conforme iuri diuino, nec ab illo discordat, alias esset iniustum, iniquum, & nullam obligationem induceret, & alioqui cum integritas confessionis, & Sacramenti pœnitentiæ, sicut & cæterorum Sacramentorum sit de iure diuino, quandoquidem Sacramenta petunt ex eorum institutione, & sic de iure diuino, vt postquam semel poni, & confici cæpta sunt, eorum effectum, scilicet gratiam suscipienti, ad illud suscipiendum disposito, & rationabiliter non impedito conferant, & non impediantur: fit quod dictum ius disponens, facultatem ad concedentis beneplacitũ concessam cessare cum concessor obit, & secundum Merollam citatum etiã re non integra, non comprehẽdat concessionem ad absoluendum ad beneplacitum concedẽtis factam, in casu quo res non est integra, idest cum pœnitens confitetur, & in ipsomet audiendæ confessiones acti, Confessarius scit, facultatis concessorem esse mortuum; non enim repugnat, quod vna lex indistinctè loquẽs, per aliam rationabiliter distinguatur, & limitetur. *l. sciendum, ff. qui satisd. cog. l. iuris gentiũ, §. si paciſc. ff. de pactis, iuncta l. transigere, & ibi glos. magna, in fin. C. de transactionibus*, & sic, licet dicti capituli *gratiosè* dispositio generaliter loquatur, tamen limitatur à iure diuino, quod non procedat, cũ eius obseruãtia Christi institutioni, & sacramentorũ integritati aduersatur, vt realiter dicta lex, si generaliter intelligeretur iuri diuino contrairet, nã ex hoc sequeretur, ꝙ Confessarius sciens in actu confessionis audiendæ, cum à quo ad ipsius beneplacitum

excipiendi confessiones licentiam habuit, è vita discessisse, à confessione, quam actualiter excipit auscultanda cessare deberet, redderetur q; per hoc pœnitentiæ Sacramentum, quod confici cæptum erat, quodque subiecto illius hic & nunc, vt supponimus capaci, ac digno conferri debebat, non integrum, & per consequens eius effectus, scilicet gratiæ collatio irrationabiliter impediretur, quod esset contra ius diuinum de reddendo Sacramento integro, postquam semel confici cæptum est, & de eius effectu non impediendo, vt ipsa Sacramenta connaturaliter exigunt; ergo ad hoc absurdum vitandum, dicere debemus, quod in simili casu Confessor, audita morte illius, à quo facultatem fidelium confessiones audiendi ad illius beneplacitum habuit, si res non sit integra, idest si Confessor eiusmodi facultate, cum id scit, vti cæperit, ita vt in actuali alicuius confessione Sacramētali audienda inueniatur, adhuc pergere, illumq; si absolutione dignus sit, validè absoluere valeat. *Sanch. lib. 1. disp. 28. de matrim. n.* 56. 57. 58. & 59. *Merol. de leg. disp.* 4. *c.* 6. *n.* 534. *Maranta in specul. par.* 4. *distin.* 5. *nu.* 70. *Guttier. lib.* 1. *quæst. Can. cap.* 1. *num.* 83.

Sanch. Merol. Marant. Guttier.

Dub. 13. An Nouitij, peccata in Religione reseruata, validè confiteri possint Confessario seculari, vel Regulari, ab Ordinario loci, vbi Monasterium inuenitur solummodò approbatis.

Respondeo affirmatiuè, cum Nouitii nondum professi, obseruantiis monasticis non subdantur, nisi via directiua, scilicet ex quadam æquitate, & per modum consilii, nimirum, vt verè se Religionis obseruantias in illo probationis anno experiri ostendant

dant, sed quoad substantiam facti, remanent veluti seculares,& consequenter, cùm in aliquod peccatum in Religione reseruatum incidunt, reseruationem à Superiore appositam, minimè contrahũt, sed conditionem personarum secularium sortiũtur, quæ si in loco, vbi inueniuntur, Confessarijs ab Ordinario illius loci approbatis confiteantur, eorum confessio minimè vitiatur; Nec dispositio Clementis VIII.& Tridentini de assignatione Confessariorum Nouitijs, apud Peregrinum *in Comment. ad Constit. Theatin.par.2.cap.5.lit.*K. annullat aliter factum, sed loquitur per modum directionis,& consilii, vt supra explicatum est; Tum quia omnes dispositiones, ordinationesquè pœnales contra Religiosos latæ (vt communiter asserunt Doctores) non comprehendunt Nouitios, ex eo quia tales non sunt verè, & propriè Religiosi, ergo nec casuum reseruatio, quæ inter pœnalia aliquo pacto enumerari potest, illos comprehendit. *Molfes.in sum.tom.*1.*tract.* 7. *cap.*14. *num.*81.*Petrus Faij in addit.ad* 3.*par. D.Thom. q.*8. *art.*5.*disp.*6.*Eman.Sà verbo casus,num.*8. *Naldus in sum.verb.Nouitius,num.*7.*Bonac.in Decal.disp.*4. *q.*2. *punct.*7.§.4.*num.*28.*Alphons.de Leon.de potest.Confess. tom.*2.*resolut.*11. *num.* 151. *&* 152. *Bariola in Aphorismis,lit. N.vers.Nouitij à censuris cum Rodriq.Coriolano,Homobono,& Azorio.*

Clem. 8. Tridentin. Peregr.

Molfes. Petr.Faii. Em.Sà. Nald. Bonac. Alphons. de Leon. Bariol. Rodriq. Coriol. Homobo. Azor.

In vno tamen casu Nouitij confessio, facta Regulari ab Ordinario loci tantùm approbato, esset inualida, cùm nimirum Nouitius sciret, talem Regularem non esse proprium Nouitiorum Confessariũ deputatum, quia tunc & si quoad absoluendi potestatem huiusmodi confessio valida esset, quia suf-

ficeret, Regularem esse ab Ordinario loci approbatum, vt supra satis dictum fuit, tamen quia Regularis mortaliter peccaret vsurpando munus alterius Regularis, ad Nouitiorum confessiones excipiēdas specialiter assignati, suamque voluntatem contra implicitam saltem sui Superioris intentionem in re graui exequendo, Nouitius id sciens, huiusmodi peccato Confessarij cooperaretur, ac proindè absolutio, cum tali obice pro tunc in ordine ad ipsummet Confessarium irretractabili recepta, esset inualida; nisi fortè, Superiorem hoc ratum habere ex manifestissimis signis probabiliter supponatur, vel aliqua circumstantia ex parte Nouitij concurrat, in qua præfatus Regularis illū absoluens, nequaquā mortaliter peccet; vt si Nouitij Confessor deputatus illum iniquè absoluere nollet, & alioqui præceptum communicandi, ac per hoc scandalum vitandi vrgeret, & Nouitius se conteri non posse cognosceret, nam tunc Regulari ab Ordinario loci tātùm approbato validè confiteri posset, quia ex parte Confessarij concurreret vera absoluendi potestas ab Ordinario habita, ex alia verò parte, cùm in fauorem Nouitii concurrat ius naturale diuinum de vitando scandalo, & ius naturale absolutum de propria fama seruanda, ac demum ius naturale diuinū, de non communicando in mortali, quæ iura, vtpotè plura, & fortiora, præcederēt illi præcepto positiuo tacito Superioris nō audienti Nouitiorum confessiones, sicut præcederent, etiam si esset expressum (præciso tamen scandalo) quare in his circumstantijs talis Confessarius, alterius Confessarij deputati officium vsurpare minimè dicere-

tur,

tur, ex eo quia id fieret ad maiora proximi mala vitanda, ad quod vnusquisquè ex charitate tenetur, vt fusius dicemus infra dub. 25. & sic talis Nouitius nulli Cõfessarii peccato cooperaretur, ac proindè eius absolutio valida esset.

Dub. 14. An Nouitii accedẽtes à seculo ad Nouitiatum cum casibus proprio Episcopo reseruatis, possint, postquã habitum susceperint, à Confessariis in Monasterio deputatis, sed ab Ordinario loci vbi Monasterium adest, ad confessiones audiendas, minimè approbatis, absolui.

Respondeo affirmatiuè, quia tũc Nouitii sortiũtur conditionem aliorum Monachorum, ac proindè si huiusmodi peccata in Religione quoque reseruentur, siue non reseruentur, sicut hi, tàm à reseruatis, quàm à non reseruatis absolui possunt ab approbatis à Superiore Monasterij tantùm, licet nõ ab Ordinario loci, ita ẽt illi, cum Nouitii in fauorabilibus, veri Religiosi dicantur, ac Religiosorum priuilegijs fruantur. *Lez. a. c. 24. n. 4. 5. & seqq. Bonac. dub. praeced. cit. n. 28. Pereg. vari. lib. 6. nu. 69.* Lezan. Bonac. Peregrin.

Dub. 15. Quid dicendum, si Nouitij non dum habitum Religionis susceperint. An scilicet tunc à casibus eorũ Ordinariis reseruatis, à Cõfessarijs Regularibus Monasterij, in quo habitum monasticum suscepturi sunt, sed ab Ordinario loci ad confessiones excipiendas neutiquam approbatis absolui valeat.

Respondeo id sanè fieri non posse, prout patet ex Concilio Tridentino *sess. 23. cap. 15.* nisi in Monasterijs pleno iure ab Episcoporum iurisdictione exemptis, quæ sint nullius Diœcesis, & immediatè Sedi Apostolicæ subiecta, vt est Primò in nostra Congre- Conc. Trid.

ga-

gatione Regale,ac celeberrimum illud Monasteriũ, seu miraculosissimum Sanctuarium SANCTAE MARIAE MONTIS VIRGINIS de Monte à Sãcto Guilielmo Vercellense Patre nostro diuino numine ducto, primitus tot miraculorum claritate fundatum, multa Oppida cum vasallis, tàm in spiritualibus, quàm in temporalibus habens, situm in quodã Psal. 67. altissimo monte (in quo sanè beneplacitum est Deo habitare in eo) vulgo nuncupato (LA MONTAGNA DI MONTE VERGINE) cuius Montaneæ absolutum vndequaque dominium, tàm scilicet vtile, quàm directum, ad præfatum Monasteriũ spectat, vt ex multis Regiis donationibus, ac permutationibus, aliisquè antiquis, authenticisquè scripturis, quę in Archiuio eiusdem Monasterii conseruantur apparet; cuiusque Montaneæ confinia, seu termini, per duodecim ferè milliaria circum circa illam ambiũt, quique à parte Meridionali vnius milliaris spatio circiter ab Oppido Mercuriani, eidem Sacro Monasterio subiecto distant. Secundo Monasteriũ Sancti Saluatoris de Guleto, quod vulgo dicitur, *la Badia di San Goglielmo*. Tertio Monasterium Sancti Ianuarii de Feudo, propè Montem Fusculum, aliaquè plura, vbi Ordinarii approbatio minimè desideratur, sed sufficit approbatio Superioris eiusdem Monasterii, qui est illius loci Ordinarius, quæ omnia Monasteria iurisdictionẽ, & vasallos habẽt, prout supra de Sacro Monasterio Mõtis Virginis dictũ fuit.

Habẽt etiam territoriũ seu districtum separatum ab aliorum Episcoporum Diœcesibus, vt ex nostris Apostolicis priuilegiis pluries declarauit Sacra Rota, occasione litis Monasterii Sancti Saluatoris

de

de Guleto cum Episcopo Sancti Angeli Lombardorum, in vna Sācti Angeli Lombar. seu nullius iurisd. coram Peutigero sub die 10. Februarii 1640. & in alia coram eodem etiam Sancti Angeli Lombardorum, seu nullius, sub die prima Iunii 1640. & aliis, quæ causa iam in Sacra Rota per tres sententias terminata fuit, & coram Dunozetto dictum, Monasterium, & Casale Sancti Saluatoris de Guleto esse nullius Dioecesis, & habere territoriū separatum, & distinctum à Dioecesi S. Angeli, aliisq; & Abbatem Generalem nostrū esse illius loci, & districti Ordinarium priuatiuè, quoad Episcopū S. Angeli Lombardorū, aliosq; Episcopos; Verū in dictis Monasteriis dicitur loci Superior Ordinarius, dūmodo ibi ab Abbate Generali, eius Vicarius Generalis cōstituatur; Vicarius autem Generalis, veri Ordinarii nomen habet, prout patet ex glossa *in cap. Romana, vers. Generaliter, in principio, de appel. in 6.* Nec repugnat Episcopum, seu Supremum loci Ordinarium, vt est Abbas noster Generalis, qui est Ordinarius in omnibus Oppidis in tēporalibus, & spiritualibus Sacro Monasterio Montis Virginis de Monte subiectis plures Vicarios Generales in sua Dioecesi, seu sua iurisdictione constituere, vt de iure fieri posse conceditur in capitulo *quoniam in plerisque, de officio Ordinarij*, & tenet Sbrozzius *de officio Vicarij, lib. 1. q. 50. num. 4.* Sbroz. Zerola *in Prax. Episc. prima par. verb. Vicarius*, Merolla *tom. 3. disp. 7. cap. 6. dub. 10. num. 79.* Barbosa *de potestate Episcopi, alleg. 54. nu. 126.* & alii apud ipsos. Quod si in dictis Monasteriis loci Superior Vicarius Generalis neutiquam constituatur, remanet ibi Vicarius foraneus cum delegatione, vt fieri solet, non-

Zerol. Merol. Barbos.

nul-

nullorum actuū, & de reliquo in aliis rebus arduis, Abbatem Generalem, vel eius Vicarium Generalē in tota iurisdictione deputatum certiorem facere debet, eiusquè iussa exequi, atque adeò tunc ibi audiendæ Confessionis licētiam dare minimè potest. An autem id, quod supra de Nouitiis dictum est, quod scilicet possint in præfatis Monasteriis pleno iure, prout supra ab Episcoporum iurisdictione excēptis, à reseruatis eorum Episcopis, ante, & post habitus susceptionem à Regularibus ab ipsorum Superioribus ad confessiones audiendas solummodo, & à nullo Ordinario approbatis absolui, etiam de censuris eorum Episcopis reseruatis dici valeat, quod scilicet ibi ab illis, absque vlla Ordinariorum habita licentia, sed per Confessarios Regulares à propriis dūtaxat Superioribus Regularibus approbatis, absolui possint, patebit ex infra dicēdis dub. 38. & 39.

Dub. 16. Vtrum Nouitii validè confiteri queant Confessoribus, non pro ipsis, sed pro Monachis tātum designatis.

Respondeo negatiuè, cū stante tali deputatione, alijs Monachis, facultas pro Nouitiorum confessionibus excipiendis delegata minimè censeatur. Nisi fortè Confessor, id Superiorem ex clarissimis signis ratum habiturum supponat, vel si Confessarius deputatus, iniquè aliquem Nouitium absoluere recusset, & periculosum sit, Nouitium apud maiorem Monasterij Prælatum conqueri, ab illoquè exposcere, vt alteri Confessario absoluendi facultatem deleget, puta quia Superior conijcere posset, Confessarium deputatum, tali Nouitio ob aliquod graue peccatum absolutionē denegasse, ex quo Nouitius

graue

graue damnum sibi eueturum timeret, nempè quod Superior iniustè, idest nulla prorsus causa realiter subsistente, illum propter hoc à Religione expelleret, vel quid simile; tunc enim si necessitas communicandi vrgeret, & Nouitius huius actionis omissionem aliqua tergiuersatione, seu aliqua iusta excusatione, seu fictione effugere nequiret, vel saltem cõtritionem habere non posset, ad scandalum, & irreuerentiam Sacramenti vitandam, stante tali iniqua absolutionis denegatione, huiusmodi Nouitio alteri Regulari, etiam pro Nouitiorum confessionibus minimè deputato, validè confiteri liceret, præsertim si alium Regularem ab Ordinario loci approbatum opportunè habere nõ posset; ex eo quia Papa ad huiusmodi incommoda, seu maiora mala vitanda, tali Regulari absoluendi facultatem tacitè concedere censeretur, prout in simili dicemus etiam infra dubio 25. vbi alias etiã rationes quoad hoc inuenies; Nec præceptum positiuum Concilij Tridentini *sess.* 23. *cap.* 15. *de reformatione*, de procurando, seu de cõfitendo Confessario, absoluendi facultatem delegatam habenti obligat cum propriæ famæ, seu grauis damni dispẽdio, cum præcepta positiua in similibus circumstantijs, nequaquam locum habeant, vt communiter asserunt Doctores. Ita in simili tenet Reginaldus, Rodriquez, & Hẽriquez infra eodem dubio 25. citandi. Conc. Trid. Reginald. Rodriq. Henriq.

Dub. 17. An peregrini incurrant casus reseruatos in loco, per quem transeunt, si ibi Superiorum præcepta non obseruent.

Respondent affirmatiuè quamplures, & quidem grauissimi Doctores, si ibi quoad illa præcepta quo-

rum obseruantia à tempore dependet, tantum morentur, quantum ad illorum obseruantiam necessarium est, ac pro negotiis expediendis superest; nam videmus, quod si locorum Superiores, illos postea puniant, nullus de hoc scandalizatur, nec Superiores, etiam timorati, de punitione sibi conscientiam faciunt; ergo signum est, quod punitio non est iniusta, & consequenter supponit transgressorum culpã, & culpa obligationem; Tum quia æquum est propter bonum Reipublicæ, quod peregrini vbi inueniũtur, quoad morum directionem, & correctionem, alicui capiti, seu Superiori illius loci, secundum eiusdẽ loci dispositionem subdantur, alias videretur hoc esse contra ordinem naturæ, seu dictamen rationis, nempè, quod darentur in Republica, seu communitate aliqua membra, & nulli capiti pro tempore subiecta. Ex quo etiam patet, quid à fortiori dicendũ de vagis, nullibi fixum domicilium habẽtibus. *Suar. de Religione, tom. 1. lib. 2. cap. 14. num. 8. & de leg. lib. 3. cap. 33. num. 3. Ortiz in sum. cap. 19. mand. 2. nu. 12. fine. Nauar. in manu. cap. 13. num. 5. & cap 23. num. 120. Lorca in 1. 2. tom. 2. trac. de leg. disp. 25. membr. 4. fine. Azor. p. 1. lib. 5. cap. 11 q. 13.*

Suar. Ortiz. Nauar. Lorca. Azor.

Dub. 18. An posito, quod in vno loco sit casus reseruatus non ieiunare in vigilia alicuius Sancti, nõ verò in alio loco alterius Diœcesis, si Incola primi loci tunc ab illo discedat, & consultò transeat ad secundum, & ibi non ieiunet, incurrat casum reseruatum contra non ieiunantes.

Respõdeo negatiuè, quia hic, & nunc in loco, vbi talis inuehitur, non adest præfata ieiunandi obligatio, & alioqui obligatio ieiunandi loci vndè discedit,

est

est affixa illi loco,& consequenter in alio vim habere non potest,nec ex alia parte tale ieiunandi præceptum ad aliud obligat,quam ad sui obseruantiam, non verò,vt quis à loco,vbi latum est non discedat, ad hoc vt illud ibi seruet; Quare si quis tunc indè discedat,& in alio loco, vbi ab obligatione eximatur se constituat,vtitur iure suo,ac proinde nullam fraudem,seu peccatum committere dicitur. *Fagundez de praeceptis Ecclesiæ,tract.1.lib.1.cap.7.num. 7. Diana par.prima,tract.10.resolut. 14. Villalob.in sum.tom.1. tract.2.dub.34.num.2.Sanch.in sum.tom.1.lib. 1. cap. 12.num.35.* Fagund. Diana. Villalob. Sanch.

Dub.19. An Episcopus,ferens excommunicationem,per statutum sibi contra Parochos, seu Canonicos non residentes reseruatam, si isti de facto extra Dioecesim se conferant,& non resideant, excõmunicationem,ac reseruationem incurrant; ratio dubitandi est, quia licet excommunicatio per modum sententiæ extra territorium liget,cùm respiciat personas præcipienti,seu prohibenti subiectas, excommunicatio tamen per modum statuti,id non habet,ex eo quia respicit territorium, extra quod ius dicenti,impunè non paretur, *l.fin.ff. de iurisd. omn. iudic.*& consequenter non ligat personas extra illud delinquentes.

Respondeo affirmatiuè, quia ibi talis delinquere censetur,vbi actus præceptus exercendus erat, *l.qui non facit, ff. de reg. iuris*, cùm autem Canonici, seu Parochi intra proprij Episcopi Dioecesim residere teneantur,posito quod ibi non resideant, ibi delinquere moraliter iudicantur, ac proindè huiusmodi excommunicationem reseruatam incurrunt, & ad

legem illam supra citatam,nimirum quod extra territorium ius dicenti impunè non paretur,inter cæteras sui explicationes,dico quod intelligitur, quādo alias actus præceptus intra præcipientis territoriū nequaquam est executioni mandandus. *Sayr. lib.* 1. *cap.* 7. *num.* 10. *Squillant. de priuil. cleric. cap.* 2. *num.* 65. *Bonac. de censur. in communi, disp.* 1. *q.* 1. *punct.* 11. *n.* 7. *Bariol. in Aphoris. lit. E. vers. Episcopus excommunicare non potest.*

Sayr. Squil. Bonacina. Bariol.

Dub. 20. An Episcopus ferēs excommunicationem sibi reseruatā contra fures, qui in sua Diœcesi surripuerunt,nisi intra tot dies restituant, si huiusmodi fures exteri sint, & extra Diœcesim, dum sit tale præceptum inueniātur (quod tamen non ignorent) si postea tempore præfixo non restituant, excommunicationem reseruatam incurrant.

Bonac. Filiuc.

Respondent affirmatiuè Bonacina *dub. præced. cit. num.* 18. & Filiucius *tract.* 11. *n.* 75. nam fures,ratione delicti patrati intra territorium Episcopi,statim effecti sunt illi subditi in omnibus, quæ tale delictū concernunt,& sic huiusmodi excommunicationem reseruatam contrahunt,nisi mādatis obediant,quāuis Coninc. *disp.* 13. *dub.* 7. *num.* 57. requirat, vt fures existant intra territorium Episcopi offensi, dum edictum de restituendo fertur. Idem etiam eadem ratione dicendum,quando causa inchoata fuit in aliquo Tribunali,& Reus domicilium mutat, tūc enim vbi causa inchoata fuit,Reus conueniri potest, & excommunicari,nisi accedat. *capitulo proposuisti, de foro compet. & l. si quis, ff. de iudicijs*, supponitur .n. is per hoc subditus illi Tribunali effectus. *Filiuc. supra cit.*

Coninc.

Dub.

Dub.21. An excommunicatio reseruata, lata contra occidentes in Ecclesia incurratur ab eo, qui extra Ecclesiam existens, iacit sagittam in aliquem intus Ecclesiam existentem, illumquè ibi occidit, vel lethaliter lædit, etiam si læsus postea extra Ecclesiā moriatur.

Respondeo affirmatiuè, quia tunc occisio intra Ecclesiam consummata censetur; secus verò dic, si occisor intus Ecclesiam existat, & sagittam in aliquem extra Ecclesiam iaciat, & si postea sic vulneratus intus Ecclesiam moriatur, contraria ratione. *Suar. de censuris, tom. 5. disp. 5. sect. 4. nu. 9. & 10. Cornescio in tertiam partem D. Thomæ, tract. 5. de censuris in genere, disp. 6. dub. 2. adductus à Diana, 5. par. tract. 9. resol. 37. vers. sed obiter, Alterius lib. 3. disp. 9. cap. 5. col. 9. vers. sed obijcere, Bonac. dub. preced. cit. num. 11. & 12.* Suar. Cornescio. Diana. Alter. Bonac.

Dub. 22. Dictum fuit per Auctorem in Practica 4. de sacramētali confessione dub. 11. vers. secūda, posse casum reseruatum in vno loco, in alio loco vbi non est reseruatus absolui, huic tamen doctrinæ obstare videtur Decretum Clementis VIII. editum sub die 9. Ianuarij 1601. vbi sub grauissimis pœnis, & censuris prohibetur Confessarijs, nè à casibus Papę, & Ordinarijs locorum reseruatis, præterquam in articulo mortis absoluant. Clem. 8.

Respondeo, tale Decretum intelligi de Ordinarijs respectiuè, nimirùm, quod Confessarii non possint absoluere à casibus reseruatis Ordinariis locorum, vbi ipsi Confessarii inueniuntur, quod in casu nostro non accidit, cùm supponamus, casus, quos Confessarii absoluunt, non esse reseruatos Ordina-

Filiuc. tio loci, vbi ipsi confessiones excipiunt, vt benè Filiucius *tract.7.num.284.vers.non obstant.*

Nec obstat, quod si hoc verum esset, posset quis ab vno loco, vbi iam casum reseruatum incurrit, discedere, & ad alium locum, vbi non est reseruatus se conferre, vt ibi absoluatur, & sic fraus illi patrocinaretur, contra regulam illam. *capituli sedes, & capituli ex tenore, de rescriptis*, vbi habetur, fraudem nemini patrocinari debere; nam Respondeo, quod nullus videtur dolo facere, qui iure suo vtitur, *Reg. nullus uidetur, 55. de reg. iu. & l. 3. v. is tamen, ff. de lib. hom. exhib.* Et sic cũ nulla lex, seu Superioris preceptum, pœnitentem ad non discedendum astringat, is discedendo vtitur iure suo, ac proindè nullam fraudem committere dicitur; Quod sanè à fortiori procedit in sententia illorum, inter quos est Suarez *tom. 5. de censur. disp. 5. sect. 5. n. 14.* Layman. *lib. 1. tract. 4. de legibus, c. 11. n. 1.* Vgolinus *de censur. tab. 1. c. 9. §. 4.* & alii, qui tenent, absentes non teneri legibus proprii territorii, teneri verò particularibus præceptis, sibi nominatim factis, quia lex de se primo respicit territoriũ, (ex eo quia lex pro territorio tantum fit, alias ius dicenti, extra territorium impunè non paretur. *l. vlt. de iurisdict. omnium iudicum, & cap. 2. de constit. in 6*) Secundario respicit personas, præceptum verò de se primo respicit personas, easquè afficit vbicunque accedant; Reseruatio autem casus, præterquã quod respectu pœnitentium non se habet vt lex, neque vt præceptum, prout patebit ex infra dicendis, tamen dato, quod hoc verum esset, non est præceptum aliquod nominatim pœnitenti factum, quod extra territorium præcipientis, seu reseruantis locum habe-

(Margin: Suar. Layman. Vgolin.)

re

e posset, ita vt pœnitentem illic ad abstinendum à confessione reseruatorum facienda obligaret.

Nec item obstat, quod idem etiam de excommunicatione reseruata dici posset, nimirùm, quod quis in vna Diœcesi excommunicationem reseruatam contrahens, in alia vbi nō est reseruata absolui posset, cum non minus casus, quam excommunicationes Episcopis reseruatæ absolui posse prohibeātur, vt patet ex Decreto Sac. Congreg. Regularium iussu Pauli. V. edito sub die 7. Ianuarii 1617. nam Respondeo, diuersam esse rationem de absolutione à casibus, ac ab excommunicationibus Ordinariis locorum reseruatis, nam quamuis Summus Pontifex vtrumq; prohibuerit, tamen hæc duo prohibuit prout in se illicita erant, nimirùm, prout præiudiciū locorum Ordinarijs afferebant; absoluere autem ab excōmunicatione reseruata in alia Diœcesi, vbi non est reseruata, in se illicitum est, quia de iure cōmuni prohibetur, excommunicationem ab vno Episcopo latam, ab alio absolui posse, prout patet ex cap. *Pastoralis*, §. *Praterea*, & ex Canone 47. Cōcilij Nicæni Arabici, vbi habentur hæc, *nullus Episcopus soluat, quem alius Episcopus ligauit*, & ex cap. *verbum d.* 1. *de pænit.* vbi dicitur (*par est ius soluēdi, & ligandi.*) Quod tamen intelligitur de excommunicatione reseruata, nam si non sit reseruata, sed generaliter tantum lata, qui eam tulit, illius absolutionem cuicumque Confessario delegare censetur, prout colligitur ex capitulo *nuper, de sententia excommun.*) Cōtra verò, casuum reseruatorum absolutio in aliena Diœcesi, vbi non sunt reseruati in se non est illicita, quia casuum reseruatio non est pœna, nisi im- Cōc. Nic

propriè,

propriè, seu indirectè, & occasionaliter tantum sumpta, ex parte scilicet pœnitentium, ob difficultatem inueniēdi Confessarium habētem casus reseruatos, qui eos absoluere possit; nec est censura, quæ de iure cōmuni ab alio absolui posse prohibeatur, quā ab eo, qui eā tulit, seu apposuit, vt de excōmunicatione reseruata diximus; Nec alioqui vllum præiudiciū per hoc Episcopo reseruanti affertur, cum nullū eius præceptum violetur, nam casuum reseruatio nihil est aliud, quam quędam prohibitio, facta solum Cōfessariis reseruanti subiectis, nè illos absoluant, non verò pœnitentibus, nè absolutionem recipiant, ac proindè nec Confessarios alterius Diœcesis, nec ipsos pœnitentes respicit; ergo hi ab illis absque vlla iuris communis transgressione, & reseruantis pręiudicio absolui possunt; ergo signum est, quod in se casuum reseruatorum absolutio in aliena Diœcesi vbi non sunt reseruati, licet, idquè praxis ipsa, quæ est optima legum, ac rerum controuersarum interpres, à locorum Ordinariis sibi casus reseruantibus, & interesse patientibus scita, & tolerata, testatur. Quo posito, cum vt supra diximus Summus Pōtifex casuum, & excommunicationum locorum Ordinariis reseruatarum absolutionem prohibuerit, prout in se illicita erat, & excommunicationum reseruatarum tantum, & non casuum absolutio extra Dięcesim reseruantis, ex probatis sit illicita, sequitur, quòd excommunicationes reseruatas simpliciter, & absolutè, scilicet tàm extra, quàm intra, casus verò respectiuè, scilicet intra Ordinariorum reseruantiū Dięcesim per præfata Sacr. Congregationis decreta Summus Pontifex absolui posse prohibuerit.

Dub.

Dub.23. An mortuo, vel amoto Episcopo, casus ab ipso reseruati statim expirent, ita vt quilibet Cõfessarius ab iis absoluere possit.

Respondeo affirmatiuè, nisi sint reseruati per Synodum, quia tunc reseruatio habet rationem legis, quæ semper durat, etiam mortuo conditore. *Faustus de pœnitentia, lib.8.q.29. Victorell. in Add. ad Sà, verb. casus reser. num.9. cum Molina.* Faustus Victor. Molin.

Dub.24. An cum Episcopi sibi sacrilegium reseruant, omnes sacrilegii species reseruari intelligãtur.

Respondeo negatiuè, sed tres solum sacrilegii species, puta cum locus sacer, furto, semine, vel sanguine violatur, nam in rigore absolutè loquendo nomine sacrilegii, istæ tres species principaliter veniunt, & alioqui verba in pęnalibus (quorum speciẽ aliquo pacto, vt supra dubio 22. dictum fuit, peccatorum reseruatio induere videtur) secundum communiorem loquendi modum, ac eorum sensum accipi, & non extra extendi debent, *capitulo ex litteris, de sponsal. & l. non aliter, ff. de leg.* 3. Quare non intelligitur reseruatum peccatum carnis à Sacerdote commissum, monialium violatio, &c. nisi fortè Episcopus expressè omnes sacrilegii species sibi reseruet. *Suar. Presb. secularis in Enchirid. lib.5. verb. Confessor, pag. 349. vers. omne sacrilegium; Lopez par. 1. Instructorij, cap. 73. Sayr. lib.8. cap.5. num.21. & Constãtinus de Notarijs in eius compend. 1. p. cap. 5. vers. illud tamen adnotandum, Sà verb. casus, num.4.* Suar. Lopez. Sayr. Constant. de Notar. Em. Sà.

Dub.25. An Superiore iniustè à reseruatis absoluendi denegante facultatẽ, possit nihilominus pœnitens à reseruatis absolui.

Respondeo affirmatiuè (quidquid sit de foro ex-

terno) si tunc pœnitens sit debitè pro absolutione recipienda dispositus, nullaquè subsit differendę absolutionis causa, pęnitensquè v.g. valetudinarius sit, inimicitias habeat, vel urgeat communicandi præceptum, seù necessitas ad scandalum vitandum, & pęnitẽs se contritionẽ saltẽ habere minimè noscat; nam quilibet Sacerdos habet ex vi ordinis sacerdotalis de iure diuino facultatẽ absoluendi à peccatis, & de iure positiuo tantùm est, nempè ex determinatione Concilii Tridentini *sess. 23. c. 15. de reform.* vt nullus à peccatis absoluere possit, nisi facultate ab Episcopo loci obtenta, cùm autem quis est debitè dispositus, & absolutionem petit, nisi absoluatur, vel constituitur in periculo damnationis, vt in casu supra posito inimicitiarum, & valetudinis (facilè enim, stantibus huiusmodi circumstantijs, accidere potest, vt is moriatur, occidatur, &c. & cum mortali decedat, & damnetur, præsertim si dispositio, quàm habet sit attritio) vel scandalum cæteris præbet, vt in casu iam posito necessitatis communicandi, in quibus casibus Confessor de iure naturali diuino, nimirùm ex charitate, si non sit Curatus, ex iustitia etiam, si sit Curatus, pęnitenti in his necessitatibus constituto succurrere, ac ab huiusmodi periculis, illum absoluendo, liberare tenetur, dum alioqui adhuc de iure diuino sufficientissimam ordinis potestatem habet, vt supra dictum est; nec tenetur obseruare illud ius positiuum de facultate delegata ab Episcopo obtinenda, quia concurrentibus duobus iuribus, fortius præcedit, quod in casu nostro est ius diuinum, de proximo in extrema, seu graui spirituali necessitate constituto subueniendo, quod iuri

Conc. Tri.

po-

positiuo Tridentini postponi non debet; tum quia potestas data Superiori, est ad ædificationem, & nõ ad destructionem, ergo ius Tridentini citatum, Superiori iniustè absoluendi facultatem denegãti, suffragari non potest, sed in hoc casu necessitas facit licitum, quod erat iure illicitum, *de reg. iuris, reg.* 4. *extra*. Tum quia in simili casu ad huiusmodi incommoda, seu mala vitanda Summus Pontifex absoluẽdi facultatem, simplici Sacerdoti tacitè committere censetur, nimirum omni exposito Confessario, & sic tenet Reginaldus *lib.* 8. *num.* 85. Rodriquez *in summ. par.* 1. *cap.* 55. *num.* 12. Henriquez *lib.* 6. *cap.* 15. *num.* 6. Cãdidus *in suis Disquisitionibus*, *tom.* 2. *disp.* 24. *art.* 68. *dub.* 8. *vers. dico duodecimo*, Coriolanus *de reseruatis. prima par. lectione prima, art.* 17. *num.* 5. & 6. Toletus *in summa lib.* 3. *cap.* 13. *cũ Syluestro, Adriano, Paludano, Riccardo, & Nauar.*

Reginald. Rodriq. Henriq. Candidus. Coriol. Tolet. Syluest. Adrian. Palud. Riccard. Nauar.

An autem pœnitens taliter à reseruatis absolutus, censeatur ab illis directè, non verò indirectè absolutus, ita vt amplius eorum directam absolutionem à Superiore, cui erant reseruata procurare minimè astringatur, certè supposita sẽtẽtia, quod Papa in hoc casu censeatur dare Confessario absoluendi facultatem, seu in eo illa remanere, dico quod si pœnitens reseruata tantum confiteatur, eorum absolutionem directam ab eo, qui ab illis absoluere potest procurare amplius non tenetur, quia dum non cõfitetur, nisi reseruata, non potest ab illis nisi directè absolui, & sic hæc facultas illa directè absoluẽdi in eo remanere, seu à Papa suppleta cẽsetur; peccata autem, quæ semel directè absoluuntur, alia directa absolutione non indigent, vt absoluantur; si verò

pœnitens cũ reseruatis, alia peccata mortalia nõ reseruata cõfiteatur, tũc cẽsetur in Confessario remanere, seu in eo à Papa suppleri illa absoluendi facultas, quę sufficit ad hoc, vt pęnitẽs sit tutus in cõsciẽtia si moriatur, dignèq; communicari possit; & quia cum in casibus contingẽtibus iniustè ab Episcopo, vt in casu nostro, denegatur alicui Confessario facultas absoluendi à reseruatis, denegatur etiam facultas absoluendi directè nõ reseruata, cum quibus reseruata sũt cõiũcta, ex quorũ directa absolutione, reseruata indirectè absoluta remanere possent; ideò in huiusmodi Confessario, cui iniustè denegata fuit facultas absoluendi reseruata, & tacitè etiam facultas absoluendi directè non reseruata, censetur remanere, seu in eo à Summo Pontifice suppleri facultas absoluendi directè non reseruata, ex quorum absolutione remanere possint absoluta indirectè reseruata quantum satis est pœnitenti, vt sit tutus in cõscientia, dignè Eucharistiam recipere valeat, & scãdalum vitet; ideòq; cum in hoc casu remaneant indirectè absoluta reseruata, tenetur postea pœnitens ab eo, qui id potest, eorum directam absolutionem procurare. Quod si pœnitens aliquam censuram reseruatam, etiam cum peccatis reseruatis haberet coniũctã, quia in eo euentu ex benigna Summi Põtificis voluntatis interpretatione, vt in simili dicemus infra dubio 32. censeretur cẽsuræ reseruatę effectus solummodo remanere suspensus, nè peccatorum absolutionem impedire posset, sed quoad substantiam censura sublata non foret, ideò adhuc ipse pęnitens illius absolutionem ab eo, qui illam absoluere quiret, procurare teneretur, & eum Con-

fessa-

fessarius de his obligationibus admonere.

Dub. 26. An Episcopus virtute Tridentini *sess. 24. cap. 6. de reformatione*, possit absoluere vagum, vel peregrinum à casibus occultis Summo Pōtifici reseruatis.

Respondeo affirmatiuè de vago, is enim cùm nullibi fixum domicilium habeat, vbi inuenitur, statim perfectam subiectionem acquirit, etiam si animum ibi habitandi maiori anni parte non habeat: de peregrino verò, alii negatiuè respondent, nam Tridentinum requirit, vt absoluendus sit subditus, cum autem peregrinus non sit subditus Episcopo loci, vbi inuenitur, consequenter de peregrino id negant, sed tantùm id fieri posse concedunt, cùm peregrinus sit subditus ratione delicti, vt cum in loco, vnde transit, committit aliquod delictum occultum, Papæ reseruatum, tunc enim à tali delicto, ab Episcopo loci, vbi inuenitur absolui posse asserunt, ex eo quia fit illi subditus ratione delicti; Alii verò de peregrino affirmatiuè etiam sicut de vago respondent, dicentes, istos quātum est ex se, quoad Sacramentum pœnitentiæ, fieri subditos Episcopo loci, vbi pro tempore inueniuntur, cùm videamus, illos nisi ab Episcopo loci, vel ab approbatis ab ipso, à peccatis absolui non posse, & hanc tantùm subiectionem sufficere, vt à pecatis, & censuris Papæ reseruatis, ab Ordinario loci, vbi inueniuntur, absolui queant, non verò, vt ab eodem dispensari valeant in irregularitatibus, suspensionibus ab officio, aliisquè pœnis, cùm quoad hoc nullo modo, quantum est ex se Episcopo alieno in itinere subdantur; sed quantū attinet ad rationem, hæc distinctio de absolutione à

pec-

peccatis,& de irregularitatum, aliarumque pęnarū dispensatione,vniuersaliter locum habere mihi non probatur, si.n. peregrini quantum est ex se,præcisa Tridentini concessione supra citata, Episcopo loci vbi inueniuntur, quoad absolutionem ab excommunicationibus Papæ reseruatis nullo pacto subduntur, & tamen hoc non obstante, posita Tridentini concessione,ab ijs absolui posse,contrarij vltrò concedunt, ita etiam, & si præcisa Tridentini concessione peregrini quantum est ex se huiusmodi Episcopo, quoad irregularitatum,aliarumque pœnarum dispensationem minimè subdantur, posita tamen præfata concessione, in ijs dispensari posse asserendum est, eo vel maximè quia ex Tridentino loco supra citato, omnem subiectionem,etiam in Sacramento pęnitentiæ acquisitam,quod hoc sufficere videtur,ibi,*quoscunque sibi subditos*.Vide Faustum *de pœnitentia,lib.*8. *quæst.* 27. Barbosam *in collectan.DD.super Trid.sess.*24.*de reform.cap.*6. *nu.* 50. *&* 51.Nouarium *in singul.iuris canon.conclus.*2.*nu.*2. Naldum *in sum.verbo absolutio à peccatis*, *n.*9. Suarez *tom.*4.*de pœnitentia,disp.*30.*sect.*2.*num.*3. Candidum *in suis disquisitionibus,tom.*1.*disqu.* 3. *art.* 24. *dub.* 1. *vers. dico secundo,& dub.*2.Sãchez *in decal.lib.*2.*cap.* 11.*num.*8. *&* 9.Rodriquez 1.*par.sum.cap.*55. *nu.*5. Aragon 2.2.*q.*88.*art.*12.§. *si quis autem, vers. sexta conclus.*Hẽriquez *lib.*6.*de pœnit.c.*14.*n.*8. diuersimodè quoad hoc sentientes. An autem hoc intelligi debeat vniuersaliter de absolutione ab omnibus casibus,etiam in Bulla Cęnæ Domini Summo Põtifici reseruatis,vide infra in Additione ad Practicã 5.Dubio 15.

Faust. Barbos. Nouar. Nald. Suar. Candidus. Sanch. Rodriq. Arag. Henriq.

Dub.

Dub. 27. An quis habens peccata reseruata, si confiteatur alicui Sacerdoti, qui non sit ab Episcopo approbatus, & illum bona fide à venialibus absoluat, & pro mortalibus reseruatis ad Superiorem remittat, talis absolutio valida sit.

Respondeo negatiuè, quia in tantum simplex Sacerdos ex tacita Ecclesiæ concessione, absque vlla Ordinarii loci approbatione, seu licentia, absoluendi à venialibus facultatem habet, in quãtum venialia non sunt coniuncta cum mortalibus, vt ex ipsamet Praxi liquidò constat, ergo dum cum prædictis sunt annexa, illa Sacerdos ex defectu iurisdictionis, absoluere nullo modo potest, nisi fortè ex parte pęnitentis concurrat communis error, idest si talis Confessarius communiter pro Confessario approbato habeatur, quia communis error dat iurisdictionem, vt probauimus supra in Additione ad Practicam quartam de Sacramẽtali Confessione Dubio 28. idquè eo magis procedit ex sententia illorum, qui volunt ad validitatem absolutionis, cum communi errore, non requiri titulum coloratum, quos videre est in eadem practica mox citata dub. 29. Qui tñ communis error in casu nostro non suppleret in Cõfessario facultatem absoluendi reseruata directè, scilicet absque onere ea postea cõfitendi habenti facultatem illa absoluendi directè, quandoquidem per communem errorem in dicto Confessario suppletur facultas tantum ad faciendũ id, quod ipse legitimè ex communi errore facere posse putatur, atque adeò ad absoluendum directè venialia (quæ alias, dum sunt coniuncta cum mortalibus, absoluere nullo modo poterat, hancquè id

fa-

faciendi facultatem non habebat) & per eorum directam absolutionem, ad absoluendum indirectè reseruata, sicut realiter pœnitentes se ab eo tali modo ex cõmuni errore absolui posse existimaret. Verum totum hoc intelligitur, Primo, modo pœnitens dolorem etiam de reseruatis habeat, ac de illis simul cum venialibus se accuset, alias confessio erit inualida, ea enim in tantum valida est, in quantum pęnitens saluari potest, si tunc moriatur, non potest autem saluari, nisi peccata reseruata per illã remittantur, non directè, cum præfatum Confessarium absoluendi facultatem (scilicet directè) super casus reseruatos nequaquam habere supponamus; ergo indirectè, quia scilicet per absolutionem confertur gratia, quæ cum peccato mortali stare non potest, & sic illa peccata supra, quæ Confessarius auctoritatẽ habet, expellit directè, supra quæ vero auctoritatẽ non habet, expellit indirectè, aliàs cum per peccatum quis constituatur Dei inimicus, & per gratiam Dei amicus, si gratia in pęnitente omne peccatum mortale, quod in illo inuenit, siue directè, siue indirectè non expelleret, pęnitens simul esset Dei amicus, & inimicus, quod repugnat: ad hoc autem, vt gratia per Sacramentum pęnitentię pęnitenti collata, peccata reseruata indirectè remittat, requiritur, vt pęnitens huiusmodi peccata proximam materiam præfati Sacramenti constituat, nimirum vt de illis doleat, eaquè Confessario manifestet, alias forma talis Sacramenti super illa peccata nullo modo cadere posset, non enim dignus est quis, vt fiat Dei amicus, eiquè Dei offensæ remittantur, nisi de illis se accuset, & doleat, vt ex scripturis, Cõcilijs, &

Patribus manifestè apparet, idq; communiter omnes fatentur.

Nec obstat, quod in confessione licet reticere aliquod peccatum, etiam si lethale sit secundum communem Doctorum sententiam, in casu quo pœnitens, ex huiusmodi peccati confessione magnum damnum sibi euenturum putet, vt si ipse Confessarij fratrem occidisset, quod sanè si Confessarius sciret, vtiquè pœnitentem postea de medio tolleret, vel ei grauiter noceret; in hoc enim casu omnes communiter sentiunt, pœnitentem, tale peccatum licitè occultare posse, animo illud postea habita Confessarij copia, cui sine præfato periculo confiteri valeat, confitendi; & tamen nullus dicit, quod hæc confessio nulla sit, sed quod sit valida omnes affirmant, per hoc scilicet, quod dictum peccatum, quod in confessione honesto fine reticetur, etiam si Confessario nō pateſiat, indirectè, modo quo supra dictum est, remittatur; ergo in vniuersum, verum nō videtur, quod ad hoc vt peccatum indirectè remittatur, opus est vt confessionis materia constituatur, & vt in confessione Sacerdoti propaletur; nam Respondeo, quod illud peccatum, quod pœnitens sine periculo vitæ, vel sui maximi damni in confessione dicere potest, confessionis materiam necessariò cōstituere debet, ad hoc vt cōfessio formaliter integra sit, idest, vt omnia peccata, quæ Confessario sine periculo vitæ, vel sui maximi nocumenti confiteri potest, illi aperiat, quod est, q Doctores cōmuniter fatentur; non verò ad hoc tenetur qn̄ peccatum sine periculo vitæ, vel maximi ipsius damni Confessario aperire non potest; nullus enim Doctor, quod

viderim asserit, similem culpam confessionis materiam, saltem explicitè, vt tale peccatum in specie est, fieri debere; & ideo quando quis confitetur venialia, & simul ēt reseruata simplici Cōfessario, qui ex cōmuni errore in ordine ad absoluendū indirectè reseruata, legitimus Confessarius reputatur, supponimus sine periculo vitæ, & sui maximi nocumenti posse etiam reseruata tali Confessario propalare, & consequenter debet etiam reseruata facere cum venialibus confessionis materiam, eaquè vnà cum illis confiteri, dum reseruata etiam virtute Sacramenti, idest per gratiam per Sacramentum productam, & per potestatem, quam habet Confessarius illa indirectè absoluendi, quatenus scilicet absolutionem directam aliorum peccatorum nō reseruatorum impedire possunt, remittenda sunt, alias confessio, vtpotè non formaliter integra, nulla est, nec reseruata, nè quidem indirectè, ex rationibus supra adductis, remittuntur, cum nō sit maior ratio, quod vnum peccatum, quod sine præfatis periculis Confessario propalari queit, vt eius absolutio obtineatur, confiteri debeat, aliud verò, quod sine eisdem incommodis confiteri potest, ad hoc vt per pœnitentiæ Sacramentum remittatur, confiteri necessè non sit; At in casu in instantia allato, quādo scilicet pœnitens fratrem Confessarii occidisset, supponimus huiusmodi peccatum sine periculo propriæ pęnitentis vitæ, ipsiusquè notabilis nocumenti, Confessario manifestari neutiquam posse, ideòq; tūc pęnitentis confessio, etiam si tale peccatum ipse in confessione reticeat, nec illud vna cum aliis peccatis venialibus, seu non reseruatis cōfessionis ma-

teriam

teriam constituat, valida est; Verùm quia præceptũ integritatis confessionis est diuiduum, idest, quod qui nõ potest explicitè, & in propria specie suũ peccatum confiteri, illud teneatur confiteri implicitè, & sub ratione communi offensæ Dei, vt patet de eo, qui tempore naufragij, dum est in naui, & sua peccata in propria specie, nisi alijs audientibus, & consequenter nonnisi cum maximo suæ famæ nocumento, confiteri nequit, tenetur sua peccata cõfiteri sub ratione communi offensæ Dei, dicendo, *Pater in multis Deum offendi, & de hoc doleo*, ita etiã, quia talis pœnitens, qui fratrem Confessarij occidisset, in dicto casu non posset citra periculum vitæ, vel grauis nocumenti peccatum homicidij, quod in fratrem Confessarij commisit, secundum propriam homicidij speciem confiteri, benè faceret, si in vltimo confessionis illud confiteretur in communi sub ratione offensæ Dei, dicẽdo v.g. *Et de his, et omnibus alijs peccatis, quæ commisi, me dolenter accuso*, sub qua communi accusatione veniret illud peccatum homicidij, quod patrauit, illudquè materiam confessionis, eo modo, quo posset faceret, confessionemquè meliori, qua posset via, integram formaliter redderet. An autem absolutus à simplici Confessario ad confessiones audiendas minimè approbato à peccatis venialibus, remaneat indirectè absolutus à mortalibus, vel reseruatis inuincibiliter oblitis, quorum memoriam non habet, dicemus infra Dubio 60. *Coninc. tom. 2. disp. 7. dub. 9. num. 86. cum Diuo Thoma, Gabriele, Paludano, Angelo, Henriqu. & Suar. infra citando, nu. 8. Filiuc. tract. 7. nu. 306. Faustus de pœnit. lib. 8. quæst. 23. Suar. tom. 4. in 3. par. Diui* Coninc. D. Thom. Gabriel. Palud. Angel. Henriq. Filiuc. Faust. Suar.

D. Thom. *Thom.disp.31.sect.3 nu.9.* Bonac. *Bonac.de pœnit.disp. 5. q.7. puncto 5.§.3.nu.7.vers.Responderi potest primo.*

Dub.28. Quid si Cõfessor in tali casu (prout.s.in dubio præcedenti) non habeat intentionẽ absoluẽdi à reseruatis modo quo posset, sed tãtũ à peccatis venialibus, est nè tunc valida huiusmodi absolutio?

Respondeo, quòd si Confessor habeat intentionem faciendi quidquid vti minister Christi, vel Ecclesię in illo actu facere potest, vel quidquid in simili actu alii Catholici, ac boni Sacerdotes facere intendunt, vel quidquid facere intendit Ecclesia, seu quod Christus instituit, huiusmodi intentio non absoluendi à reseruatis abesse censetur, quia in illa intentione faciendi, quod facit Ecclesia, vel quod Christus instituit, &c. includitur virtualiter intentio absoluendi à reseruatis; nam cum Ecclesia per Sacramentum pœnitentiæ remittere intendat omnia peccata mortalia eo modo, quo remitti possunt, scilicet siuè directè, siuè indirectè, huiusmodi Confessor, qui hanc Ecclesiæ intentionem habet, habet etiam virtualiter intentionem absoluendi indirectè à reseruatis in illa inclusam, quæ in tali casu hoc modo ex dictis dubio pręcedẽti remitti supponuntur, & sic absolutio valida est. Quod si forsan per errorem minister, prętér illam generalem intentionem faciendi quod facit Ecclesia, haberet explicitam intentionem non absoluendi à reseruatis, putans bona fide, se adhuc concurrente communi errore ex parte pœnitentis, vt dub. præced. dictũ fuit, validè à reseruatis indirectè absoluere non posse, adhuc absolutio valida esset, quia hæc explicita intentio non absoluendi, censetur posita sub cõditio-

ne,

ne, nimirum posito quod verum sit, quod tunc Cõfessarius à reseruatis absoluere non possit, sicut ipse per errorem putat, ergo cùm conditio non verificetur, idest cum reuera concurrente communi errore, Confessarius validè à reseruatis (licet in casu nostro indirectè, vt dubio 27. dictum est) absoluere queat, prout satis quoad hoc probatum fuit in Additione ad Practicam quartam, de Sacramentali Confessione, Dubio 28. statim illa explicita intentio non absoluendi cessat (seù vt alij dicunt) corrigitur, ex eo quia conditio nihil ponit in esse, & subsistit illa prior intentio absoluendi à reseruatis, virtualiter inclusa in illa generali intentione faciendi quod facit Ecclesia; nisi fortè Confessor per actualem reflexionem, quam facit sit ita affectus, quod etiam si adhuc stante cõmuni errore, se à mortalibus, seu reseruatis indirectè absoluere posse certò sciret, ab ijs absoluendi intentionem non haberet, quia tunc illa explicita intentio non per errorem, sed scienter posita censeretur, ac proindè intentionem absoluendi indirectè à mortalibus, in illa intẽtione generali faciendi, quod facit Ecclesia inclusam, statim retractaret, & sic absolutio etiam quoad venialia inualida esset; nam gratia, quæ per absolutionẽ conferretur, ex defectu mortalium, cum quibus, vt in dubio præcedenti probauimus, stare non potest, in penitentem introduci nequiret, ita vt venialia in illo absolutè deleret: Secus verò dicendum si Confessarius præfatã reflexionem minimè faciat, nec de nõ absoluẽdo indirectè à mortalibus, posito, q̃ se id agere posse sciret, vllo modo excogitet, etiã si fortè quoad Deum, qui futura cognoscit, verum sit,

q; is à mortalibus, seu reseruatis indirectè nõ absolueret, quãuis id fieri posse sibi cõstaret, quia cũ hoc nihil prorsus, nec conditionatè, nec absolutè à Cõfessario elicitum importet, consequenter nullum effectũ cõtra illã tacitã intẽtionẽ absoluẽdi dicto modo à mortalibus in illa generali intẽtione faciendi, quod facit Ecclesia inclusam habere poterit. Colligitur ex Coninc. *disp.* 64. *art* 8. *dub.* 3. *num.* 90. 91. *&* 92. *Syluest. verb. baptismus, num.* 3. §. *vlt. Reginald. lib.* 26. *num.* 40. *&* 42. *Filiuc. tract.* 1. *nu.* 75. *Raguc. in Lucerna Paroch. tit. de contrit. quæsit.* 26. *vers. sciatur præterea. Item ex D. Thom.* 3. *p. q.* 88. *art.* 4. Plura quoad hoc vide infra dubio sequenti.

Coninc. Sylu. Reginald. Filiuc. Raguc. D. Thom.

Dub. 29. An occurrente necessitate celebrandi, vel communicandi, vel simpliciter confitẽdi ad euitandum scandalũ, possit quis simplici Confessario solũmodo non reseruata confiteri, & pro reseruatis postea superiorem petere, vel ad eũ pro absoluendi facultate obtinenda ipsum Confessarium mittere; Vel an tunc pœnitens illi etiam reseruata confiteri teneatur.

Respondeo, pęnitentem ad hoc vltimum teneri, alias confessio erit nulla, nam vnum mortale sine alio remitti non potest, cum gratia, per quam peccatum iam confessum deletur, cum secundo non confesso, nec remisso, stare non possit, gratia enim constituit hominem Dei amicum, peccatum verò inimicum, non potest antè quis esse simul Dei amicus, & inimicus, & consequenter, nec gratia cum peccato stare potest; quare debet tunc pœnitens confiteri etiam reseruata, & de illis dolorem elicere, alias materia proxima Sacramenti pęnitentiæ

mi-

minimè fiunt, & consequenter ne quidem indirectè remitti possunt, cum supra illa absolutionis forma nullo pacto cadere queat, hæc enim non nisi supra materiam Sacramenti proximam cadit. Nec obstat Concilium Tridentinum *sess.14.cap.7.de Sacramento pœnitentiæ*, vbi ait, simplices Sacerdotes, extra mortis articulum nihil posse quoad reseruata; id.n. intelligitur de absolutione directa, non verò indirecta. Conc. Tri.

Quod si non vrgeat scandalum, nisi pęnitens habens reseruata communicet, vel celebret, absolutio ei impensa, ex defectu facultatis absoluendi in Cõfessario nulla prorsus, tàm quoad non reseruata, quàm quoad reseruata erit; nam Episcopus approbans Confessarium ad confessiones audiendas, & negans, vel non concedens illi absoluendi à reseruatis facultatem, censetur illi cõcedere facultatem absoluendi à non reseruatis tunc solum, cum non sunt cum reseruatis coniuncta, idest cum pęnitens cum non reseruatis tantùm ad confessionem accedit; quando autem sunt coniuncta cum reseruatis, eius vol'intas supponitur esse, vt Confessarius nullo modo à non reseruatis absoluere queat, nisi in casuo quo non reseruata sint coniuncta cum reseruatis, vel oblitis, vel vrgeat periculũ scãdali, seu infamiæ nisi pęnitens absoluatur, & communicet, testè quoad hoc cõmuni Ecclesię Praxi, quæ est, vt in his tantũ casib. obliuionis. s. vitãdi scãdali, seu infamiæ, pęnitens à non reseruatis absolui queat, imposito ei in 2. & 3. casu per Confessariũ onere, vt pro reseruatorum absolutione Superiorẽ adeat, vel facultatẽ, vt ab ijs se directè absolui facere possit, procuret;

ergo

ergo cum non reseruata sunt coniuncta cum reseruatis, & præfatum scandalum non vrgeat, nisi pœnitens absoluatur, & celebret, vel communicet, vel peccata reseruata non sint oblita, Confessarium nec habere, nec ab Episcopo facultatem à non reseruatis absoluendi habuisse, ita vt in eorum absolutione, reseruata quoque indirectè absoluta remanere dici possent, fateri nullo pacto queit; atque adeò absolutio, & non reseruatorum, & reseruatorum, ex defectu facultatis in Confessario nulla erit, & pęnitens sciens hanc Confessarij ad absoluendum impotentiam, ab eoquè absolutionem recipiens, mortaliter peccat, cooperando scilicet peccato mortali Confessarij, quod committit attentans vti iurisdictione, & facultate ad absoluendum, quam nō habet, grauemquè pœnitentiæ Sacramento iniuriam inferendo, applicando scilicet illius formam eo modo, ex quo Sacramentum validum nullatenus resultare potest; Verum si pœnitens bona fide, præcisa præfati scandali vitandi circumstantia, nisi absoluatur, communicet, vel celebret, à Cō fessario absoluatur, nimirum sibi inuincibiliter, contrarium non aduertendo suadens, legitimè ab eo absolui posse, tunc puto eiusmodi absolutionem esse validam ratione communis erroris pœnitentis, qui bona fide existimaret, & omnes, qui tali modo à Cōfessario absoluerentur communiter bona fide putarent posse hoc modo legitimè à Confessario à reseruatis indirectè absolui, vt si Confessor, pœnitenti, se illum indirectè à reseruatis absoluere fateatur, imponatquè illi onus, vt se postea directè à reseruatis ab eo, qui id potest se absolui faciat; tunc enim Sancta Mater

Ec-

Ecclesia, concurrente tali communi errore, suppleret facultatem in Confessario absoluendi directè mortalia, & sic indirectè reseruata tollerentur, non obstante quod (vt mox supra dictum est) de per se censeretur subtracta à Confessario, seu illi per Episcopum, qui eum ad confessiones audiendas approbauit non concessa facultas absoluendi mortalia, cum sunt cum reseruatis coniuncta, eaquè non sint oblita, vel non vrgeat necessitas vitandi scandali, seu infamiæ in pœnitente, nisi absoluatur, & communicet, vel celebret (vt accideret in hoc casu;) Si verò Confessarius absolueret pœnitentem, nihil illi explicando, nec præfatum onus illi iniungendo, & pœnitens bona fide ex communi errore putaret, se à reseruatis, simpliciter ab huiusmodi Cófessario absolui posse, tunc ratione communis erroris, remaneret à reseruatis simpliciter, & directè absolutus absque onere illa habenti facultatem ab ijs absoluendi iterum Sacramentaliter aperiendi, ratione Dubio 28. Practicæ 4. adducta. Quod si quæras an Confessarius absoluendo in hoc casu pœnitentem in eiusmodi bona fide existentem, mortaliter peccet, certè ita fatendum est, ratione Dubio 30. dictæ Practicæ allata. Plura qnoad hoc vide infra Dubio 60. *Reginald. lib. 6. num. 150. vers. secundo, in medio. Bonac. dub. 27. cit. num. 9. Vega in specul. Parochorum, tom. 1. cap. 11. num. 273. D. Thom. 3. p. quæst. 86. art. 3. Candidus in suis Disquisitionibus moralibus, tom. 2. Disq. 24. art. 68. dub. 8. vers. Dico decimo tertio, Tamburrinus de iure Abb. tom. 2. disp. 13. q. 9. num. 4.*

Reginald.
Bonacina.
Vega.
D. Thom.
Candidus.
Tambur.

Dub. 30. An ex parte Superioris iusta possit dari causa, puta negotiorum multitudo, dolor capitis,

vel alia similis corporis indispositio, vt pœnitētem validè quoad reseruata sacramentaliter audiat, illumquè pro non reseruatis ad Cōfessarium inferiorem remittat.

Respondeo negatiuè, cum integritas cōfessionis sit de iure diuino, & consequenter absque vrgentissima causa dimidiari non potest, quam sanè per ordinem ad Superiorem, vt Superior est, nullo modo assignari posse video; nam in tali casu Superior, vel potest pęnitenti facultatem vt absoluatur, ipsi immediatę concedere, vel illum extrasacramentaliter audire, pęnitentiamquè ei taxare, & ad Confessariū inferiorem pro confessione sacramentali remittere, qui modus absoluendi etiam à contrarijs, & communiter quoque admittitur; nec de eo pœnitens cōquęri potest, quia cum huiusmodi reseruatorum confessio in ordine ad claues Ecclesiæ fiat, puta ad finem obtinendi à Superiore facultatem pro absolutione à reseruatis, tenebitur Superior eodem sigillo, ac si peccata sacramentaliter audiret, vel saltē sub sigillo secreti naturalis, illa sub mortali celare; tum quia, dum Superior quoad reseruata tantùm vult pęnitentem absoluere, vel audit solum reseruata, ita vt pęnitens de illis dumtaxat se accuset, vel etiam simul non reseruata confitetur; si primum, cōfessio erit prorsus nulla, vt probauimus dubio præcedenti, & etiam dub. 27. cum vnum peccatū mortale sine alio remitti nullo modo possit, & hoc etiā si in simili casu bona fides pęnitentis intercedat; si secundum, cum pęccata non reseruata iam Superiori explicata supponantur, quare Superior à non reseruatis etiam, pœnitentem non absoluit? cū aliud

tunc

tunc non requiratur, nisi vt dum profert illa verba *absoluo te*, intentionem habeat etiam absoluendi à non reseruatis; ergo si id agere omittat, confessionẽ voluntariè, & absque vlla prorsus causa dimidiabit, ac proindè non solum Superior mortali labe inficitur, faciens contra ius diuinum, confessionem volũtariè dimidiando, sed etiam, nisi adsit bona fides pœnitentis, confessio erit nulla, ex eo quia pœnitens peccato Superioris hoc modo absolutionem recipiendo cooperatur, & sic effectui Sacramenti obicẽ ponit, quẽ tũc retractare non põt, nisi à tali absolutione recipiẽda abstinẽdo; si verò bona fide id ageret, & Sacerdos in tali actu generalẽ intentionẽ faciẽdi ꝙ facit Ecclesia, iuxta sensum Dubio 28. explicatum haberet, confessio valida esset, quia dum de non reseruatis etiam se accusasse supponamus, illa indirectè per talem absolutionem modo supra dubio præcedenti, & dubio 27. annotato remittentur. *Suar. tom. 4. de pœnit. disp. 30. sect. 4. Becan. de Sacr. c. 40 q. 9. cũ Adrian. sup. hoc, Syluest. verb. confess. 1. q. 19. Viguer. in summ. cap. 16. §. 4. v. 17. Canus 5. p. relect. Filiuc. tract. 7 num. 292. & 93. ex S. Tho. opusc. 19. & 4. d. 12. quæst. 3. art. 3. q. 4. ad 6.* Hieronymus Rodriquez *in Compendio suarum quæstionum Regularium, resolutione 3. n. 20.* qui hãc sententiã mordicus defendit, *Laurentius Suarez in Epit. Sacramentorũ, sub titulo de absolutione Sacramentali, §. 2. num. 2.*

Suar. Becan. Adrianus. Sylu. Viguer. Canus. Filiuc. D. Thom. Hierony. Rodriq. Lau. Suar.

Dub. 31. An in tali casu, s. dubij 29. pœnitens de necessitate reseruatorum, & non reseruatorum confessionem præmittere debeat; an verò dum facultas pro reseruatorum absolutione pro tunc à Superiore obtineri non potest, ad scandalum vitandum, actũ

contritionis tãtùm elicere sufficiat,& postea communicare possit.

Conc.Tri. Corin. 11. Respondeo,pęnitentem mortaliter peccare, nisi huiusmodi confessionem præmittat, nam ex Tridẽtino *sess.13.de Eucharistia,cap.7.* cum adest copia Confessarij, Eucharistiam sumpturus, si in mortali existat,per pęnitentię Sacramentum,& non per solam contritionem se probare,iuxta illud Corinthiorum 11.ibi,*Probet autẽ seipsum homo, &c.*ac sic se in gratia,sub grauissima obligatione, etiam quoad reseruata,per indirectam illorum absolutionem, modo supra dubio 29. explicato, constituere debet.

Vegà Capeauil. *Vega in Specul.Parochorum,tom.1.cap.11.num.273. Capeauill.de casib.reseruatis,cap.8.*

An autem in dicto casu,si communicaturus, vel celebraturus solùm mortalibus irretiatur,capiamq; approbati Confessarij non habeat, teneatur confiteri simplici Sacerdoti ad confessiones audiendas neutiquam approbato,illiquè mortalia, & venialia confiteatur,qui dum ab eo posset alioqui à venialibus directè absolui(quicunque enim simplex Cõfessarius,etiam si ab Episcopo ad confessiones excipiendas approbatus non sit,ex Ecclesiæ concessione,& praxi à venialibus,& mortalibus etiam , alias ritè confessis, absoluere potest) absolueretur indirectè à mortalibus , sicquè in gratia per indirectam peccatorum mortalium remissionem cõstitueretur; Porrò ad hoc communicaturus , vel celebraturus nullo pacto astringitur,nec id licitè , idest sine culpa,cooperandi scilicet peccato mortali Confessarii , quod Confessarius illum attentare absoluendo committeret , præstare potest , quia licet Ecclesia

per

per ly, *probet autem se ipsum homo*, ex auctoritate Tridentini supra adducta, communicaturos, vel celebraturos in mortali existentes, vt se per confessionem, dum copiam Confessarij habēt, probent, obliget, siue per illā eis directè, siue indirectè mortalia remittantur, & in gratia ante Eucharistiæ sumptionem constituantur, id tñ intelligitur de confessione, quæ Sacerdoti habenti facultatē ad absoluendū peccata mortalia, vel directè, vel saltem indirectè, (modo quo supra, dicto dub. 29.) quādo sūt reseruata fieri valeat, quādoquidē id significat Tridentinū illis verbis præcitati capituli, ibi, *modo non desit illis copia Confessoris*: Quare cum simplex Sacerdos non habeat facultatem, ne quidem indirectè absoluēdi venialia, quando cum mortalibus sunt annexa, vt supra dubio 27. dictum fuit: & infra etiam dubio 60. dicemus, fit quod communicaturus, vel celebraturus mortalibus illaqueatus, non teneatur, nec cum venialibus, peccata mortalia simplici Sacerdoti cōfiteri possit, ex eo quia per huiusmodi confessionē, ne quidem indirectè peccata mortalia remitti possent, nec consequenter tali modo se in gratia per peccatorum mortalium indirectam remissionem constituere quiret, quod ei ad dignè communicādum, seu celebrandum necessarium esset.

Quod si communicaturus, vel celebraturus reseruatis solummodo præmatur, an Sacerdoti ad cōfessiones audiendas approbato, sed facultatem absoluendi à reseruatis non habenti confiteri teneatur peccata venialia, vel mortalia aliàs ritè confessa, & simul etiā peccata reseruata, ad hoc, vt directè sibi remittantur peccata venialia, & mortalia, aliàs ritè

confessa, & indirectè peccata reseruata, & sic quoad ista, communicaturus, vel celebraturus, ad dignè communicandum, vel celebrandum indirectè, idest per indirectam peccatorum absolutionem in gratia cõstituatur, Profectò nec is ad hoc tenetur, sed sufficit cùm periculum scandali non communicando, seu celebrando adest, actum contritionis elicere, ac deinde communicaturus communicare, celebraturus verò celebrare, quia tunc talis Cõfessor absolueret peccata venialia, & mortalia alias ritè confessa, non per auctoritatem per approbationem ad absoluendum habitam, cum ad hoc præstandum nulla Episcopi approbatio, & delegatio desideretur, quandoquidem Confessarius eiusmodi facultatem haberet, etiam si ad confessiones audiendas approbatus non esset, sed dicta peccata absolueret per auctoritatem, quam haberet vti simplex Sacerdos esset, sed ex supra probatis simplex Sacerdos non posset communicaturum, vel celebraturum habentem mortalia, ab ijs si simul cum venialibus, quæ ipse alias absoluere posset, mortalia etiam nondum confessa confiteretur, ne quidem indirectè absoluere, quippe quia dum venialia coniuncta sunt cum mortalibus, simplex Sacerdos venialia absoluere neutiquam potest, ita vt sacrum facturus, vel communicaturus indirectè à mortalibus absolutus remaneret, nõ alia ratione, nisi quia ipse respectu mortalium, nullam auctoritatem habet; ergo nec etiam Sacerdos ad confessiones audiendas approbatus, qui vti simplex Sacerdos venialia, & mortalia alias ritè confessa absoluere potest, illa absoluere queit, cum sunt reseruatis annexa, ita vt reseruata indirec-

tè

tè absoluta remaneant, quia pari ratione, respectu reseruatorum talis Confessarius nullam auctoritatē in ordine ad ea absoluenda habet, vt supponimus, nisi solum illa absoluendi indirectè, & tunc solummodo, quando sunt cum mortalibus non dum confessis coniuncta, & vrget necessitas vitandi scandali, &c. vt ex ipsamet Confessariorum Praxi, & obseruantia liquido constat; in quo casu cum absoluuntur directè peccata mortalia alias non confessa, remanent indirectè absoluta reseruata, quæ vna cū ijsdem Confessario propalantur modo quo supra dubio 27. & 29. explicatum fuit. *Bonac.* ex parte *de Eucharistia, disp. 4. quæst. 6. puncto 1. nu. 31. vers. Respondeo affirmatiuè, Filiucius tract. 4. cap. 8. num. 213. verb. alij distingunt, Diana par. 2. tract. 14. resol. 65. vers. aliqui, & vers. ego, Suarez apud Reginald. lib. 29. n. 108. vers. tertius casus est,* & ex parte *ipsemet* Regin. *ibidem, vers. si quæras, Candidus tom. 2. suar. disq. disq. 24. art. 67. dub. 5. per totum.* Bonac. Filiuc. Diana. Suar. Reginald. Candidus.

Dub. 32. Quid si in tali casu pœnitens non solum casus, sed etiam excommunicationes reseruatas habeat.

*R*espondent multi grauissimi Doctores, & quidē non sine solida ratione, ad scandalum vitandum, adhuc pœnitentem à peccatis reseruatis absolui posse, cum onere tamen postea, cum commodè potuerit, se præsentādi Superiori, nam in casu necessitatis excommunicatio non impedit effectū Eucharistiæ, sed potest excommunicatus, si necessitas communicandi, vel celebrandi vrgeat, vel si in circulo pro Eucharistia recipienda inueniatur, nec sine circumstantium scandalo inde surgere, & communionem

omit-

omittere possit, ad hoc scandalum vitandum, actum contritionis elicere, & communicare, vt communiter Doctores, concedunt, (quem sanè Eucharistiæ effectum, excommunicatio maior, quantum est ex se impediret, cum priuet participatione actiua, & passiua Sacramentorum. *cap. cum illorum, & cap. si quem, de sententia excommunicationis*) non alia ratione, nisi quia ex benigna interpretatione, voluntatis Summi Pontificis, talis excommunicationis effectus pro tunc suspendi censetur, alias nisi hæc ratio assignetur, huiusmodi sententia defendi non posset; ita etiam eadem necessitate scandali vitandi vrgente, nec excommunicatio effectum Sacramenti pœnitentiæ, seù absolutionem impediet, ex eadē benigna volūtatis Summi Pontificis interpretatione, quia nimirum pro tunc Sūmus Pōtifex excommunicationis effectum suspendere censetur, cū par ratio in vtroque casu concurrat; nam non minus est effectus excommunicationis maioris, Eucharistiæ effectum, & receptionem, quam Sacramenti pœnitentiæ receptionem, & effectum impedire; ergo sicut excommunicatio illum effectum in casu iā posito non impedit, ita in eodem etiam casu, hunc Sacramenti pœnitentiæ effectum non impediet. *Villalobos in summ. tom.* 1. *tract.* 9. *diffic.* 40. *num.* 7. *Dian.* 3. *p. tract.* 5. *resol.* 68. *Bonac. de pœnit. disp.* 5. *q.* 7. *puncto* 5. §. 3. *nu.* 8. *Caiet. in sum. verb. absolutionis impedimenta, & in opusc. q.* 1. *de qualit. confess. & verb. excomm. minor. Comitolus. Couarruu. Tolet. Reginald. et Naldus apud Petrum Anellum Persicum de off. Sacerd. lib.* 1. *cap.* 2. *dub.* 8. *n.* 83. *Carol. Baucius in sua Praxi Confess. petitione.* 7. incipit, *Petes septimo, an Sacramentum Eu-*

Villalob. Diana. Bonac. Caiet. Comitol. Couar. Tolet. Reginald. Nald. Persic. Baucius.

cha-

charistia ministrari possit infirmo. Suar. 3. p. tom. 4. disp. 31. sect. 3. nu. 6. & to. 5. disp. 10. sect. 3. nu. 9. Henriq. lib. 6. cap. 15. n. 7. Item ex Nauarro *cap. 9. num. 3.* Verum si quis id fieri posse dubitet, dicunt infrascripti Doctores, pęnitentem tunc conteri posse, & communicare. *Vasqu. Megala, Siluius &c. apud. Dian. cit. vers. dixi, Bellocchius de reseruatis, prima par. q. 2. num. 18. fine, cum Ledesm.* Rodriq. & aliis.

Suar.
Henriq.
Nauar.
Vasq.
Megal.
Siluius.
Bellocch.
Ledesm.
Rodriq.

Dub. 33. An Confessor, vti Confessor, petens à Superiore facultatem absoluẽdi aliquem à reseruatis, quem non exprimat, tali facultate pro se ipso, vti possit.

Respondeo negatiuè, cum delegatus in casu particulari subdelegare nequeat, & consequenter, nec absoluendi facultatem sibi delegatam, alteri subdelegare potest, vt ab illo à reseruatis absoluatur. Hoc est contra Alphonsum de Leone *de potestate Confessarij, tom. 2. par. 2. recoll. 6. num.* 131. cuius sententiam puto veram, si huiusmodi facultas non per modum actionis, nimirum aliquem absoluendi à reseruatis, sed per modum passionis petatur, idest si quis Superiori exponat, inueniri aliquẽ casibus reseruatis irretitũ, qui ab aliquo Confessario absolui desiderat, cui Superior concedat, vt se absolui procuret, tunc enim quia Superiores sciunt pœnitentes verecundari nomine proprio hanc facultatem petere, sed sæpius id nomine alieno præstare; ideo in hoc casu, præfatus Superior, exposcenti, sub conditione, siuè sibi, siue tertio, pro quo licentiam petit, illam tacitè concedere censetur. *Lugo de pœnit. disp. 20. sect. 8. num.* 118. & 119. *Ludou.* Beia 4. *p. casu 5. vers. quod verò attinet.*

Alphons. de Leon.

Lugo.
Beia.

Nec obstat, dispositio Tridentini. s. *cap. 6. sess. 24.* vbi licentia absoluendi, seu dispensandi data à Superiore, nempe à Papa, inferiori . s. Episcopis in ordine ad suos subditos absoluēdos, ipsimet Episcopi, non obstante quod respectu suorum subditorū eis data sit, respectu sui vti, eamquè alteri delegare queunt, vt ipsos absoluant, vel cum eis dispensent, vt cōmuniter sentiūt Doctores, præsertim Maiolus Suarez, Henriquez, Piasecius, Riccius, Bellettus, & alii apud Barbosam in Collectaneis Doctorum in Tridentinum *super c. 6. præfata sessionis.* 24. ergo etiā à pari, licentia data, quocunquè modo data sit, à Superiore Confessario inferiori absoluendi aliquē à reseruatis, Confessarius respectu sui vti poterit, si in aliquem casum reseruatum incidat; nam Respondeo, diuersam esse primam Tridentini concesionē à secunda, ideòq; non id, quod dicitur de prima, asserendum etiam procedere de secunda, & disparitas est, quia cōcesio facta Episcopis in Tridentino loco supra adducto, quia est facta dignitati Episcopali, & nō Episcoporum personis nominatim sumptis, est facta cum facultate subdelegandi, & ideò subdelegari potest, vt fusius quoad hoc dicemus infra dubio 38. & quia Episcopi non sunt deterioris conditionis suis subditis, & alias ratio, quæ militat pro eorum subditis, vt circa illos præfata Tridentini cōcesione vtantur, militat etiam pro ipsis Episcopis, nimirum incommoditas adeundi Superiorem, puta Summum Pontificem pro dicta facultate obtinenda, ideò Episcopi hanc facultatem sibi in Tridētino respectu suorum subditorum concessam, alteri, vt ipsos absoluant, si in aliquam censuram occultam Pa-

Barbos.

pæ

pæ reseruatam eos incidere, vel cum eis, si aliqua irregularitate occulta irretiri contingat, dispẽsent, subdelegare queunt. At verò concessio facta Confessario, vt aliquem à reseruatis absoluat, quia est facta personæ, v.g. D.Cosmæ, fratri Alexio, &c. & concessio facta personæ subdelegari non potest, nisi delegatus fuerit delegatus Principis, &c. vel nisi delegatio sit facta cũ facultate subdelegandi, prout patet ex *l. fin ff. de officio eius. l. Iudice, C. de iudicijs, & cap. fin. de officio delegati init. & cap. cum causam, de appellat. in 6.* consequenter, nec etiam Confessarius facultatem aliquam absoluendi à reseruatis sibi factam, alteri Confessario subdelegare poterit, vt se ab illo ab aliquo reseruato absolui faciat, sed licentiam cum casus accidit, quod in reseruatum labatur, à suo Superiore, vt se à reseruato absolui facere valeat petere debet, & si illam pro se petere verecundetur, eam sub nomine tertiæ personæ eo modo, quo supra explicatum est, petere quibit.

Nec item obstat, quod delegatus ad vniuersitatẽ causarum suam facultatem subdelegare potest, prout colligitur ex *l. 1. §. ab eo, ff. quis, & à quo*; ergo saltẽ Confessarius cũ nõ pro vna vice, & respectu vnius, sed ad tempus obtinet à suo Superiore facultatem absoluendi pœnitentes à reseruatis, censebitur delegatus ad vniuersitatem causarum, sicquè vt ipse à reseruatis absoluatur, talem facultatem absoluẽdi pęnitentes à reseruatis, alteri vt ab illo à reseruatis absoluatur delegare poterit; nam Respondeo, quod delegatus ad vniuersitatem causarum suam facultatem subdelegare potest in omnibus aliis materijs, exceptis ijs, in quibus contrarium, quod ni-

mirum subdelegare nequeat, est vsu receptum, etenim tunc talis vsus, seu Praxis legem facit. *l. de quibus, ff. de legibus, §. ex non scripto*, & consequenter dispositionem prædictæ. *l. 1. §. ab eo*, quod scilicet delegatus ad vniuersitatem causarũ subdelegare possit, in tali materia, in qua praxis in contrarium introducta est abrogat, cum lex posterior cum priore obseruatu impossibilis, priorem legem tollat, nam posteriora derogant prioribus. *l. sed & posteriores, ff. de legibus, l. cum in plures, §. locator horrei, ff. locati, & cap. 1. de constit. in 6.* at vsu receptum est, quod cum Superior alicui facultatem fidelium confessiones audiendi concedit, vel fideles à reseruatis absoluẽdi, semper talem facultatem, ac delegationem ad personam tantum, & ad Confessarium, cui facultas conceditur restringere, & ad neminem, præter illum, & à Superiore non approbatum, superiorique incognitum extendere censetur, imò contrarium tacitè acerrimè prohibere, vt patet ex ipsamet omnium Episcoporum, & Cõfessariorum Praxi, & obseruantia; quapropter Confessarius habens facultatem absoluendi fideles à reseruatis, etiam si ad vniuersitatem causarum delegatus censeatur, nec vt ipse à reseruatis absoluatur, nec vt alii ab ijsdem absoluantur, alicui tertio talem facultatem subdelegare poterit. *Layman. lib. 5. tract. 6. de Sacram. pœnitẽtiæ, cap. 10. num. 17. per totum cum Rodriquez, & Sãchez*, Fragosus *de regimine Reipublicæ, prima par. lib. 4. disp. 10. §. 1. num. 138. 139. & 141.* qui probat de iure canonico, delegatum in foro pœnitentiali vti est Confessarius ad confessiones audiendas approbatus, suam facultatem, scilicet absoluendi à peccatis,

Layman.
Rodriq.
Sanch.
Fragos.

al-

alteri Sacerdoti fubdelegare non poſſe, & hoc ex capitulo vltimo, de off. deleg.

Dub. 34. An Epiſcopus facultatem alicui concedẽs, vt pro reſeruatorum abſolutione eligat, quẽ maluerit Confeſſarium ex ſibi ſubiectis, etiam ſi nõ fuerit approbatus, abſolutio poſtea ab huiuſmodi Confeſſario impenſa, valida ſit.

Reſpondeo affirmatiuè, nam per hunc loquendi modum negari non poteſt, quin Epiſcopus indirectè ſuam iuriſdictionem, ac abſoluendi poteſtatem Sacerdoti, quem poſtea pœnitens eligit, re vera deleget, quod ſufficit ad hoc, vt abſolutio valida ſit; quamuis Epiſcopus mortaliter peccet exponendo ſe periculo tribuendi abſoluendi facultatem Sacerdoti, ad confeſſiones licitè excipiẽdas inhabili, quẽ forſan pœnitẽs ſibi eligere poteſt; Nec obſtat, quod cum ex parte Confeſſarij, Epiſcopi examen, & approbatio deficiat, huiuſmodi iuriſdictionis delegatio nulla videatur; nam Ad primũ de examine Dico, id in Tridentino *ſeſſ.23.cap.15.de reformatione*, arbitrio Epiſcopi relinqui, ibi, *si illis videbitur eſſe neceſſarium.* Ad ſecundum verò de approbatione Dico, quod dum Epiſcopus per præfatum loquendi modum, Confeſſario à pœnitente eligendo, ſuam iuriſdictionem, ſeu abſoluendi facultatem indirectè concedit, vt probauimus, illum etiam ad confeſſiones excipiendas approbare cenſetur; & illa verba in Epiſcopi conceſſione in titulo dubij appoſita, ibi, *etiam si non fuerit approbatus*, excludunt approbationes de præterito, non verò de futuro, & faciũt hũc ſenſum, *etiã si vſq; dum à me nõ fuerit approbatus*, eſt cõtra Fagund. 2. *præcep.* Eccl. *l.* 17. *c.* 2. *n.* 83. *&* 84. Conc. Tri. Fagundez.

Dub.

Dub. 35. An Confessarius de sua iurisdictione absoluendi à reseruatis dubitans, ab ijs de facto validè absoluere possit.

Respondeo ab illis, sicut à reliquis etiam non reseruatis sub conditione (si nimirùm facultatem ad absoluendum habeat) absoluere posse, admonito tamen pœnitente, vt habita Confessarij, certam absoluendi facultatem habentis opportunitate, eadem peccata confiteatur. Quòd si de huiusmodi sua iurisdictione non propriè dubitet, ita vt intellectus sit anceps, & nulli parti adhæreat, sed probabili opinione, se talem iurisdictionē habere nitatur, etiam si alia opinio adhuc probabilis in contrarium adsit, nihilominus absolutè, & absque conditione à reseruatis absoluere potest, quia tunc Ecclesia, vt diximus supra in Additione ad Practicam primam Appendicis posthumæ, Dubio 3. iurisdictionem supplet, si fortè re vera apud Deum illam Confessarius non haberet, plura quoad hoc vide in eadem Additione, dubio mox citato. *Lessius lib. 2. cap. 29. dub. 8. Henriq. lib. 2. cap. 14. num. 3. & 4. Filiuc. tract. 7. num. 226. & 227. Bonacin. de pœniten. disp. 5. q. 7. pun. 5. §. 4. num. 4.*

Less. Henriq. Filiuc. Bonacin.

Dub. 36. Si Confessarius suum pęnitentem, vel propter ipsius indispositionem, vel quia facultatem quoad reseruata non habet, absoluere minimè queat, & pœnitēs vim illi inferat, vt eū absoluat; an talis Confessarius, ad mortem, vel ad vulnera imminētia vitanda, citra mortale, absolutionis formam super illum absque intentione absoluendi proferre possit.

Respondeo affirmatiuè, modo Confessor interius æquiuocatione vtatur, subintelligendo scilicet (ab-

soluo

ſoluo te verbaliter tantũ)quia tunc iuſta adeſt æqui-
uocandi cauſa,vt patet à ſimili, & communiter etiã
Doctores concedũt,de eo,cui mors, vel aliud gra-
ue malum à latrone minatur,niſi ſe centum aureos
daturum iuret,qui tamen iurando, interius abſque
vllo peccato æquiuocare poteſt, non alia ratione,
niſi quia tunc iuſta adeſt materialiter decipiẽdi, ſeu
æquiuocandi cauſa, præſertim quia in caſu noſtro,
ſacrilegium,quod alias committeretur (applicãdo
ſcilicet formam ſuper materiam indebitam,ideſt ſu-
per talem pęnitentem,qui cum vim Confeſſario in-
ferat,mortaliter peccat,& ſic dum peccat, effectui
Sacramenti obicem ponit, & conſequenter pro ab-
ſolutione validè recipienda, omninò indiſpoſitum
ſe conſtituit (per talem abſoluendi modum, cum
æquiuocatione omninò vitatur,eſt enim ſacrilegiũ
applicare formam ſuper materiam indebitam for-
maliter,nimirùm cum vera abſoluendi intentione,
non verò materialiter,ſeu fictè,iuſta tamen fingen-
di concurrente cauſa, vt accidit in hoc caſu: Ve-
rumtamen puto à Confeſſario tunc pęnitentem ſub
mortali admoneri debere, quod talis abſolutio ex
ſe inualida ſit,præſertim ſi pęnitens ſit perſona ru-
dis,is enim in tali abſolutione fundatus,de illis pec-
catis ſe amplius accuſare, ſeu confiteri omitteret,
vel de illis dolorem generalem in ſubſequentibus
confeſſionibus nequaquam habere curaret, ita vt
indirectè ſaltem per ſubſequentes confeſſiones eo-
rum remiſſionem obtineret,& ſic cum illis peccatis
nõ remiſſis facilè decedere poſſet,& damnari,quod
pœnitentis periculum præfatus Confeſſor ex cha-
ritate euitare tenetur, dum per talem admonitionẽ

Ludouic. de S.Ioan. Sancius. Bonacina.

id præstare facilè potest. *Ludouicus de Sancto Ioanne par. 1. sum. tract. de Eucharistia, q. 7. art. 8. difficul. 4. Sancius in select. disp. 35. num. 7. Bonacin. de Sacram. in gen. disp. 1. q. 6. pun. 4. num. 14.*

Dub. 37. An qui in vna Diœcesi excommunicationem reseruatam contraxit (quæ tamen sit secreta) si causa negotiorum, deuotionis, vel consultò, vt facilius absoluatur, ad alium locum accedat, ibi validè absolui possit.

Respondeo negatiuè, quia excommunicatio est pęna, quæ afficit pęnitentem; ergo hæc pęna ab alio tolli non potest, nisi ab eo, qui eam inflixit, vel censuram apposuit, nè scilicet iurisdictiones perturbentur; Tum quia id simpliciter, & absolutè fieri prohibetur ex iuribus supra dubio 22. adductis præsertim ex decreto Sacr. Congreg. iussu Pauli V. edito: Vide ibi. *Tolet. lib. 1. cap. 16. num. 4. Bonac. de censur. in com. disp. 1. quæst. 3. puncto 1. num. 6. Antonius Ninus in compend. Sayri, de censur. lib. 2. cap. 19. vers. quare sit. Layman. lib. 1. tract. 5. cap. 7. num. 4. assertione 4.*

Paulus V. Tolet. Bonac. Ant. Nin. Laym.

Nec obstat primo paritas de excommunicatione ab homine per statutum contra delinquentes lata, & non reseruata, quæ est etiam pęna, & hominem vbicunque inuenitur afficit, quā nihilominus Doctores communiter à quocunque approbato Confessario absolui posse concedunt; nam Respondeo, quod cum Superior illam sibi non reseruat, eius absolutionem quibuscunque Confessarijs tacitè committere videtur, vt patet ex capitulo *nuper, de sententia excommunicationis*, quoad censuras in iure latas, & nemini reseruatas, idquè expressè tenent Nauarrus *in manu. cap. 27. nu. 39.* Coninc. *disp. 14. dub. 16.*

Nauar. Coninc.

quæst.

quaest. 15 *num.* 258. Layman. *sup. cit. num.* 4. *Soarez Presbyt. secularis in Enchirid. lib.* 6. *verb. Confessor. Delegatio, &c. vers. ab excommunicatione, pag.* 427. quod de excommunicatione reseruata dici nõ potest, cũ illã sibi Superiorem reseruare supponamus. Nec obstat secundo paritas de casibus reseruatis, qui in loco, vbi non sunt reseruati, Doctores ex cõmuni sententia in personam exterorum absolui posse concedũt, ac proinde idem etiam de excommunicationibus reseruatis dici posse videtur; nã Responsio patet ex dictis supra dub. 22. Nec obstat tertio, quod iuri communi per consuetudinem derogari potest, vt in Additione ad Practicam quintam, dubio 10. dictum fuit, & tradunt etiam Layman. *lib.* 1. *tract.* 4. *cap.* 24. *num.* 12. Suarez *lib.* 3. *de legibus, cap.* 19. *num.* 27. Nauarrus *lib.* 1. *consiliorum, consil.* 1. *num.* 3. *de maioritate, in* 2. *edit.* & consequẽter, quamuis de iure communi excommunicatio in vno loco reseruata, in alio absolui non possit, tamen id fieri potest vbi consuetudine sic est vsu receptum; nam Respondeo, quod quando excommunicatus excõmunicatione reseruata, modo non sit nominatim contra ipsum lata, extra excommunicantis Diœcesim ibi domiciliũ constituturus accedit, ex præfato capite id fieri posse asserit Bonacina *supra cit punct.* 2. *num.* 6. *vers. Respondeo extraneum*, quando verò excommunicatus est ad priorem locum regressurus, non est qui id asserat, & ideò id tunc simpliciter, & absolutè fieri non posse dicendum; Præterquam quod id, quod asserit Bonacina puto non esse vbiq; vsu receptum, sed de locorum praxi in contrarium, seu consuetudine pacificè tolerata Confessoribus

Layman. Soar. in Enchirid.

Laym. Suar. Nauar.

Bonacina.

constare debere, vt sint tuti in cõscientia, præsertim quia obstat etiã Decretũ Sacr. Congr. Episcoporũ, & Regul. sub die 7. Ianuarij 1617. supra Dubio 22. adductum, vbi generaliter excommunicationes locorum Ordinariis reseruatæ, etiam secretæ sub excommunicatione Papæ reseruata, aliisquè pœnis absolui posse prohibentur.

Sac. Cõgr.

Dub. 38. An in hoc casu talis censuratus possit in aliena Diœcesi ab Episcopo illius loci saltem virtute Tridentini *sess. 24. cap. 6.* absolui.

Tridentin.

Respondeo affirmatiuè, si excommunicatio non sit publica, nec ad forum contẽtiosum deducta, seu denunciata; nam Tridentinum per illa verba, *in quibuscunque casibus occultis, etiam Sedi Apostolicæ reseruatis*, casus, & excõmunicationes etiam Episcopis reseruatas comprehendit, id enim significant ly, *in quibuscunque casibus*; & ly, *etiam Sedi Apostolicæ, &c.* Nec obstat, quod Tridentinum hanc facultatẽ Episcopis in ordine ad suos subditos tantum, non verò quoad exteros tribuere videatur; nam respõsio patet ex dictis supra Dubio 26. Nec item obstat, quod fraus nemini debet patrocinari. *capitulo Sedes, de rescript.* & sic in casu, quo quis cõsultò à sua Diœcesi discedit, ab excommunicatione ibi contracta absolui non possit; nam responsio etiam patet ex dictis supra Dubio 22. *Antonius Ninus in compend. Sayr. de censur. lib. 2. cap. 19. vers. proficiscens cum Riccard. & Astens. Bonacin. de censur. in commun. disput. 1. quæst. 3. punct. 2. num. 6. vers.* Respondeo, *extraneum, Filiuc. tom. 1. tract. 7. cap. 10. num. 186. relatus à Carol. Baucio, de prudent. Confess. pag. 241. petit. 13. Barbos. de potestate Episcopi, secunda parte, allegat. 39. num. 4.*

Ant. Nin. Sayr. Riccard. Astens. Bonac. Filiuc. Baucius. Barbos.

Quam

Quam absoluendi facultatem Episcopus ex eodem Concilio alijs etiam Confessarijs delegare potest, ibi, *per seipsos, aut Vicarium ad id specialiter deputandum*. Ex quo clarè apparet, hanc delegationem specialiter fieri debere, alias si licentia erit simpliciter absoluendi ab omnibus, à quibus Episcopus potest, nulla facta mentione Tridentini, puta non addendo ad ly, *à quibus Episcopus potest*, hæc verba, *etiam virtute Tridentini*, delegatio erit generalis, & sic semper inualida, vtpotè contra formam in Tridentino præscriptam, & consequēter absolutio nulla, & hoc à fortiori procedit in sententia illorum, qui tenent, conditiones à Superiore, inferiori præscriptas, pertinere ad substantiam actus, si cadant supra actum, ad quem prius inferior nullā potestatem habeat, vt accidit in hoc casu; nā præcisa hac Concilij Tridētini cōcessione, nullus Episcopus, alterius Episcopi censuram illi reseruatam absoluere poterat, vt patet ex iuribus supra recensitis. An autem Episcopi hanc eandem absoluendi facultatem eo modo, quo ipsis conceditur, alteri cum facultate subdelegandi delegare possint, id affirmat Sāchez *lib. 2. de matrim. disp. 40. num. 14.* & etiam Fragosus *de regimine Reipublicæ, prima par. lib. 4. disp. 10. num. 98.* cum aliis DD. ex eo quia priuilegium Principis, perpetuò alicui dignitati, vel officio, & non personæ concessum (cuiusmodi est ista Tridentini concessio Episcopis facta) iurisdictionem ordinariam, non verò delegatā facit, prout tenent Bartolus *in l. ambitiosa, num. 34. ff. de decret. ab Ordin. fact.* Baldus *cap. finali, num. vnic. de officio Ordinarij*, qui autem iurisdictionem ordinariam habet, vt ait ipsemet Sanchez ibidem *lib. 3.*

Sanch.
Fragosus.
Bart.
Bald.
Sanch.

disp. 31 *num.* 6. illam vtiq; cum facultate subdelegādi delegare potest. *ex glos. finali, in c. is cui, de officio delegati, in 6. Bartol. l. more, nu.* 12. *ff. de iurisd omnium iudicum.*

Glos.
Bart.

Dub. 39. An id, quod dubio præcedenti dictum fuit, non solum Episcopi, sed etiam illi, qui iurisdictione quasi Episcopali fruuntur, virtute Tridentini ibi citati agere possint.

Sayr.
Flores de Mena.
Sanch.
Duard.

Respōdent affirmatiuè Sayrus *in Clau. Reg. lib.* 6. *c.* 11. *n.* 83 *fine, Flores de Mena variar. lib.* 3. *q.* 24. *nu.* 18. *Sanch. in præcep. decal. tom.* 1. *lib.* 2. *c.* 11. *n.* 5. *Duard. in Bull. Cœn. lib.* 3. §. 2. *quæst.* 8. *num.* 55. & alij, si propriam Diœcesim habeant, congregent Synodum, beneficia conferant, quemcunque Antistitem pro Chrismate suis subditis conferendo conuocent, aliaquè munia Episcopalia exerceant, vt inter alios est Reuerendissimus Abbas Generalis noster, qui est Ordinarius, in temporalibus, & spiritualibus super vasallos in multis Oppidis nostræ Congregationis; nam quamuis Concilium Tridentinum de solis Episcopis loquatur, tamen quia hoc fauorabile est, & fauorabilia, præsertim vbi eadem omnino ratio militat, extendi possunt, vt de communi testatur Layman. *lib.* 1. *tract.* 4. *cap.* 18 *n.* 9. & patet etiam ex capitulo *odia, de reg. iur. in* 6. sequitur, quod cum huiusmodi Prælati Ordinarij sint, & Episcopis simillimi, ex eo quia hi ab illis consecratione solum differunt, & respectu suorum subditorum eadem prorsus ratio, ac in Episcopis, puta necessitas populi, sibi ab Apostolica Sede commissi militat, cōsequenter hæc Tridentini cōcessio Episcopis facta, quoad omnia ad istos etiam de iure extēdi posse videtur, prout

Laym.

patet ex *glossa in Clementin.* 1. *verb. Diœcesanis, de foro competenti, & in capitulo Ordinarij, vbi Dominicus, de officio ordinarij, in 6.* Nec obstat id, quod multi volunt, quos infra in Additione ad Practicã quintam, Dubio 16. adducemus, nimirũ, priuilegia Regularibus cõcessa ad absoluendum à casibus Summi Pontifici reseruatis, à quibus possunt Episcopi virtute Tridẽtini citati, per diuersas Summorũ Põtificum dispositiones reuocata fuisse, quod obstare videtur participationi huius priuilegij respectu Regularis, qui iurisdictionem quasi Episcopalem haberet; nam Respondeo, illas reuocationes loqui de Regularibus, vt Regulares sunt, seu priuatim consideratis in ordine ad priuilegia sibi positiuè concessa, & ad bene esse tantum illis necessaria, non verò de Regularibus locorum Ordinarijs in ordine ad participationem alicuius priuilegij, vt est istud Tridentini, sibi pro suo grege valde necessarij. *Naldus in summ. verb. Abbas, num.* 6. Nald.

Dub. 40. Id quod in his dubijs præcedẽtibus 38. & 39. dictum fuit, videtur locum habere non posse, quandoquidem potestas, quam Tridẽtinum ibi adductum Episcopis concedit, est ad absoluendum à casibus, non verò ab excommunicationibus. Nos autem in Additione ad Practicam quartam, Dubio 10. diximus, nomine casuum, excommunicationes minimè comprehendi; ergo & si per Tridentinum Episcopis concedatur facultas absoluẽdi à quibuscunque casibus occultis etiam Sedi Apostolicæ reseruatis, tamen quia nomine casuum non veniũt excommunicationes; consequenter hi virtute huius concessionis absoluere minimè poterũt ab excom-

mu-

municationibus occultis locorum Ordinarijs reseruatis in eo sensu, quo in præfatis dubijs per nos assertum fuit.

Respondeo, quod nomine casuum non veniunt excommunicationes, quoad Episcopum tantum, vt in eodem Dubio 10. iam probatum fuit, non verò quoad Papam, nec cum Papa concedit suos casus sibi reseruatos, intelligitur etiam concedere excõmunicationes sibi reseruatas, cum respectu Papæ non detur casus sine excõmunicatione reseruatus; quare cum Tridentinum dicit, *à quibuscunque casibus occultis, etiam Sedi Apostolicæ reseruatis*, per casus significat excommunicationes Sedi Apostolicæ reseruatas, & sic talis generalis locutio, *à quibuscunque casibus occultis, etiam Sedi Apostolicæ reseruatis*, facit hunc sensum, nimirum, *à quibuscunque excommunicationibus occultis, etiam Sedi Apostolicæ reseruatis*; ergo si Summus Pontifex nomine casuum intelligit excommunicationes, dum tribuit facultatem generalem Episcopis absoluendi ab omnibus excommunicationibus occultis, etiam Sedi Apostolicæ reseruatis, per ly, *ab omnibus*, tribuit etiam eisdẽ facultatem absoluendi ab excommunicationibus occultis alijs etiam Prælatis inferioribus reseruatis, id enim significant illa verba, *etiam Sedi Apostolicæ reseruatis*, nimirum similitudinem concessionis in eodem genere.

Dub. 41. An in articulo mortis præsente proprio Parocho, seu Sacerdote approbato, possit simplex Sacerdos, vel Sacerdos hæreticus, excommunicatus, &c. moribundum, seu in articulo mortis constitutum absoluere.

Re-

Respondeo negatiuè, quia & si Tridentini concessio *sess.* 14. *cap.* 7. in hoc casu ampla videatur, ex eo quia omnem reseruationem pro tūc tollat, omnesquè Sacerdotes pro moribundo absoluendo habiles esse affirmet, tamen hanc concessionem facere videtur, vt animarum periculo pro illo actu occurrat, vt patet ex illis verbis, ibi, *ne hac ipsa occasione aliquis pereat*, cum autem Sacerdos approbatus adest, moribundus nullum damnationis periculum subijt, quandoquidem habet cui confiteri possit; ergo dum finis Tridentini tūc cessat, eius dispositio quoque cessabit; nā cū quid conceditur ex necessitate, illa cessāte cōcessio cessat. *Abbas in c. cū venerabilis, de consuetud. in fine*. Fauet etiam quod Doctores cōmuniter asserunt, nimirùm, quod dispēsationis causa cessante, & ipsa dispensatio cessat, præsertim cū res est integra, cum scilicet quis concessione vti nondū cæperit, vt in casu nostro; tum quia præsupponi non debet Concilium Tridentinum in hoc, rem inordinatam statuere voluisse, inordinatum sanè esset, si præsente Sacerdote Catholico, Sacerdotem hæreticum excommunicatum, &c. moribundi confessionem excipere, eumquè absoluere posse Concilium intendisset; ergo signum est, quod Tridentinum id non absolutè, sed secundum quid concesserit, id est cum nullus alius Sacerdos adest, vel si proprius adsit, & nolit, ille Sacerdos, qui apud moribundum inuenitur, eum audire, ac absoluere possit, etiam si sit excommunicatus, hęreticus, vel degradatus, &c. *Valentia tom. 4. disp. 7. quæst. 10. punct. 2. Syluest. verb. Confessor. 1. quæst. 6. dicto 7. Carolus Baucius de prudent. Confessarÿ, pag. 210. post 6. petionem, vers. Dubiū*

Conc. Trid.

Abb.

valent.
Sylu.
Baucius.

est,

Laym. Zambran. Victorell.

est, Layman.lib. 5. tract. 6. cap. 12. num. 14. Zambran. cap. 4. dub. 4. Victorell. ad Tol. vers. sexto.

Dub. 42. An si simplex Sacerdos moribūdi confessionem excipere incipiat, accedente postea Cōfessario approbato, desistere, illiquè locum cedere teneatur.

Respondeo negatiuè, nam si quid obstaret, esset, quia finis Tridentini, ob quem in articulo mortis indiscriminatim omnibus Sacerdotibus absoluendi facultatem concessit, in hoc casu cessaret, vt dubio præcedenti explicatum fuit, quia scilicet superueniret qui periculo damnationis infirmi occurrere posset, & sic ipsamet Tridentini concessio locū amplius non haberet, ex illo principio superiori dubio adducto, nimirùm, quod concessionis causa cessante, & ipsa concessio cessat. Ad hoc autem Respondeo, quod huiusmodi principium locum habet, cum res est integra, id est cum concessionis vsus non est cęptus, quod in casu nostro non accidit, & alioqui, cum in facto Principis non præsumatur delictum, Summus Pontifex contrarium intendere supponi non debet; & hoc quidem, tum ex parte Sacramenti, nam reuerentia Sacramenti requirit, vt minister, qui illud administrare cępit, perficiat, alias maxima iniuria ei irrogaretur; tum ex parte pœnitentis, qui alias bis sua peccata confiteri cogeretur contra ius diuinum per Ecclesiæ praxim explicatum, quod peccata vni tantum Sacerdoti propalari debeant, quandoquidem nulla assignari potest causa huiusmodi peccata propalandi duobus: non insufficientia Sacerdotis; quia si primus Sacerdos fuit habilis à principio ad Sacramentum validè conficiendum,

erit

erit etiam deinceps. Nec obstat primo illa maior idoneitas Confessarii approbati, si forsan ita esset, quod magis idoneus superueniret, ea enim, cum sit impertinens ad Sacramentum validè conficiẽdum, quoad substantiam, postponenda erit reuerẽtiæ Sacramenti, quam requirit, vt diximus, quoad vnitatẽ ministri, & iuri pœnitentis de vni tantùm Sacerdoti peccata propalando, & periculo interim dum confessio interrumpitur, decedendi sine absolutione; tum quia illa maior idoneitas reduceretur ad diligentiam in conscientia moribundi perscrutanda, maior autem diligentia prętermittitur, cum penuria temporis laboratur, vt accidit in articulo mortis, sed ad substantialia Sacramenti tantum attenditur, ad quod simplicem Sacerdotem, qui ab initio confessionem excepit sufficientem esse supponimus, alias si deesset penuria temporis, non essemus in casu, & infirmus non esset constitutus in articulo mortis, ex eo quia mors non immineret. Nec obstat secundo, si simplex Sacerdos esset excommunicatus denunciatus, ac proindè inhabilis ad Sacramentorum administrationem, non autem Sacerdos, qui superueniret; nam simplex Sacerdos excommunicatus supponitur per prius, dum moribundi confessionem excipere incępit, ex præfata generali Tridentini concessione absolutus, seu ad absoluẽdum habilis factus, quæ tamen concessio, superueniente postea Sacerdote non excommunicato, per Summum Pontificem, ex rationibus iam dictis, nequaquam reuocari supponitur, quare adhuc tamen is habilis, & per excõmunicationem minimè impeditus in ordine ad infirmum absoluendũ dici debet.

Nec obstat tertio prȩiudicium, quod afferretur Parocho, si ipso superueniente, simplex Sacerdos in moribundi confessione excipienda pergere posset, etenim tale prȩiudicium omninò abesset, ex eo quia Summum Pontificem, ex rationibus iam assignatis, concessionem à principio simplici Sacerdoti factam, quaque ipse legitimè vti cępit; haud reuocare censetur, Summus autem Pontifex sua concessione nulli iniuriam facit. *Sanch. in summ. lib. 2. cap. 13. nu. 15. Faustus de pœnit. lib. 6. q. 36. vers.* Respondeo, *etiam repugnante, Baucius de prudentia Confessarij, pag. 213. post 6. petitionem, vers. sed quid si postquam, Bonac. de censur. in com. disp. 1. quest. 3. puncto 3. num. 3. vers. probabile tamen, Henriqu. lib. 6. cap. 11. num.* 8. Ex qua etiam ratione patet, id quoque fieri posse, si superueniat ille, qui potestatem absoluendi à cēsuris habeat, quia scilicet supponitur talis simplex Sacerdos hanc absoluendi facultatem virtute Tridentini iam à principio habuisse, sibiquè de mente Summi Pontificis continuari, vt de facultate absoluendi à peccatis diximus; cum enim ex supra assertis non minus repugnet, & prohibeatur præsente Parocho, simplicem Sacerdotem, moribundum à peccatis absoluere, quam à censuris prȩsente eo qui alias potest, ex eo quia tunc cessat necessitas moribūdi, cuius intuitu, vt Dubio 41. dictum fuit, Tridentinum huiusmodi facultatem simplici Sacerdoti concessit; ergo sicut hoc non obstante ex supra dictis Auctoribus, primum, quoad absolutionem à peccatis, fieri posse conceditur, non alia ratione, nisi quia res nō est integra, & sic ius est acquisitum simplici Sacerdoti, qui moribūdi confessionem audire incępit, ac

Sanch. Faust. Baucius. Bonac. Henriq.

pro-

proinde tale ius à Summo Pontifice nequaquam reuocari supponitur, idem etiam eadem ratione, quoad absolutionem à censuris negari non debet, & ad illa loca. *capituli eos qui, de sententia excommunicationis, in 6. & extrauag.* 1. §. *decernimus, de excom.* ex quibus habetur, in articulo mortis, infirmum à censuris reseruatis absolui non posse, cum adest qui de iure illas tollere potest: Respondetur, id verum esse, nisi interim alteri ius absoluendi fuerit acquisitum, prout in casu nostro; quamuis, si per tempus liceat, simplex Sacerdos teneatur imponere moribundo censurato onus, quod tunc talibus de iure imponi præcipitur, prout nos diximus supra in Additione ad Practicam quartam, dubio 17. nimirum adeundi cum commodè poterit, si conualuerit Superiorem, non pro censurę absolutione recipienda, cum sufficienter iam absolutus supponatur, sed ad recipiendum mandatum, id est maiorem pœnitentiam, seu satisfactionem; si maiorem Superior iudicauerit imponendam, & ad hoc etiam, vt pœnitens ei per obedientiam se subdat, à quo per contumaciam, seu suorum præceptorum transgressionē prius recesserat. *Alphonsus de Leone de potestate Confessarij, par. 2. recol. 8. num. 35. conclus. prima, & num. 37. Suar. apud ipsum, tom. 4. in 3. par. disp. 30. sect. 3. num. 5.* Alphons. DeLeone. Suar.

Dub. 43. An quis petens à suo Superiore in aliquo casu contingenti facultatem, vt se à reseruatis absolui faciat, quam tamen obtineat, eiquè pro vna tantum vice concessa sit, si interim antequam se à reseruatis iam commissis absolui faciat, in alia reseruata labatur, possit virtute huiusmodi licētiæ obtentæ, absque eo quod nouam licentiam pro reser-

uatis postea commissis à Superiore procuret, illorum quoque absolutionem tuta conscientia obtinere.

Respondeo negatiuè, quia facultas, quæ alteri conceditur, vt se à reseruatis absolui faciat, vel cōceditur per modum priuilegij, vel per modum necessitatis; si primum, quia priuilegium respicit tempus præsens, & futurum, talis licentia intelligitur concessa, & pro reseruatis, quibus de præsenti is, cui illa conceditur irretitus existit, & pro committendorum etiam ab ipso in futurum absolutione; si secundum, vt conceditur in casu nostro, & quotiescunque etiam in casibus contingentibus impertitur, talis licentia intelligitur concessa pro peccatis reseruatis, quibus de præsenti eam petens astringitur, & necessitatem habet, vt ab ijs liberetur, non enim potest quis habere necessitatem, vt mediante pœnitentiæ Sacramento liberetur à reseruatis, quæ non dum commissa sunt; & hæc semper supponitur esse mens Superioris, & si quoad hoc interrogaretur, sic vtique responderet cum in casibus contingentibus licentia pro reseruatis simpliciter petitur, vel à pœnitentibus, vt se ab illis absolui faciant obtinetur, nimirum se illam concedere pro commissis, quibus pœnitentes de præsenti, dum eam petunt, vel cum per Confessarium illam petere faciunt, irretiuntur, non verò pro committendis in futurum, nam licentia, vt reseruata in futurum committenda absolui possint, alia quā simplici verborū forma petitur, & quidem hac, vel alia simili, puta, *si aliquis casus ex reseruatis accidat, peto, vt me ab eo absolui facere possim licentiā impertiaris*; at cū petitur absolutè,

& sim-

& ſimpliciter,non intelligitur conceſſa, vt reſeruata in futurum patranda abſolui queant, ſed præterita dumtaxat,& ideò quia verba non operantur vltra intentionem concedentis.*l.non omnis,in principio,ff. si cert.pet.l.3.§.si quis hoc interdicto,ff.de itiner. l.ſcire oportet,§.aliud off.de excuſat.tut.& l.non aliter, 69.ff. de legat.* 3. & ad ſolita concedi ſolummodo extenduntur.*l.si finita, ff. de damno infecto*, fit, quod talis pœnitens,cui pro vna vice per modum neceſſitatis, & in caſu contingenti,vt ſe à reſeruatis abſolui faceret,facultas à Superiore impertita fuit,nouam licentiam pro reſeruatorum abſolutione obtinenda impetrare debeat, ſi poſt primam licentiam,in alia reſeruata labatur.

Nec obſtat, quod quando conceditur Iubileum, etiam ſi quis in excommunicationes,& cenſuras reſeruatas poſt Iubilei promulgationẽ incidat, adhuc ab illis virtute Iubilei ſe abſolui facere queit; ergo ita etiam in caſu noſtro dicendum; nam Reſpõdeo, quod facultas, quæ conceditur tempore Iubilei, conceditur,vt pœnitens ſe ab omnibus peccatis,& cenſuris,quibus hic & nunc tempore, quo confitetur illaqueatus exiſtit,abſolui facere valeat, quomodo concedi non ſupponitur facultas pœnitenti in aliquo caſu contingenti,et per modum neceſſitatis,vt ſuorum peccatorum reſeruatorum abſolutionem ab aliquo Confeſſatio obtineat,ſi quidem tũc dicta facultas ei pro reſeruatis dumtaxat, quæ pro tunc,cum præfatam licentiam à Superiore petit,vel per Confeſſarium petere facit, vt ſupra dictum eſt, concedi cenſetur.*Azor.prima par.lib.5 cap.23. quæsita 2.verſ.item quando,paulò poſt principium,Floronus* Azor. Floron.

de

Bellocch. *de reseruatis, prima par. cap. 4. §. 3. num. 29. & seq. Bellocchius de reseruatis, prima par. quæst. 2. num. 19.*

Dub. 44. An peccatorum reseruatio extra cōfessionem tolli possit, ita vt, ablata reseruatione, peccata postea à quocunque exposito Confessario, casus reseruatos alioqui absoluendi facultatem non habente, absolui queant.

Respondeo affirmatiuè, si loquamur de principali, qui peccata sibi reseruauit, quia peccatorum reseruatio est quædam prohibitio Confessarijs inferioribus facta, nè talia, vel talia peccata absoluant, prohibitio autē, quod ab eo qui illā fecit auferri possit nulli dubium est, qui enim legem facit, illam abrogare potest, & res per easdem causas dissoluitur, per quas nascitur. *capitulo 1. de reg. iuris, & §. final. Instit. quibus modis obligatio tollitur*, & quidem, sicut eiusmodi prohibitio extra Sacramentum pœnitentiæ facta fuit, ita etiam extra illud tolli potest, & non tantum omnes simul, sed vna quoque peccatorum reseruatio, remanente alia, vt patet de censurarum absolutione extra pœnitentiæ Sacramentum facta; sicut enim vnius censuræ ablatio, seu absolutio extra confessionem ab alia non dependet, ita etiam nec vnius casus reseruationis ablatio extra confessionem ab alia dependebit, cum hæc nihil aliud sit, nisi quædam absolutionis relaxatio quoad vnum peccatum reseruatum, non verò quoad aliud, quod extra pœnitentiæ Sacramentum fieri non implicat; si verò loquamur de Confessario facultatem delegatam absoluendi à reseruatis habente, hoc fieri nullatenus potest; enim verò facultas absoluendi à reseruatis intra forum Sacramentale pœnitentiæ

ſolummodo conceſſa cenſetur, id enim ſignificat communis illa conceſſionis forma, nimirum, *do tibi facultatem abſoluendi à reſeruatis*, ideſt abſoluendi peccata reſeruata, peccata autem nō niſi intra forū pœnitentiæ tolli queunt; ergo & reſeruationes illis annexæ; nā cū peccata reſeruata tali modo abſoluī poſſe cōcedūtur, reſeruationes intra forū Sacramē-tale pœnitentiæ auferri ſolūmodo poſſunt. An autē concedi posſit inferiori Sacerdoti, vt à reſeruatis extra confesſionem abſoluat, ſanè id non repugnat, nam talis abſolutio conſiſtit in quadam relaxatione abſolutionis, ſeu ablationis reſeruationis caſuum, vt diximus, quod cum ad poteſtatem ordinariam reſeruantis ſpectet, vtique alteri ex doctrina ſupra dubio 38. tradita, & ex Doctoribus etiam ibi adductis, delegari poterit: communiter autem præfata concesſio, ſimpliciter, abſque ſpeciali explicatione facta, intra præfatum pœnitentiæ forum facta reputatur, tum propter verborum tenorem, prout mox ſupra probauimus, tum etiam quia in dubio, pro communi concesſionis forma, ſeu modo iudicandum, qui eſt, vt talis concesſio pro pœnitē-tiæ foro dumtaxat facta cenſeatur. *Filiuc. tract. 7. nu.* Filiuc.
308. *Bonac. de cenſuris, diſp. 1. q. 3. p. 6. num. 10. fine.* Bonacina.

Dub. 45. An Superior auferens reſeruationem à caſibus ſibi reſeruatis, ea nō ſolum à peccatis in futurum committendis, ſed etiā à peccatis reſeruatis de præterito commisſis ſublata cenſeatur, ita vt qui de præterito in caſus reſeruatos lapſus fuit, illos omni expoſito Confeſſario, & ſi alias facultate à reſeruatis abſoluendi carat, confiteri, ab eoquè abſolui posſit.

Respondeo, tunc etiam reseruationem à casibus reseruatis de præterito commisfis sublatam esse intelligi debere, ita vt eorum absolutio ab omni exposito Confessario obtineri valeat; nam quotiescunque peccatum hic & nunc non est reseruatum, nec reseruatum dici potest, ab omni exposito Confessario absolui queit, sed si Superior reseruationem à peccatis sibi reseruatis auferat, illa siue ante eiusmodi reseruationis ablationem commissa supponatur, siue deinceps perpetrentur, amplius reseruata dici non possunt, etenim verissimum est, quod tali reseruatione sublata, tam peccata ante reseruationis ablationem commissa, quam post, hic & nunc, dum Confessario propalantur, nec sunt, nec vllo modo secūdum se reseruata dici possunt; ergo eiusmodi reseruatione per Superiorem sublata, etiam à peccatis reseruatis de prẹterito commisfis, omnem expositum Confessarium absoluere posse nulli dubium est.

Quod idem eadem ratione dicēdum, si Superior reseruationem ab excommunicationibus sibi reseruatis auferat, illẹ enim excommunicationes tunc à quocunque exposito Confessario absolui possunt, secus verò si Superior ipsammet excommunicationem à peccatis, quibus erat annexa auferat, si quidem tunc excommunicatio intelligitur sublata à peccatis in futurum committendis, non verò à peccatis de præterito patratis, atque adeo quoad peccata de præterito commissa, quibus excommunicatio erat adiuncta, non modo eorum absolutio obtinēda est, sed etiam excommunicationis eis adiunctæ, & ratio disparitatis, seu differentiæ inter

casus

casus reseruatos, & excommunicationem in hac materia est, quia excommunicatio est propriè pœna, tenens se ex parte culpæ, estquè illi annexa tanquam quid ex dictamine rationis, & de omni iure, vti quædam pœna est ei debitum, & correspondēs, & ideò dum Superior excommunicationem à peccatis aufert, & dicit, *nolo, vt talia peccata sint amplius sub excommunicatione prohibita*, non per hoc facit, q; peccatum de præterito commissum sub excommunicatione prohibitum, secum excommunicationem adiunctam non habeat, & retineat, vti pœnam culpæ debitam, præsertim quia id Superiore agente, eius intentio neutiquam est excommunicationes absoluere, sed solum non sub excommunicatione prohibere, quod antea erat hac censura vetitum, atque adeò, quod in futurum illa peccata, quæ prius sub excommunicatione prohibita erant, deinceps sub simili censura haud vetita intelligantur; quapropter qui post eiusmodi excommunicationis ablationem cum aliquo peccato de præterito excommunicatione prohibito commisso inuenitur, quia adhuc dicta excommunicationis ablatione posita, illud peccatum, cui prius censura erat annexa, etiam illam secum habet adiunctam, necessariò excommunicationis absolutionem ab aliquo exposito Confessario, dum nequaquam reseruata supponitur, procurare debet; At reseruatio non est propriè pœna, tenens se ex parte culpæ, sed est quædam prohibitio tenens se ex parte Confessariorum, eis ab Episcopis casus sibi reseruantibus facta, nè scilicet casus reseruatos, idest ne hoc, vel illud peccatum absoluant, atq; adeo cum Superior tollit

reseruationem à casibus, qui antea erant reseruationi suppositi, tollit illam prohibitionem Confessarijs factã, nè casus reseruatos absoluãt; proindèq; accedens quis ad Confessarium cum casu, qui antea erat reseruatus, siue ante, siue post reseruationis ablationem commissus sit, quia hic & nunc, dum casus confessioni subijcitur, verè in se reseruatus dici nõ potest, fit quod talis casus ab omni exposito Confessario, vti non reseruatus absolui possit; Et ex hoc patet disparitas inter casus reseruatos, & excommunicationem, quare scilicet sublata casuum reseruatione, casus reseruati de præterito commissi, vti non reseruati, & reseruationi suppositi absolui valeant, & sublata à peccatis excommunicatione, sub qua vetita erant, peccata de præterito commissa, vti excommunicationi non supposita, nec illam annexam habentia absolui neutiquam queant.

Dub.46. Si Iubilei tempore, assignatis duabus hebdomatibus, vt fieri solet, ad illius consecutionẽ; quis illud lucrari nolle se determinet, deindeq; die Sabbathi proximo Dominicæ secũdæ hebdomadæ eum suæ indeuotionis pœniteat, velitq; Iubileum lucrari; an possit dari casus, quod talis validè Iubileum cõsequi valeat, sequè à reseruatis, quibus irretitur absolui facere possit.

Respondeo affirmatiuè, nam cum in omnibus Iubileis detur ferè facultas Confessarijs quoad impotentes (idest ad ponendum omnes conditiones in Iubileo præscriptas ad illius consecutionem necessarias, puta ad interessendum processionibus, ad ieiunandum determinatis diebus, &c.) eis commutandi similia onera, & conditiones in alia opera spi-

ritualia sibi benè visa, & talis constitutus in die Sabbathi vltimæ hebdomadæ ex duabus ad Iubilei consecutionem assignatis, pro tunc ad ponendas illa die omnes præfatas Iubilei conditiones impotens verè dicatur, & alioquin, vt mox dictum est, in Iubileo detur facultas Confessarijs cum verè impeditis ad illud consequendũ, commutandi huiusmodi Iubilei conditiones in alia opera pia, fit quod quoad præfatum, qui Iubileum lucrari cupit, eius Confessarius conditiones in Bulla expressas, quas ipse omnes in die Sabbathi ponere minimè potest, in alia salutis opera, quæ illa die exequi valeat, commutare possit, & consequenter ipse tunc suorum peccatorum confessione, & postea communione præmissa, verè Iubileum lucrabitur, in eaque confessione, suorum peccatorum reseruatorum validam absolutionem obtinebit; & hoc etiam si in Iubileo non dicatur, quod Confessarius absolutè, & simpliciter quoad impeditos, sed quoad legitimè impeditos, cõditiones in Iubileo assignatas in alia salutis opera commutare valeat; talis enim tunc qui Iubileum lucraturus est, licet quod fuerit pro illo consequendo legitimè impeditus dici nullatenus possit, dum liberè, ex defectu scilicet dumtaxat suæ voluntatis, conditiones Iubilei implere prætermisit, tamen dum in die Sabbathi vltimæ, seu secundæ hebdomadæ Iubileum consequi cupit, & pro tunc omnes conditiones in eo assignatas simpliciter, & absolutè ponere non potest, ad illas ponendas verè legitimè impeditus dicitur, atque adeo ei Confessarius dictas Iubilei conditiones, vtpotè impotẽti, seu legitimè impedito in alia opera

pia, antequam Iubilei consequendi tempus trāseat, exequenda commutare poterit, ipseque tunc Iubileum lucrabitur. Nec dicas, datur facultas in Iubileo ad huiusmodi cōmutationem in principio hebdomadæ faciendam; ergo in fine illius, puta die Veneris, Sabbathi, &c. fieri non potest; nam Respondeo id minus verum esse, si quidem, dum in Iubileo datur facultas Confessarijs faciendi cum suis pœnitentibus dictam commutationem, & alioqui Iubileum consecuturus, ex Bullæ tenore non sit astrictus in principio hebdomadæ confiteri, sed in vltimo hebdomadæ id possit, fit, quod quando pœnitēs confiteri potest, & vult, quod est in vltimo hebdomadæ (vt supponimus) tunc vi Iubilei datur facultas Confessarijs cum suis penitentibus, ad ponēdas Iubilei conditiones ad illud lucrandum necessarias impotentibus, vel legitimè impeditis, hasce conditiones in alia opera pia commutandi; Quare adhuc in vltimo secundæ hebdomadæ ex duabus pro Iubileo lucrando assignatis, talis commutatio fieri nō repugnat, atque adeò, quod legitimè impediti, & ad Iubileum lucrandum in vltimo secundæ hebdomadæ impotentes, præmissa Iubilei conditionum cōmutatione, tunc in vltimò dictæ secundæ hebdomadæ Iubileum lucrari non possint; Immo secundum Sanctarellum mox citādum in ipsa die vltimæ Dominicæ Confessarius huiusmodi legitimè impeditis, etiam communionem in aliquod opus pium commutare poterit, si tali die communicari non possint, per hoc nimirum, quod inaduertenter (ait ipse) aliquid cibi, vel potus sumpserint, & hoc ratione mox supra assignata. *Lugo de pœnitentia*, *disp*. 20.

Lugo.

sect.

*sect.8.num.*139.*Sanctarellus de Iubileo, cap.* 7.*dub.*1. *Iulius Lauorius de Iubileo,par.*1.*cap.*21.*num.* 53. Sanctar. Iul.Lauor.

Dub.47.An Regulares possint absoluere seculares suis Monasteriis seruientes à casibus locorum Ordinarijs reseruatis,non obstante prohibitione, quoad hoc supra dub.22.recensita.

Respondet affirmatiuè Tamburrinus *de iure Abb. tom.*2.*disp.*13.*quæst.*13.*nu.*4. *vers. patet cum Peirino*, & hoc ex priuilegio Clementis Octaui Carthusiensibus concesso; Verum omnia priuilegia Regularibus absoluendi à censuris,& casibus aliis reseruatis concessa nonnulli fatentur per decreta Sacræ Cõgregationis Episcoporum,& Regularium iussu Clementis VIII.Pauli V.& Vrbani VIII. fuisse reuocata,de quo infra dubio 16.Practicæ 5.nisi fortè quis dicat,commensales Regularium eorum priuilegiis participare,& ideò cum referat Alphonsus de Leone,vt dicemus infra dubio 54.Responsum Clementis Octaui dicta Regularium priuilegia quoad absolutionem Regularium subsistere, videntur etiã subsistere quoad absolutionem suorum commẽsalium, præsertim cum Summi Põtifices successores videãtur cõfirmasse reuocationẽ priuilegiorũ huiusmodi eo modo quo à Clemente VIII. prius facta fuerat,& iuxta eius sensum.Vide *Tambur. sup.cit.* Tamburr. Sac.Cõgr. Clem. 8. Paulus V. Vrb8. Alphons. de Leon. Tambur.

Dub.48.An Episcopus, vel Prælatus Regularis puniens suum subditum etiam Ecclesiasticum, & notabiliter modum in puniendo excedens, puta si in iure, vel in Cõstitutionibus Regularibus sit determinata pœna infligenda delicto,& Prælatus subditum delinquentem pęna, illa notabiliter grauiori puniat,vel si pęna suo arbitrio infligenda relinqua-

tur,

tur, illumquè Superior adhuc seruiori notabiliter modo, quam subditus delinquens mereatur castiget, excommunicationem capituli *si quis suadente* incurrat.

Respondeo affirmatiuè, prout patet ex glossa *in capitulo cum voluntate, de sententia excommunicationis, lit. M. vers. Inferiorum graduum*, quia totus ille notabilis excessus supra pęnam delicto debitam perinde se habet, ac si absque vlla causa infligeretur, sed si subditus Ecclesiasticus percuteretur à suo Superiore, vel in carcerem truderetur, vel quid simile, quod sub nomine manus violentæ veniret, Superior in subditum sine causa ageret, in excommunicationem dicti capituli *si quis suadente* laberetur; ergò illa etiam irretitur, si notabiliter prout supra in subdito corrigendo modum excedat; quod adeò verum est, vt nemo ex Doctoribus quod viderim sit, qui contrarium in hoc sentiat; Ideò aduertant Prælati, præsertim Regulares in puniendo Ecclesiasticos sibi subiectos, nè vltra id quod in Regula, vel in iure eos puniri statuitur, vel vltra id quod considerata delicti qualitate ipsi merentur, illos puniant; Nec ex odio, vel alia humana passione ad modum in puniẽdo excedendum moueantur, sed omnia ex charitate præstent, & zelum pacis, ac quietis Religionis prę oculos habeant, ne subditi eius crudelitate exterriti, fugam à Religione arripiant, illiquè in varia probra, & facinora se tradendo, non paruam afferant ignominiam; & sic dum ipsi putant hoc modo fortè Religioni prodesse, illi potius officiant, memores illius. Diui Ioannis Chrysostomi sententiæ, hom. 43. super cap. 23. Matthæi, *Melius est errare in misericor-*

Chrysost.

dia remittendi, quam in seueritate vlciscendi, adductæ in capitulo alligāt, 7. q. 26. & illius etiam sententię Diui Bernardi, sermone 23. super Canticam. *Audiăt hoc Prælati, qui sibi commissis semper volunt esse formidini, vtilitati rarò, erudimini qui iudicatis terram, discite subditorum matres vos esse debere, non Dominos; studete magis amari, quam metui, & si interdum seueritate opus est, paterna sit, non tyrannica; matres fouēdo, patres vos corripiendo exhibeatis; mansuescite, ponite feritatem, suspendite verbera, producite vbera, pectora lacte pinguescant, non typo turgeant*; sciantquè subditorum correctionem spiritu lenitatis, & non crudelitatis faciendam esse, & hunc puniendi modum esse sacrorum Canonum dispositioni simpliciter conformem; prout videre est in prædicto capitulo *alligant*. 7. præciso tamen casu obstinationis subditorum, vel cum ab eis suarum culparum emenda non speratur, vt explicat glossa in dicto capitulo. Bernar. *Genuensis in Praxi Archiep. Neap. cap.* 34. incipit, *vtilissimam, sub num.* 2. *Alphonsus de Leone, de censuris, recoll.* 5. *num.* 218. *vsque ad* 220. 226. 227. *&* 286. *Auila* 2. *par. d.* 3. *dub.* 13. *in princip. & dub.* 12. *vers. tertio sequitur, Layman. lib.* 1. *tract.* 5. *par.* 2. *cap.* 5. *n.* 8. *vers. quinta, Bonacina de excommunicatione, disp.* 2. *quæst.* 4. *puncto* 4. *num.* 4. *Tabiena verbo excommunicatio,* 5. *num.* 7. *post medium, Filiuc. tract.* 15. *cap.* 1. *nu.* 23. 25. *&* 32. alijq; communiter. Genuens. Alphons. de Leon. Auila. Layman. Bonacina. Tabien. Filliuc.

Dub. 49. Dum percussio clerici est sub excommunicatione in capitulo *si quis suadente Diabolo*, 17. *q.* 4. vetita, an talis excommunicatio sit reseruata, & à quo nam absolui possit.

Respondeo, quamcunque clerici percussionem

esse sub excommunicatione reseruata prohibitam, (vt patebit ex infra dicendis) sed difficultas est, à quonam absolui talis excommunicatio queat; ad quod Dico; *Si* percussio sit leuis, ab Episcopo absolui potest, prout habetur ex capitulo *peruenit, de sententia excommunicationis*, vel per alium ad hoc per ipsum delegatum; nam talis absoluendi facultas cōpetit Episcopo ex facultate ordinaria; quandoquidem in dicto capitulo *peruenit*, illa conceditur non Episcoporum personis in indiuiduo, & nominatim, sed dignitati Episcopali; quæ autem conceduntur, dignitati, faciunt facultatem ordinariam, quæ sanè aliis delegari potest, prout diximus supra dubio 38.

Si verò percussio sit grauis, seu enormis, præciso mortis articulo, solus Papa ab excommunicatione per percussorem contracta absoluere potest, prout habetur ex citato capitulo *si quis suadente*, iuncto capitulo *peruenit*; nam cum in capitulo *si quis suadente*, reseruetur Papæ simpliciter absolutio ob clerici, vel Monachi percussionem, & postea in capitulo *peruenit* detur facultas Episcopis absoluendi ab excommunicatione ob leuem clerici percussionē, sed non ob grauem, seu enormem cōtracta, fit quod cum percussio clerici non est leuis, sed grauis, vel enormis, censura ob illam incursa sit Summo Pontifici reseruata; nisi fortè percussor sit legitimè impeditus, nè Summum Pontificem adire pro censurę absolutione valeat, puta si sit puber, idest in ætate infra quartumdecimum annum constitutus, mulier, Monialis, seruus, filiusfamilias, impotens ad iter faciendum, vt sunt senes, infirmi, valetudinarii, pauperes, qui non sunt soliti ostiatim viuere; cœci vtroq;

oculo,

oculo, notabiliter claudi; habens inimicitias capitales, &c. tunc enim fatentur Doctores, hos ab eorũ Episcopo absolui posse; & si enormis, seu grauis percussio publica fuerit, dato eis iuramento (dũmodo impedimentum non sit perpetuum, aliàs id obseruari non debet) vt cum postea commodè potuerint Papam pro absolutione adeant. *Reginald. lib. 1. à num. 47. & seq. Sayr. de censuris, lib. 3. cap. 28. à num. 10. & seqq.* Reginald. Sayr.

Dub. 50. Quænam sit percussio leuis, quænam verò grauis, ad effectum iudicandi, an in clericorum percussione excommunicatio sit Papæ, vel Episcopo reseruata.

Respondeo, quod percussio leuis est illa, quæ fit pugno, palma, manu, baculo, liuorē non relinquens, sine effractione ossium, vel dentium, nec cum euulsione multorum capillorum, nec cum effusione multi sanguinis, vel multi, sed qui exeat è naribus; modo tamen persona dictis modis offensa sit clericus, vel simplex Sacerdos, & non in dignitate constitutus; & præterea cum magno scandalo non sic percutiatur, seu offendatur, idest si coram suo Superiore, vel coram magno populo, vel si Sacerdos sic offendatur Sacerdotalibus vestibus indutus. Grauis vero, seu enormis percussio est, quæ liuorem relinquit, quæ accidit cum effractione ossiũ, dentium, multorum capillorum, cum effusione magnæ sanguinis copiæ; sed qui non exeat è naribus; illa quæ fit in proprium Superiorem, de alio verò, iudicandum secundum superioritatis gradũ, & qualitatem; Secus si solum attingatur Superior, & non percutiatur; Mediocris autem percussio est illa, quæ

est media inter leuem,& grauem,seu enormẽ,idest, quæ aliquem gradum supra leuem habet,& qui potest absoluere ab excommunicatione ob leuem percussionem incursa, potest etiam à contracta per mediocrem,cum mediocris ad leuem reducatur,dũ ad grauem,seu enormem non pertingit. *Bonac. disp. 2. de censuris, quæst. 4. punct. 5. num. 8. per totum, Graff. de reseruatis, lib. 1. cap. 8 num. 12. Nauar. in manu. nu. 91. & 92. Abbas in cap. cum illorum, nu. 5.*

Bonac. Graff. Nauar. Abb.

Quod si quæras, an in casu quo controuertatur, num percussio grauis,vel leuis sit, à quonam id decidi debeat; Sanè, si clerici percussor sit clericus, à suo Episcopo id iudicari debet, si verò sit Regularis, à suo Superiore Regulari; modo res sit absolutè dubia, secus si sit clara, nam quæ clara, & certa sũt, explicatione non indigent, prout tenet Graffius *cit. num. 13. Panormit. in cap. cum illorum, num. 11.*

Graff. Panormit.

Dub. 51. A quonam absolui possit clericus, si Monachum, seu alium Regularem leui percussione offendat.

Respondeo, quod à suo dumtaxat Episcopo absolui poterit, put patet ex capitulo *peruenit, de sent. excom.* vbi datur facultas Episcopis absoluendi simpliciter à leui clericorum percussione, sub quorum nomine, vtpotè in materia Religionis fauorabili ipsi quoque veniunt, & alias in iure non repetitur expressum, quod desideretur etiam absolutio à Superiore percussi. *Alphonsus de Leone, de censuris. Recol. 5. num. 613. vers. præsupposito.*

Alphons. De Leone.

Dub. 52. Quid dicendum sit si Monachus percutiat alium Regularem sui ordinis.

Respondeo, cum de iure communi. s. ex capitu-

lo

lo *cum illorum, de sententia excommunicationis, in 6.* & *c. Canonici, eod. tit.* à supremo sui Monasterij Prælato absolui posse, qui suas in hoc vices alij delegare poterit, prout supra dubio 49. in simili de Episcopo dictum est, quod idem dicendum fatetur Alphõsus de Leone *de censuris*, Recol. 5. *num.* 613. & 614. de Nouitio, si Monachum, seu Regularem professum percutiat, qui si à Religione expellatur, vel aufugiat, à suo Episcopo absoluendum esse asserit, quod si percussio fuerit enormis, quid tunc faciendum, infra dubio 54. dicemus. *Lezana tom. 3. verbo Clericus, num.* 12. *Abbas in cap. cum illorum, sub num.* 1. Alphons. de Leone. Lezana. Abb.

Dub. 53. Quid dicendum si Regularis percutiat clericum secularem.

Respõdeo, quod licet ex *cap. cum illorum, de sent. excom.* etiã si percussio leuis sit, ipse Papam petere debeat, tamen ex capitulo *Religioso, de sentẽtia excõmunicationis,* (ad cuius dispositionem, cap. *cum illorũ* dispositionem in hac parte reducendã esse, ait glossa apud præfatum capitulum *Religioso* litera H.) ab Episcopo absolui poterit, & hoc (vt loquitur textus, & quidem omni cum prudentia) ne detur occasio Regularibus vagandi, cum Regulares non sint deterioris conditionis laicis, qui in simili casu ab Episcopo absolui queunt: Quod si percussio grauis sit, & enormis, quantum attinet ad dispositionem iuris communis, si Monachus sit inops, & non possit Papam petere, tunc ex glossa super præfatum capitulum *Religioso*, Episcopus poterit Monachum, seu Regularem Clerici secularis percussorem, tãquam inopem simpliciter ab excommunicatione ob grauem, seu enormem percussionem absoluere,

absque eo quod illi onus imponat, vt Papam, cum commodè potuerit adeat. Hæc quoad dispositionẽ iuris communis; quoad priuilegia vero Regularium in hac materia, dicemus dub. sequẽti. *Tambur. to. 2. disp. 14. q. 10. num. 3. & 7. Abb. in cap. cũ illorum, n. 6.*

Tambur. Abb.

Dub. 54. Quid dicendum, si Religiosus percutiat Religiosum alterius Ordinis.

Respondeo, eum de iure communi, scilicet ex cap. *cum illorũ de sent. excom.* debere nõ modo à suo proprio Prælato, sed etiam à Superiore percussi absolui, & non sufficit si ab altero tantùm absoluatur, sed ambo percussorem absoluere debent (vt loquitur textus) alias absolutio nulla est; poterit tamen alter alteri suas vices delegare, vel vnusquisque ex parte sua propriam in hoc facultatem alicui etiam simplici Sacerdoti Regulari ad hunc effectũ, ratione qua Dub. 49. in simili dictum fuit comittere. *Reginaldus lib. 1. num.* 243. Hęc (sicut & quæ dicta sunt dubio 52. & 53.) quoad absolutionem Regularium ob percussionem clericorum, seu aliorum Regularium, de iure communi. At Bonacina *de censuris in particulari, tom. 3. disp. 2. quæst. 3. punct. 6. sect. 5. num. 9. vers. maior difficultas*, Tamburrinus *dub. præced. cit. q. 11. num. 3.* fatentur, omnes ferè Regulares, siue per directam concessionem, siue per communicationem priuilegiorum cum alijs Regularibus posse suos subditos ab excommunicatione ob clerici, vel Monachi ẽt diuersi Ordinis pcussionẽ, & si grauẽ, absoluere, quorũ priuilegia refert Sorbus *in compend. priuil. Mendi. verbo absolutio ordinaria quoad fratres*; Et licet priuilegia Regularibus ad hoc concessa, absoluendi scilicet ab excommuni-

Bonac. Tamburr.

ca-

catione ob grauem, vel enormem clericorũ percussionẽ videantur reuocata per Clementem VIII. in Decreto, suo iussu edito die 26. Nouembris 1602. incipit, *Cum autem dubia*, quod refert Naldus in sũma, *verb. casus reseruatus, n.* 14. Tamen dictum decretum in hac parte eo modo inter Regulares practicari videtur, vt. s. ipsi virtute suorũ priuilegiorum non absoluant ab huiusmodi excommunicatione etiam ob grauem percussionem pœnitentes seculares, nõ verò suos subditos, quandoquidem hi, cum casus percussionis accidit, Romam pro absolutione mitti non videntur, nec inde absolutio procurari; forte quia Regulares hanc fuisse in dicto decreto benignã Summi Pontificis mentem supponunt, nec in eo in hac parte eorum priuilegijs derogari; Tum quia refert Alphonsus de Leone de censuris, *recollect.* 5. *nu.* 611. & 612. eundem Summum Pontificem Clementem VIII. declarasse Generali Theatinorum, reuocationem priuilegiorum Regularium in præcitato suo decreto factam intelligi quoad absolutionem secularium, non verò Regularium, nec per Cõstitutionem Gregorii XV. sub die 2. Iulij 1622. & Vrbani VIII. sub die 20. Decembris 1631. in quibus reuocantur omnia priuilegia concessiones, &c. viuæ vocis oraculo à Summis Pontificibus obtentas, reuocari explicationes prohibitionum, seu Bullarum tali modo ab eisdem habitas, ideoq; dictam explicationem Generali Theatinorum viuæ vocis oraculo à Clemente VIII. super ipsius decretum factam subsistere; quare ibidem num. 587. cũ multis alijs Doctoribus fatetur, dictum decretum non obstare absolutioni Regularium à suis Prelatis, vel à

Clem. 8.

Nald.

Alph. de Leon.

Greg. XV. Vrb. 8.

delegatis ab ipsis faciendæ, si in casum percussionis huiusmodi eos incidere contingat.

Verum si aliquis Regularis clerici, vel Monachi percussor, in hoc scrupulizaret, si percussio à se cõmissa fuerit secreta, idest non publica, poterit ratione per nos supra Dubio 14. Practica 10. de Irregularitate assignata Episcopo, sit quicunque, subiici, & ab illo ab excommunicatione contracta se absolui facere, petita tamen prius à suo Superiore Regulari per suum Confessarium in communi, non explicãdo personam absoluendi, id agendi licentia, quam si Superior negauerit, agat, vt dictum est Dubio 15. dictæ Practicæ 10. Si verò percussio sit publica, & ipse sit legitimè impeditus Papam pro absolùtione adire, vt si pecunia pro itinere à Monasterio non ei subministretur, vel si Superior ei licentiam Romã petendi dare renuat, & sequi velit sententiã illorũ, qui dicunt, Episcopũ posse legitimè impeditos ab omnibus excõmunicationibus Papæ reseruatis absoluere, poterit etiã ab Episcopo se absolui facere, exhibito tamen per eum iuraméto, ꝙ cum habuerit necessaria pro itinere arripiendo Romam versus, pro excommunicationis absolutione, id aget; vel si fuerit pro semper impeditus Romam petere, vt si sit valde senex, vel podagra laborans, pro semper etiã absque dicto iuramento simpliciter, & absolutè ab Episcopo absoluatur, vt dictum fuit Dub. 18. Practicę 4. de Sacramentali Confessione.

Dub. 55. Quid faciendum in casu, quo remaneãt in Conuentu Superior, & vnus subditus Sacerdos, & ad inuicem se percutiant.

Respondeo, quod licet ambo in conscientia ab

actu iurisdictionis per excommunicationis eff:ctũ priuati remaneant, atquè adeo non videatur Superior posse delegare subdito percusso facultatem absoluendi ab excommunicatione, & sic ab illo se à censura incursa absolui facere, & postea ipse ab excommunicatione absolutus, suum subditum à censura liberare, tamen si immineat periculum scādali, nisi celebrent, vt si sit dies festus, & non possint pro temporis breuitate adire aliũ, qui eos ex facultate, quam habeat absoluat, & percussio sit secreta, (nam si percussio sit publica, iam non sumus in casu, quia nisi celebrent, non dant scādalum, cum iam pro excommunicatis apud alios habeantur) tunc alterum ab altero absolui posse fatentur Doctores nunc infra citandi (quia aiunt) necessitas non habet legem; Immo nonnulli ex ipsis asserunt, quod si duo simplices Sacerdotes in Monasterio se percutiant, & vrgeat scandalum nisi celebrēt, & non possint pro tunc adire Superiorem, qui eos absoluat, & percussio sit secreta, se ad inuicem absoluere possint. *Coriolan. de reseruatis p. 2. casu 10. de iud.* Regul. §. 10. *num.* 17. *vers. Nam licet. Sorbus verb. Absolutio ordinaria, quoad fratres, vers. sed quia ista intelligitur. Barbos. de iure Ecclesiastico, lib. 1. cap. 39. n. 91. Lezana tom. 3. verb. Clericus, num.* 17. Coriolan. Sorb. Barbos. Lezan.

Alij vero dicũt, id fieri posse, quia dum percussio est secreta, tales ex extrauagāti *ad euitanda*, nō sunt vitandi, qui autem non est vitandus, sua iurisdictione validè vti, eamquè alij delegare potest; Et sic in casu nostro Superiorē excommunicatũ suam iurisdictionem ad absoluendum à censuris subdito excommunicato etiam tolerato committere posse, &

se

se vicissim ab excommunicatione ob mutuam percussionem contracta absoluere; At id dici non potest, nam licet gesta per excommunicatum toleratum, seu non vitandum valida sint, id prouenit, vt
Coninc. benè ait Coninc. *disp.* 14. *dub.* 10. *num.* 89. ex eo quia cum ex dicta extrauaganti concedatur fidelibus nõ excommunicatis ob ipsorum fauorem, non verò
Sanch. excommunicatorum (vt ait etiã Sanchez de matrimonio *lib.* 3. *disp.* 22. *num.* 32. cum alijs) posse cum excommunicatis non vitandis participare, consequenter reddit acta fidelium, quæ cum dictis excõmunicatis agunt valida, atque adeò reddit validam acceptationem iurisdictionis, & etiam delegationẽ eiusdem, quæ per non vitandos, fidelibus non censuratis fit; sed nõ sic accidit in casu nostro, nam supponimus, illum qui cum excommunicato tolerato, seu non vitando agit, esse etiam excommunicatum, & consequenter participare non posse præfatæ extrauagantis fauorem, nimirum, vt acta inter ipsos facta, sint valida, scilicet delegatio, & eiusmodi iurisdictionis acceptatio.

Quare dicendum est id fieri posse, quia ex benigna interpretatione voluntatis Summi Pontificis, ad vitandum scandalum, fideliumquè infamiã, prout in simili supra Dubio 25. & 32. dictum fuit, censetur in dicto casu excommunicationis effectus suspensus, quo scilicet excommunicati vsu suæ iurisdictionis priuantur, ita vt Superior excommunicatus non vitandus validè suam iurisdictionem ad absoluendum ab excommunicatione suo subdito delegare possit; si enim tempore necessitatis censetur Summus Pontifex suspendere effectum excommuni-

nicationis in Sacerdote excommunicato, vt validè fideles in articulo mortis absoluat, baptizet, &c. qui alias per excommunicationem id validè præstare non poterat, ita etiam tempore necessitatis, scilicet ad vitandum scandalum, & fidelium infamiam censetur suspendere effectum excommunicationis in Superiore, ad hoc vt suam iurisdictionẽ suo subdito excõmunicato delegare valeat, & in subdito excõmunicato, vt illã recipere, eaq; vti possit, & se inuicẽ ab excõmunicatione ob mutuã percussionem cõtracta absoluere queant, & sic scandalum non celebrando non exhibeant, sibiquè famam seruent; vel si Superior dubitet id fieri non posse, dum imminet scandalum, nisi ipse, & subditus percussus celebrẽt, agant, vt præcitato Dubio 32. dictum fuit, & sacrũ faciant vsque dum adire possint aliquem, à quo se à censura contracta absolui facere valeant.

Dub. 56. An extra casum nunc supra positum, si Superior Regularis in Canonem *si quis suadente* incidat, dum ipse suos subditos excommunicatos excommunicatione dicti Canonis absoluere queit, possit facultatem, quam in ordine ad alios absoluẽdos habet, alii committere, & se ab illo à censura contracta absolui facere.

Respondeo, quod si excõmunicatio sit publica, ita vt ipse sit vitandus .s. publicus percussor clerici, vel censuratus denunciatus per cedulonem, id præstare non potest, quia tales excommunicati sunt priuati vsu suæ iurisdictionis, prout habetur ex capitulo *is cui*, 12. *de offic. deleg. in 6.* ita vt omnes iurisdictionis actus, quos præstant, cuiusmodi inter alios est propriè facultatis ad absoluendum censuras de-

legatio inualidi sint, vt constat ex capitulo *Audiuimus*, 24. *q*. 1. & ex capitulo *ad probandum*, *de sententia*, *& re iudic*. & tenet Blundus de cēsuris *p*. 4. *disp*. 4. *art*. 1. *asseri*. 2. & consequenter talis Superior in huiusmodi casu suā facultatē, quam absoluendi à cēsuris habet, alteri delegare non potest, vt se ab illo à cēsura, qua illaqueatur absolui faciat, sed debet eū, qui à tali excommunicatione absoluere potest adire, hancq; absolutionem ab illo impetrare; nisi fortè per prius antequam ipse excommunicationē contraheret, alicui ex suis subditis suam facultatem absoluendi omnes excommunicationes, etiam propter clerici percussionem, quæ in Monasterio contrahi accideret delegasset; tunc enim ipse à tali suo subdito se absolui facere potest, cum per eius excōmunicationem, delegatio suo subdito facta, saltē si ille ea vti cęperit, prout tenet Squillante *de priuileg. cleric. cap*. 2. *num*. 118. *& seqq*. & secundum nostram sententiam, prout diximus supra Dubio 12. vers. *Quod si*, etiam si nondum ea vti cœperit non expiret. Si verò percussio fuerit occulta, & in Cōuētu sint Patres nulla cēsura irretiti, pōt ex ratione per Coninc. supra dub. 55. adductū allata, illi absoluendi auctoritatem delegare, & se ab eo à censura, quam habet liberari facere.

Blundus. Squil. Coninc.

Dub. 57. Quænam præstare debeat absoluendus ob clerici, vel Monachi percussionem antequā ab excommunicatione absoluatur.

Respondeo, quod si percussio fuerit publica, publicè etiam satisfacere debet, etiam si fuerit leuis, idest veniam genuflexus à percusso petendo, nisi fortè percussor fuerit persona Illustris, vel Prælatus,

qui

qui .s. excōmunicationē ob excessum in aliquo suo subdito corrigendo cōmissum cōtraxerit,&c.isti .n. (vt ait Graffius nunc citandus) hunc petendæ veniæ actum ante percussum facere non tenentur; præter quam quod simpliciter hunc satisfactionis actum, aliqua alia satisfactione quoad percussores cuiuscunq; cōditionis sint, si tamen hac compensatione percussus contentus fuerit, cōpensari posse ipsemet Auctor fatetur; & præterea iurando etiam in manibus absoluentis, non amplius in similia delicta, seu percussiones incidere, & Ecclesiasticos sēper in honore habere, & si percussus fuerit Religiosus, præfato etiam modo à Superiore, seu Prælato illius Conuentus, vbi adest percussus veniam petat; nam ad Conuentum, & non ad Regularem percussum iniuriam condonare spectat, cum Monachus, seu Regularis subditus non habeat in se nolle, nec velle, prout innuit Eliseus Danza in pugna Doctorum, *sub titulo Monachus, quando agat, cap. 1. num. 9. & seq.* & alioqui iniuria facta Monacho, transit in Monasterium, & iurando etiam prout supra. Compenset quoq; damnum temporale, si percusso, siue clerico, siue Monacho per percussionem attulerit, sin minus possit, tunc det cautionem pignoratitiā, & si hanc nequeat, det iuratoriam de id faciendo cum poterit; sed quoad Monachum, huiusmodi cōpensatio debet fieri Monasterio, quod Monachi damnum passum est, & postea absoluatur iuxta formam Ritualis Ecclesiæ, idest Romani. Quod si prædicta omnia in excōmunicati absolutione fieri prætermittantur, absolutio valida est, cum iura, quę hęc fieri præcipiunt non annullent aliter factum; sed pu- Elis. Danz.

eo absoluentem, qui sciens, & volens dicta fieri pretermittit, cum ad ius offensi pertineat, vt sibi in eo, in quo offensus fuit satisfiat, & alioqui dum offensio grauis in se supponitur (& si in ordine ad reddendam excommunicationis absolutionem Papalem, vel Episcopalem leuis iudicetur) grauem etiã pro hoc offenso iniuriam irrogat, impediendo, ne in graui offensa ei ab offensore, vt æquũ esset satisfiat, ideóq; mortaliter peccat; Prædicta habentur ex capitulo 2. *de sententia excommunicationis, in 6.* ex capitulo *olim de iniur.* ex Abbate *in cap. quæstioni, in fine,* ex capitulo *qua fronte, num.* 17. *de appellat.* ex Authẽtica *generaliter*, C. *de Episcop. & cleric.* ex capitulo *quando, distin.* 86 & tenent Layman. *lib.* 1. *tract.* 5. *par.* 2. *cap.* 6. *n.* 7. *vers. dico* 4. Graffius *de reser. lib.* 1. *c.* 8. *num.* 48. & 49. Alphonsus de Leone, *de censuris, recollect.* 5. *à n.* 621. & *seqq.*

Abb. Laym. Graff. Alphons. de Leon.

Dub. 58. An Episcopus præcipiens generaliter in sua Diœcesi, vt hoc, vel illud sub excommunicationis sibi reseruatæ, vel non reseruatæ, seu alterius pœnæ fiat, vel non fiat, sub hoc præcepto comprehendantur etiam Regulares, alioqui ab Episcopi iurisdictione exempti, ita vt, si ipsi eiusmodi ordinationi non pareant, ab Episcopo excommunicari, ac censurati declarari queãt, vel aliis pœnis in sua ordinatione contentis puniri.

Respõdeo negatiuè, quia Regulares sunt ab Episcoporum iurisdictione exempti, & immediatè Sedi Apostolicæ subiecti, tum de iure communi, vt probat Riccius loco infra citando; tum etiam ex specialibus priuilegiis à diuersis Pontificibus, Regularibus concessis, prout videre est apud Barbosam *de*

iure

iure Eccles. lib. 2. cap. 12. à num. 21. & seqq. præsertim nostra Congregatio Montis Virginis est ab omniũ Episcoporum iurisdictione exempta per priuilegia multorum Pontificum, etiam quoad clericos seculares nostrorum Oppidorum, in quibus Abbas Generalis noster est Ordinarius, quæ priuilegia fuerunt à Summo Pontifice Vrbano Octauo cõfirmata sub Datum apud Sanctam Mariam Maiorem die 4. Augusti 1634. & à Sacra Rota canonizata, & approbata in vna Sancti Angeli Lombardorum, seu nullius iurisdictionis coram Peutigero, sub die decima Februarij 1640. & in alia coram eodem etiam Sancti Angeli Lombardorum, seu nullius, sub die prima Iunij 1640. & alijs; ordinationes autem Episcoporum, exemptos, & sibi non subditos comprehendere non possunt; ideòq; illę per Episcopum factæ, in ordine ad suos subditos dumtaxat factæ intelliguntur.

Nec obstat id, quod in Tridentino *sess. 25. de Regul. & Monialibus, cap. 12.* habetur, nimirum Regulares teneri publicare in suis Ecclesijs, & obseruare interdicta, & censuras à Sede Apostolica, seu ab Ordinarijs emanatas, mandante Episcopo, atque adeo per ly, *obseruare*, quod refertur ad interdicta, & censuras Ordinariorum, videtur Tridentinum Regulares obligare ad obediẽdũ omnibus ordinationibus sub censuris, & pęnis ab Episcopo factis, ita tamen, vt si non obediãt, ab Episcopo excõmunicari, & cẽsurati declarari possint; nam ad hoc Dico, Tridentini dispositionem esse factam cohærenter ad dispositionem Clementinæ 1. ex frequentibus, *de senten. excomm.* quæ in immargine præcitati capituli Tridentini impressi Antuerpiæ Anno 1640. citatur,

quæ

quæ Clementina lata fuit occasione, quod Regulares in eorum Ecclesijs non obseruabant interdicta generalia, suspẽsionesq; generales à diuinis, quæ à Summo Pontifice, vel ab Ordinariis locorum latę erant, quæque in Cathedrali, seu Parochiis loci vbi eorũ Monasteria existebant seruabantur; idest tempore interdicti generalis localis, seu suspensionis generalis à diuinis, Regulares in eorũ Ecclesiis diuina celebrabant, ibiquè populum ad ea audiẽda admittebant, quod nullo modo in Ecclesia Cathedrali, seu Parochia loci vbi Monasteria Regularium sita erant fiebat, atque adeò in hoc contra obseruantiam Cathedralis, seu Parochiæ loci faciebant, quod Papæ displicuit, & dictam Constitutionem edidit; quare Tridentini dispositio, quod scilicet Regulares teneantur seruare interdicta, & censuras à Sede Apostolica, & ab Ordinarijs emanatas (mãdante Episcopo) intelligitur, quod non debeant admittere ad diuina in proprijs Ecclesijs interdictos, & censuratos vitandos; censuratos inquam à Sede Apostolica, vel ab Ordinarijs locorum, vel non celebrare diuina in suis Ecclesiis, cum locus, seu Ciuitas, in qua Regulares existunt est generaliter à Papa, vel ab Ordinario loci interdicta, vel in eo loco ab alterutro ex prædictis lata est suspensio generalis à diuinis, & in Cathedrali, & Parochiis ipsius Ciuitatis nec diuina celebrãtur; Quod tamen secundum concessionem capituli *Alma mater*, iuxta cuius tenorem Clemens V. præfatæ suæ Clementinæ 1. ex frequentibus dispositionẽ moderauit, intelligitur, modo Regulares non celebrẽt in eorum Ecclesiis diuina publicè; At priuatè, scilicet ianuis

clausis

clausis, submissa voce, campanis non pulsatis, & exclusis excommunicatis, & secundum glossam dicti capituli *Alma mater, lit. E.* etiam non interdictis, nec excommunicatis, nisi sint quoad hoc priuilegiati, singulis diebus in eorum Ecclesijs, sicut Presbyteri seculares in suis, Regulares diuina ex dicto capitulo *Alma mater* celebrare possunt, sicut ex eodem capitulo, hoc idem hi possunt, & publicè quidem, solemniter, & sine præfatis limitationibus in quibusdam festiuitatibus, scilicet Natalis Domini, Paschæ, ac Pentecostes, & Assumptionis Gloriosæ Virginis, & prout addit ex concessione Martini V. & Eugenij IV. Auila 5. *p. disp. 4 sect. 2. dub. 9. vers. sed notandum est* in festo Corporis Christi cũ octaua, & Leonis X. in die Cõceptionis B. Virginis cũ octaua. Auila.

Quod autem sic prædicta Tridentini dispositio intelligenda sit, tradunt Barbosa *de potestate Episc. allegat.* 105. *num.* 43. *Martin. Bonacin. de cens. in part. disp.* 2. *q.* 8. *pun.* 14. & alij, quodq; ipsamet Tridentini verba innuunt; nam ly, *mandante Episcopo*, significat, quod Episcopus debet notificari facere Regularibus, qui supponuntur censuratorum ignari, quinam sint interdicti, & censurati, denunciati per Sedem Apostolicã, vel per Ordinarios, illisq; imponere, vt tales in eorũ Ecclesiis, vti censuratos denũciatos publicent, ac seruent tales censuras, & interdicta à prædictis emanata, scilicet, non admittẽdo illos ad diuina in propriis Ecclesiis, vel non celebrãdo in propriis Ecclesiis diuina tempore interdicti, prout mox supra explicatum est; tum quia in Tridentino loco citato, sermo est de interdictis, & censuris emanatis, & promulgatis, vbi ly, *emanatis*, Barbos. Bonacina.

& pro-

& promulgatis, significat interdicta, & censuras, de quibus loquitur Tridentinum esse Ordinariorum, seu Sedis Apostolicæ interdicta, & censuras denunciatas, idest, quæ sint latæ per modum pœnæ cõtra tertium, qui fuerit contumax, & inobediens, non verò esse interdicta, & censuras comminatorias, & ferendas, quæ habent rationem præcepti, atque adeò Tridentinum non loqui de interdictis, & censuris latis à Sede Apostolica, vel ab Ordinarijs præceptũ continẽtibus, quæ Regulares respiciat, ita vt tales censuras, & interdicta ipsi seruare teneantur, & talibus præceptis obedire; sed solum loqui de interdictis, & censuris, quæ in se sint, non præcepta, sed pœnæ, seu sententiæ latæ contra tertium, præcepti transgressionem de præterito connotantes, & alios, quam Regulares, vti præceptorum, seu canonum trãsgressores respicientes; alias si præfata Tridentini dispositio, alium sensum à nunc explicato haberet, Regularium exemptio prorsus rueret, nam Episcopi sibi subiicerent exemptos in omnibus, in quibus sibi eos subiicere vellent, faciendo scilicet generales ordinationes sub pœna interdicti, vel censuræ, sub quibus Regulares comprehẽderentur, vtpotè obligati (vt supponerentur) seruare interdicta, & censuras Episcoporum, eosquè excommunicarent, nisi eis obedirent, quod non est vllo modo admittendũ; etenim hoc modo Regularium exemptio omninò eluderetur; Non ego tamen, Regulares in nonnullis, & determinatis casibus, qui secundum eorum sententias enumerantur à Riccio 4. *par. suarum decisionum, dec f. 366. à Tambur. de iure Abbatum, tom. 1. disp. 15. quæst. 7. à num. 1. vsque ad 54. inclus. & à*

Riccius. Tambur. Barbos.

Barbos.

Barbos. de potest. Episc. alleg. 105. *à num.* 14. *vsque ad* 73. Episcopo subdi, qui cum tunc non obediunt, an eos Episcopi generaliter in omni casu cẽsuris plectere valeant, discrepant Doctores, sed per eos aliis pœnis puniri posse admittunt. Barbos.

Quod si quæras, an Episcopus in iis casibus, in quibus ei Regulares non subduntur, si illos citet, vt puniat, vel carceret, verberari faciat, &c. aliquam censuram contrahat, certè quoad citationẽ, quia illa est actus iurisdictionis, quem ipse in exemptos facere non potest, sibi per hoc vsurpat iurisdictionem, quæ Superioribus Regularibus in Regulares sibi subditos competit, & consequẽter incurrit excommunicationem Bullæ Cœnę, latam cõtra eos, qui iurisdictionem personarum Ecclesiasticarũ sibi vsurpant, cum Pontifex in hoc Canone, seu paragrafo Bullæ Cœnę loquatur per verba generalia, quæ etiam Episcopos comprẽhendunt, ibi, *& quascunque Ecclesiasticas personas*; Nec alioqui opus est, vt dispositio Bullæ Cœnæ Episcopos nominet ad hoc, vt illos comprehendat, & dispositio capituli, *quia periculosum, de sententia excommunicationis, in* 6. quæ in hoc in contrarium adduci posset, loquitur quod in interdictis, & suspensionibus in iure positis, opus est vt ibi de Episcopis fiat mentio, ad hoc, vt ipsi has censuras incurrant, si iuris dispositionẽ, suspensionem, vel interdictum continentem nõ obseruent, non autem ibi sermo est de excommunicatione, sed expresè glossa ibi, lit. B. asserit, quod Episcopi excommunicationem in iure latam incurrãt, etiam si de ipsis non fiat ibi mentio, si cõtra ius excommunicationem continẽtem faciãt. Quoad car-

cerationem verò, seu percussionem, contrahit excommunicationem, *si quis suadente Diabolo*; & prætereà præfatam etiam excommunicationem Bullæ Cœnæ, si id tanquam quid de iure sibi spectās agat. *Vgolinus de censur. par. 2. cap. 17. §. 1. vers. quæ excommunicatio, Duard. in Bull. Cœnæ, lib. 2. Can. 17. q. 2. num. 1. Bonac. de censuris in particulari, disput. 1. quæst. 18 puncto 3. nu. 2. & de cens. in com. d. 1. q. 1. p. 4. n. 20.*

golin.
uard.
onacina.

Dub. 59. An rescriptum absolutionis ab aliqua pœna, vel censura Papali reseruata, in foro consciētiæ à sacra Pœnitentiaria expeditum, & directum alicui Magistro in Theologia, vel decretorum Doctori, qui pœnitentem in cuius fauorem ipsum est expeditū, absoluere valeat, possit aperiri ab aliquo, qui non sit Magister in Theologia, vel Decretorum Doctor, & ab eo pœnitens absolui, seu dispensari.

Respondeo negatiuè, quia omnia rescripta tantū valent, quantum sonant, atque adeò non possunt, nisi ab iis, qui qualitatibus in fronte rescripti expressis prædicti sunt aperiri, & expediri, & per eos solum pœnitens rescripti præsentator absolui; Verū est tamen omnes Regulares participāres priuilegia Iesuitarum (qui inter alios sunt Patres nostræ Congregationis Montis Virginis, vt dicetur infra in tractatu de Quarta funerali, Dub. 2. qui participant priuilegia omnium mendicantiū, & per consequens Iesuitarum, qui veri mendicantes sunt) & si non sint præditi qualitatibus prædictis, ex speciali priuilegio Iesuitis concesso, habita quoad hoc speciali Generalis sui Ordinis, vel de ipsius consensu à suis immediatis Superioribus licentia, & sint prætereà ad cōfessiones audiendas à locorum Ordinariis approba-

ti,

ti, ante, vel postquam præfatam licentiam (prout supra dictum est) à suis Superioribus obtinuerint; huiusmodi rescripta aperire queunt, & pœnitentes, per quos illa sibi consignantur absoluere, vel dispẽsare secundum rescripti tenorem; sic concessum fuit per Gregorium XIII. sub die 3. Aprilis 1582. Patribus Societatis Iesu per speciale priuilegium, fortè benignus Pontifex id concessit, ex eo quia difficile erat pœnitẽtibus inuenire Magistros in Theologia, vel Decretorum Doctores, qui essẽt ab Ordinariis locorum ad confessiones auscultandas; prout eos tales esse in fronte rescriptorum huiusmodi supponuntur, approbati, quique talium pœnitentiũ Confessiones excipere vellent, eosquè absoluere, vel cũ eis in aliqua irregularitate, vel canonico impedimento, quo illaqueati existerent dispensare, & interim pœnitentes detrimentum in anima patiebãtur. *Eman. Rodriquez tom. 1. quæst. Regul. quæst. 63. art. 8. fine. Sanchez de matrim. lib. 8. disp. 34. num. 11. Soarez in Enchirid. lib. 5. verb. Confessor. vers. Regulares participantes*. An autem possint Regulares cum talibus pœnitentibus dispensare in aliqua irregularitate, vel eos ab aliqua censura Papali absoluere extra forum Sacramentale non confessis peccatis, cũ in rescripto dicitur, *confessionibus auditis*, certè id fieri posse non assero, quia ly, *confessionibus auditis*, importat conditionem. *l. à testatore, ff. de condit. & demonstr.* quod autem conceditur cum conditione, si conditio non apponatur, cõcessio intelligitur nulla, & inualida. *l. qui hæredi, l. Meuius, ff. de condit. & l. si quis sub conditione, ff. si quis omissa causa*, atque adeò id, quod virtute talis concessionis fit, nullius roboris

Em. Rodr. Soar. in Enchirid.

erit,& sic pœnitentium dispẽsatio, & absolutio etiã nulla erit. *Alphons. de Leone de potest. Confess. parte 2. recoll. 10.nu. 130.cum Peregrino, Ioanne de la Cruz, & Molfes.*

Alphons. de Leon. Peregr. Io: Cruz. Molf.

Dub. 60. Si quis confiteatur peccata venialia simplici Confessario, nimirum ad confessiones audiendas minimè approbato, habeatquè aliquem casum reseruatum inuincibiliter oblitum, an dum à venialibus absoluitur, remaneat etiam indirectè à peccato reseruato inuincibiliter oblito absolutus.

Respondeo affirmatiuè, quia sicut qui confitetur alicui Confessario habente facultatem absoluendi à mortalibus, sed non à reseruatis, & habeat aliquod reseruatum inuincibiliter oblitum, ab illo remanet indirectè absolutus, licet alioqui Confessarius non habeat facultatem absoluendi à reseruatis, ita etiã quis, confitendo venialia non habenti facultatem absoluendi à mortalibus, & habeat aliquod mortale, siue reseruatum, siue non, inuincibiliter oblitum, remanet ab eo indirectè absolutus cum onere postea illud confitendi, dum mortale hoc memoriæ deinde occurrit habenti facultatem directè à mortalibus, vel à reseruatis absoluendi; in his enim casibus non censentur Episcopi, vel pia Mater Ecclesia subtrahere facultatem à Confessario absoluendi directè illa peccata, quæ directè absoluere potest, vt indirectè etiam remittantur peccata mortalia inuincibiliter oblita, ex quibus si interim pœnitens moreretur damnari posset, alias faciẽti quod in se est Ecclesia deficeret, quod dici nullatenus debet. Verum supra dicta vera sunt, sed cum hac differentia, nimirum, quod Confessor approbatus ha-

bens

bens facultatem absoluēdi à mortalibus, potest absoluere aliquem indirectè à reseruatis, etiam si sciat inter peccata, quæ pœnitens confitetur, aliqua esse reseruata, tunc scilicet, cum imminet scandalum, si pœnitens non absoluatur, & cōmunicet; at simplex Sacerdos non potest scienter absoluere pęnitētem à venialibus, & mortalibus etiam indirectè ad vitādum scandalum in ipso pęnitente nisi absoluatur, & communicet; quia in primo casu non censetur per Episcopum subtracta, seu non cōcessa facultas Cōfessario absoluēdi peccata mortalia directè, in quorum absolutione indirectè remittuntur reseruata; in secundo verò casu censetur per Ecclesiam subtracta, seu non cōcessa facultas simplici Cōfessario absoluendi directè venialia, in quorum absolutione remitti possent indirectè mortalia, seu reseruata (teste ipsamet Ecclesiæ Praxi) ex qua habetur, quod nullus simplex Sacerdos in nullo prorsus casu (excepto mortis articulo) se ingerit, nec audet peccata venialia absoluere, cum pœnitentem mortalibus quoq; irretitum esse aduertit. Plura quoad hoc vide supra Dub. 27. & Dub. 29. *Candidus tom. 2. disq. 24. art. 67. dub. 4. Nugnus tom. 2. in 3. par. q. 9. art. 2. in 2. par. articuli, dub. 2.* Candidus. Nugn.

Dub. 61. Si Episcopus sibi reseruaret omne peccatum innaturalis concubitus, quod peccatum carnis sub hac reseruatione comprehendi censeretur.

Respondeo, quod licet innaturalis concubitus, propriè, & in communi modo loquendi significet coitum maris, & fœminæ inordinato modo factum, scilicet in vase à natura ad generationem minimè ordinato, seu instituto, tamen cum Episcopus

in

in reseruatione apponit particulam ampliatiuam, *omne*, sibi scilicet reseruando omne peccatum innaturalis concubitus, tunc per talem particulam ampliantem, Episcopus extendit innaturalem concubitum ad concubitũ innaturalẽ impropriè, & largo modo acceptum, atq; adeò sub reseruatione omnis innaturalis concubitus, cõprehẽderetur omnis modus effundendi semen per commixtionẽ cũ tertia persona ad generandum minimè aptus, ideſt exercitus extra vas generationi inseruiens, vel intra, sed postea seminando extra; quare tunc in casum reseruatum laberetur non solum qui fęminam prosterè, modo nunc explicato cognosceret, sed etiã qui committeret peccatum sodomię, vel bestialitatis, si Episcopus dictas peccatorum species explicitè sibi non reseruasset, quia per talem reseruationẽ omnem speciem innaturalis concubitus cuiusmodi sunt dictæ peccatorum species, comprehendisset, verè enim qui coit cum brutis, seu pueris dicitur committere peccatum innaturalis cõcubitus, cum effundat semen, cum alio concubitum exercendo, ex cuius effusione generatio sequi nõ poteſt, quod ex supra dictis eſt peccare peccato innaturalis cõcubitus, sub quo tũ non comprehenderetur simplex pollutio cũ cõcubitus importet seminis effusionẽ, sed cum coniunctione cum obiectio delectabili ad extra habitã. Verũ hæc peccata postea.s. bestialitatis, seu sodomiæ, non sub nomine generico innaturalis concubitus, sed sub nomine propriæ speciei in confessione explicari debẽt, dum proprium, & spe-cificum induunt nomen, alias confessio, id pęnitẽs aduertendo, & non agendo, nulla esset, etenim ex

Tri-

Tridentino *seß.* 14. *cap.* 5. de confessione habetur, quod peccata debent in specie, & in numero Confessario explicari, ad hoc vt cōfessio valida sit, si ita distinctè explicari valeant; ergo cum præfata peccata proprias species habeant, si in genere tantum, sub nomine scilicet innaturalis concubitus, & non sub nomine propriæ speciei Confessario propalentur, taliquè modo explicari possint (non enim supponimus pęnitentem esse in articulo mortis constitutum, ac ita sensibus destitutum, vt nonnisi per signa confiteri valeat) talis confessio nulla erit; Nisi fortè quis huiusmodi peccata innaturalis concubitus imperfectè commiserit, ideſt non coierit cum puero intra vas innaturale, vel cum brutis intra vas naturale, vel innaturale, sed extra, nam tunc peccatum sodomiæ, seu bestialitatis propriè commisisse minimè diceretur, ex eo quia ad sodomiam, & bestialitatem propriam completam, & perfectam requiritur, vt luxuriæ peccatum intra vas consummetur, ibiquè semen effundatur, alias sodomia, & bestialitas erit imperfecta, & incompleta, & consequenter sub vero, & proprio nomine peccati bestialitatis, seu sodomiæ minimè cadens, prout tenent communiter Doctores, præsertim Bellocchius *de reseruatis, prima par. quæst.* 1. *num.* 45. *& 46. cum Graffio, & D. Antonino, item Floronus par.* 2. *casu* 7. *nu.* 8. *& 9.* enimuerò quando reseruatur aliqua actio, ad reseruationem incurrēdam talis actio debet poni completa, & perfecta in suo genere, quia tunc dicitur poni propriè talis, vel talis actio, quę reseruatur, cum completè ponitur, & ratio huius rei est, quia in pœnalibus, ad quę reduci poteſt reseruatio,

Conc. Tri.

Bellocch. Graff. D. Ant. Floron.

verba.

verba propriè,& non impropriè accipi debēt, quādoquidem pęnalia restringenda, & non amplianda, seu impropriãda sunt, ideòq; dum reseruatur bestialitas,seu sodomia,debet reseruatio intelligi de propria bestialitate,siue sodomia, id est de peccato carnis cum brutis,puero, &c. intra, vt supra dictum est,& non extra vas consummato;qua propter cum hæc peccata consummantur extra vas,quia qui tali modo peccat,non dicitur propriè bestialitatem,seu sodomiam committere,ideò nō debet hæc peccata sub his nominibus Cōfessario propalare,quia diceret mēdaciū,nec sub nomine innaturalis concubitus,vt sic in genere, sicut, nec quodcūq; aliud peccatum innaturalis concubitus, quod proprium specificum nomen nō habet,vt est peccatum,quo quis abutitur fęmina extra vas naturale in vase propostero,cum vt supra dictum est,ex auctoritate Tridētini,ad validitatem confessionis peccata in genere confiteri non sufficiat, sed debent eo modo confiteri,quo committuntur, ad hoc scilicet vt Confessarius speciem peccati carnis,ad quam talis,vel talis innaturalis concubitus reducatur, cognoscere valeat,dicendo v. g. peccaui peccato carnis cum puero in vase propostero, sed consummando extra, vel simpliciter consummando,& exercendo peccatum extra vas, vel peccaui cum muliere in vase innaturali,consummando extra, hæc enim peccata reducuntur ad peccatum sodomiæ, vel peccaui cū brutis consummando extra vas naturale, seu innaturale,vel simpliciter extra vas peccatum committendo, quia hoc peccatum reducitur ad peccatum bestialitatis,vel peccaui cum muliere in vase natu-

rali,

rali,sed consummando extra, vel simpliciter exercendo,& consummando peccatum extra dictum vas,nam hoc peccatum reducitur ad adulterium, si fęmina,cum qua culpa cõmittitur fuerit nupta, vel ad fornicationem,si fuerit meretrix; enim verò dum Tridentinum loco citato obligat pęnitẽtes, ad hoc vt eorum confessiones validæ sint, ad propalandas peccatorum circumstantias, quæ mutant peccati speciem,& ad confitenda peccata in specie, consequenter obligantur etiam fideles vi eiusdem Tridentini ad propalandum Confessario modum,vnde ipse,ad quam peccati speciem reducatur peccatũ, quod ipsi ei confitentur,dum talis modus,reductionem peccati ad hanc,vel illam peccati speciem, vt accideret in hoc casu variare potest, cognoscere valeat, vt tenet Alphonsus de Leone *de potestate Confessarij,prima par.recoll.9.num.*220. *Floronus sup. cit. versu quid igitur*, *Marchin. de ordine, tract.*1. *par.*8.*c.*4.*n.*9. An autẽ Episcopus reseruãs sibi peccatũ nõ omnis inordinati cõcubitus, ꝑut supra sed simpliciter inordinati concubitus,in reseruationem incidat qui peccat peccato bestialitatis, vel sodomiæ perfectæ,seu imperfectæ .s. intra, vel extra vas cõsummatæ,certè id dici non potest, quia nomine peccati inordinati cõcubitus propriè, &in cõmuni modo loquẽdi,& sine particula, *omnis*, ampliãte reseruari intelligitur illud peccatũ, cum quis peccat ordinem vasuum in coẽundo neutiquam seruando, atque adeò cum coit cum aliqua persona habente debitum vas, in quo coeundo generatio sequi potest,& nihilominus vasuum ordinem non seruat,sed in vase, in quo generatio sequi nullatenus potest

Alph.de Leon. Floronus. Marchin.

verba propriè,& non impropriè accipi debēt, quādoquidem pęnalia restringenda, & non amplianda, seu impropríanda sunt, ideòq; dum reseruatur bestialitas,seu sodomia,debet reseruatio intelligi de propria bestialitate,siue sodomia, id est de peccato carnis cum brutis,puero, &c. intra, vt supra dictum est,& non extra vas consummato;qua propter cum hæc peccata consummantur extra vas,quia qui tali modo peccat,non dicitur propriè bestialitatem,seu sodomiam committere,ideò nō debet hæc peccata sub his nominibus Cōfessario propalare,quia diceret mēdaciū,nec sub nomine innaturalis concubitus,vt sic in genere, sicut, nec quodcūq; aliud peccatum innaturalis concubitus, quod proprium specificum nomen nō habet,vt est peccatum,quo quis abutitur fęmina extra vas naturale in vase propostero,cum vt supra dictum est,ex auctoritate Tridētini,ad validitatem confessionis peccata in genere confiteri non sufficiat, sed debent eo modo confiteri,quo committuntur, ad hoc scilicet vt Confessarius speciem peccati carnis,ad quam talis,vel talis innaturalis concubitus reducatur, cognoscere valeat,dicendo v. g. peccaui peccato carnis cum puero in vase propostero, sed consummando extra, vel simpliciter consummando,& exercendo peccatum extra vas, vel peccaui cum muliere in vase innaturali,consummando extra, hæc enim peccata reducuntur ad peccatum sodomiæ, vel peccaui cū brutis consummando extra vas naturale, seu innaturale,vel simpliciter extra vas peccatum committendo, quia hoc peccatum reducitur ad peccatum bestialitatis,vel peccaui cum muliere in vase natu-

rali,sed consummando extra, vel simpliciter exercendo,& consummando peccatum extra dictum vas,nam hoc peccatum reducitur ad adulterium, si fęmina,cum qua culpa cōmittitur fuerit nupta, vel ad fornicationem,si fuerit meretrix; enim verò dum Tridentinum loco citato obligat pęnitētes, ad hoc vt eorum confessiones validæ sint, ad propalandas peccatorum circumstantias, quæ mutant peccati speciem,& ad confitenda peccata in specie, consequenter obligantur etiam fideles vi eiusdem Tridentini ad propalandum Confessario modum,vnde ipse,ad quam peccati speciem reducatur peccatū, quod ipsi ei confitentur,dum talis modus,reductionem peccati ad hanc,vel illam peccati speciem, vt accideret in hoc casu variare potest, cognoscere valeat, vt tenet Alphonsus de Leone *de potestate Confessarij, prima par. recoll. 9. num. 220. Floronus sup. cit. versu quid igitur*, *Marchin. de ordine, tract. 1. par. 8. c. 4. n. 9.* An autē Episcopus reseruās sibi peccatū nō omnis inordinati cōcubitus, vt supra sed simpliciter inordinati concubitus,in reseruationem incidat qui peccat peccato bestialitatis, vel sodomiæ perfectæ,seu imperfectæ .s. intra, vel extra vas cōsummatæ,certè id dici non potest, quia nomine peccati inordinati cōcubitus propriè, &in cōmuni modo loquēdi,& sine particula, *omnis*, ampliāte reseruari intelligitur illud peccatū, cum quis peccat ordinem vasuum in coēundo neutiquam seruando, atque adeò cum coit cum aliqua persona habente debitum vas, in quo coeundo generatio sequi potest,& nihilominus vasuum ordinem non seruat,sed in vase, in quo generatio sequi nullatenus potest

Alph. de Leon.
Floronus.
Marchin.

seminat, quod sanè cum fęminis solummodo, & non cum aliis subiectis coeundo accidere potest, quippe quia nullum aliud viuēs, extra fęminas, habet vas humanæ generationi aptum.

Dub. 62. An in illis Religionibus, seu Congregationibus, in quibus reseruatur lapsus carnis, opere (& si non cum tertia persona) consummatus, Religiosus hãc reseruationem incurrat, si pollutionem opere (quod absit) consummare incipiat, & postea ab actione desistat, indequè non pollutio, sed pollutionis initium solummodo sequatur. Et quid si sola obiecti delectabilis apprehensione, vel locutione cum mulieribus, absque contactu, vel vlla externa operatione pollutionem Religiosus admittat.

Respondeo ad primum negatiuè, quia licet ex talis peccati incœptione aliqualis solũmodo alicuius humoris distillatio, qui non sit formaliter semen, sed quædam inchoata pollutio ex opere exterius incępto sequatur, quia in pęnalibus actus prohibiti, seu reseruati, completè, ac vti totaliter in eorum esse positi accipi debent, vt tenent Doctores supra dub. 8. citati, & habetur ēt ex glossa in capitulo *perpetuò, de elect. in 6. notabili primo, prope finem, &* Alex. *lit. H. per totum, & ex l. rei appellatio, vbi Alexan. de verb. signif.* & præterea verba cum effectu sunt intelligenda, *capitulo relatum, de clerico non residente,* ideò dum prohibetur pollutio, debet intelligi prohibita completa pollutio, non verò pollutionis inchoatio, atque adeò huiusmodi Regularis, qui hoc peccatum incępit, illudquè non perfecit, præfatam casus reseruationē incurrere dici non potest. Graff. *Graff. de reseruatis, lib. 3. cap. 8. num. 22.*

Res.

Nec eadem ratione dictus Regularis huiusmodi casus reseruationem incurrit, si opere externo pollutionis peccatum cõsummare incipiat, sed postea ab omni opere desistat,& alio modo tale peccatum perficiat; tunc enim pollutio non diceretur opere consummata, vt reseruationis verba sonant, & alioqui verba in pœnalibus, vt paulò antè dictum fuit, cum effectu sunt intelligenda; eam tamen incurreret, si opere externo se vltimò ad pollutionem disponeret,& postea ab opere cessaret, ita vt fine opere sequatur pollutio, vt in simili tenet Coriolanus *de casibus reseruatis, par, 2. casu 9. num.* 19. vel si non se vltimò ad peccatum per opus externum disponeret, sed si in se nullo modo pollutionem excitare posset, nisi opere externo tale peccatum inciperet, etiam si illud postea nullo prorsus opere externo consummaret, ex eo quia in tali casu adhuc pollutio operi ascriberetur, quia simpliciter, & absolutè fine illo minimè sequuta fuisset, vt supponimus, & consequenter, opus adhuc pollutionis causa esse censeretur, & alioqui cum prohibetur lapsus carnis opere consummatus, per ly, *consummatus*, non intelligitur consummatio quædam metaphysicè sumpta, idest, quod actio vsque ad peccati consummationẽ necessariò durare debeat, sed intelligitur, quod actio debeat esse efficax pollutionis causa, quod tunc accidit, quando vel pollutionem vsque ad eius cõsummationem comitatur, vel quando actionis initium, ita ad pollutionem necessarium est, vt fine illo nullatenus sequuta fuisset, vt accideret in casu nostro; Sicut incurreret etiam præfati casus reseruationem ille Regularis, qui se tangi permitteret, & hoc

Coriol.

modo absque vllo eius motu ad pollutionem deueniret, quia licet is tunc contra reseruationis tenorē facere minimè videretur, ex eo quia pollutionem sua operatione neutiquam consummaret, tamen ex alio capite hanc reseruationē incurreret, ex eo quia in correlatiuis dispositum in vno, in alio etiam dispositum esse censetur, *l. fin. ff. de acceptil. l. fin. C. de indicta viduit. tollen. l. si quis seruo, C. de furtis, l. 1. C. de transact. & l. 1. C. de cupressis, lib.* 11. & sequitur Euerardus *in topicis legalibus, loco à correlatiuis, num.* 8. ergo dum in Clementis Octaui Decreto, Dubio 8, recensito reseruatur pollutio opere, idest actione consummata, reseruatur etiam pollutio, passione perfecta, & executioni mandata, vt contingeret in hoc casu.

Euerard.

Respondeo ad secundum etiam negatiuè, quandoquidem tunc pollutio opere consummata, vt reseruationis verba sonant, minimè diceretur; Et eandem ratione, nec dictam reseruationem Regularis incurreret, si solis verbis obscenis, vel nutu oculorum cum aliqua fœmina loquendo, absque vllo corporis motu, seu tactu, in voluntariam incideret pollutionem, quia scilicet tunc pollutio secundum reseruationis verba, id est opere consummata nequaquam diceretur, quippe quia in communi modo loquendi (vti verba in pœnalibus accipi debere supra probauimus) nutus oculorum, & verba absolutè, absque vllo alio corporis motu sumpta, nō motum, sed negationem motus significāt, de eo enim, qui tantum loquitur, annuit oculis, &c. vulgò dicimus, *parla, fa segno con gl'occhi, mà non si muoue*, sed nomine operationis in hac materia luxuriæ intelli-

gi

gi debent illæ operationes, quæ proximè ad luxuriam consummandam adhiberi solent, vt sunt oscula, tactus, pudendorum contrectatio, &c.

P.D.Laurentius Cutillus.

De informi, seu non integra confessione.

PRACTICA IV.

DVb. 1. Quę sit confessio informis.

Respondeo, esse illam, quæ non recipit effectum absolutionis, scilicet remissionem peccatorum, & gratiam, ea est in duplici differentia, Primò quando voluntariè, & scienter pœnitens reliquit aliquod mortale, vel non habet dolorem attigētem attritionem debitam, & veram de præteritis, nec propositum cauendi de cætero, & tunc confessio est nulla, & necessariò reiteranda; attamen, si a pœnitēte cum eodem Confessario memoriam habente status pęnitentis, saltem in confuso, vel pęnitentiæ datæ, confessio reiteretur, sufficit in cōfessione aperire fictionem, vt iterum absoluatur ab omnibus peccatis. Ita Doctores infra citandi; Secundo modo, confessio informis dicitur illa, quando pęnitēs non habet dolorem sufficientem de præteritis, siuè attritionem, nec firmum propositum cauendi de cętero, sed ipse non aduertit, immò credit se habere dolorem sufficientem, & propositum verum, & firmum cauendi in futurum, & sic bona fide cōfitetur,

tunc

tunc confessio est informis sine gratia Sacramentali, & talis confessio est bona, & non reiteranda, quia est pars Sacramenti pęnitentiæ, licet non recipiat gratiam, ex quo non est actus virtutis, sed sufficit illam fictionem confiteri, & tunc recipiet gratiam sacramentalem; ita *D. Thom. in. 4. distin. 17. quest. 3. art. 4. & in suppl. quæst. 9. art. 1. Sot. in. 4. dist. 18. q. 3. art. 2. & 3. Azor. lib. 2. moral. instit. cap. 17. quæst. 7. ante medium, Tol. lib. 3. cap. 10. num. 5. vers. Tertius casus*; & per talem confessionem satisfacit præcepto annuæ confessionis. *Bonac. de pœnit. disp. 5. q. 5. sect. 2. puncto 4. num. 22. Suar. disp. 36 sect. 7 num. 6. Filiuc. tract. 7. cap. 2. q. 8. & cap. 3. num. 65.* & alij multi citati à Bonacina; Sunt etiam aliæ causæ reiterādi confessionem, quas reperies apud Toletum, Nauarrum, & alios supra citatos.

D. Thom. Sot. Azor. Tolet. Bonacina. Suar. Filiuc.

Dub. 2. An petens confessionem, sed adueniente Confessario amisit loquelam, nec potest vlla contritionis signa ostendere, nec etiam nutibus, nec astantes affirmant illum petijsse confessionem, possit, his nō ostantibus, à Confessario beneficium absolutionis obtinere.

Negant Hēriquez, Nauarrus, Coninc. Vasquez, Nugnus, & alij apud Bonacinam.

Henriq. Nauar. Coninc. Vasq. Nugn.

Sed melius alii affirmant, vt Valentia *tom. 4. disp. 7. quæst. 11. punct. 1. circa finem, vers. Atque hæc quidem*, Zerola *in praxi de pœnit. cap. 13. quæst. 2. vers. Dico secundo*, Suarez. *disp. 19 sect. 3. & disp. 21. sect. 4. num. 6.* Filiucius. *tract. 7. cap. 1. quæsito 10. num. 18.* Reginaldus *lib. 8. nu. 28. cum D. Ant. 3. part. tit. de pœnit.* Bonacina *de pœnit. disp. 5. q. 5. sect. 2. pun. 2. §. 4. nu. 10.* & alii ab illis citati. Notandum tamen est, quod

Valent. Zerol. Suar. Filiuc. Reginald. D. Ant. Bonac.

absolutio detur sub conditione de præsenti, *si es capax*, *ego te absoluo*, &c. sicut diximus in Pract. 4. dub. 4. quando astantes affirmāt, infirmum petiisse; modo addimus etiam, cum nulli affirment, nec possit excipi signum aliquod, nec etiam nutibus, adhuc est absoluendus cum tali conditione; quæ quidem doctrina intelligitur, si præcessit testimonium de petitione Confessionis, nam aliter improbandum omninò censeo, vt detur absolutio etiam sub conditione, si neque hunc habuit petitionis actum, aut vllum dederit signum Sacremēti; hoc enim Sacramētum, sicut & cætera, materia, & forma constare debet.

Dub. 3. An Confessarius possit validè absoluere pęnitentem nondum peracta integrè confessione.

Respondeo affirmatiuè, cū causa, seù necessitate, quæ causa, seù necessitas pōt esse, vel ex parte Confessarii, vel ex parte pęnitētis; Ex parte enim Cōfessarii potest considerari periculum mortis ipsius, dū audit v.g. infirmum graui contagione infectum, & probabiliter timet se moriturum, antequam illius confessio compleatur, tunc interueniente vera necessitate ex parte Confessarii, poterit absolutionem dare ante consummatam integram confessionem, & ratio est; quia præceptum de integritate confessionis nō obligat, sicut nec aliud positiuum, ad simpliciter, aut etiam moraliter impossibile; Necessitas verò ex parte pęnitentis, potest considerari si timeatur probabiliter imminens mors illius, & tunc potest conferri absolutio ante perfectam, & integrā confessionem; at si mors statim non sequatur, debet continuari confessio, donec integrè fiat, si tempus

hoc

Suar. Reginald. hoc cōceſſerit. *Suar. to. 4. diſp. 23. ſect. 1. in prin. Reginald. lib. 8. num. 29.*

Dub 4. An pęnitens, imminēte mortis periculo, teneatur exprimere peccatum certum, & in ſpecie, & ſi habuerit peccatum mortale, debeat potius de illo confiteri, an ſufficiat exprimere tantum peccatum veniale.

*R*eſpondetur, quoad fieri poteſt debet pęnitens exprimere in confeſſione peccatum certum, & in ſua ſpecie, etiam ſi non haberet conſcientiam peccati mortalis, cum ratio huius Sacramenti id expoſtulet; Attamen ſi recordetur ſe commiſiſſe peccatum mòrtale, & oblitus ſit cuius ſpeciei fuerit tale peccatum, tenetur confiteri ſe peccatum mortale admiſiſſe, cuius memoriā in particulari habere nequit; quod ſi aliquo mortali peccato, ſcilicet non confeſſo erit grauatus, & pro breuitate temporis, & mortis periculo non poterit integrè confiteri, debet potius de illo mortali confiteri, quam de quocunque veniali, cum peccatum mortale ſit de neceſſitate præcepti confitendum, non autem veniale. Ità Doctores proximè ſupra citati, ſiuè vt alij loquuntur, peccatū mortale ſit materia neceſſaria cōfeſſionis, peccatū verò veniale, materia voluntaria.

Dub. 5. An quando numerus peccatorum nō fuit determinatus, ſed pœnitens dixit. v.g. decies plus, vel minus, ſi recordetur poſtea eſſe vndecies, an talis teneatur confiteri illud vnum ſupra decem.

*R*eſpondeo negatiuè, nam in illo numero, & modo loquendi plus, vel minus, vel circa, intelligitur illud vnum, &c. *Bonac. diſp. 5. q. 5. ſect. 2. pun. 2. §. 3. nu. 9.* & alii communiter. Bonacin.

AD-

ADDITIO.

DVbium primum, Quid sit confessio informis. Respondeo esse Sacramentum pœnitentiæ sine suo effectu, quod tunc accidit, cum quis confitetur sua peccata legitimo Confessario, sed propter aliquod impedimentum, effectum Sacramenti, scilicet gratiam, per quam peccata iam confessa deleantur, sibiquè remittantur, minimè recipit. *Bonacina de Sacramēto pœnitentiæ, disp. quinta quæst. 6. sect. 1. puncto 5. num. 1. Filiuc. tract. 7. num. 166. Faustus de pœnit. lib. 4. quæst. 50. vers. Respondeo posse, cum Sancto Thoma, Soto, Henriquez, Nauar. Couar. Ledesma,* & alijs.

Bonac. Filiuc. Faustus D. Thom. Sot. Henriq. Nauar. Couar. Ledesm.

Dub. 2. Quodnam sit hoc impedimentum, per quod huiusmodi Sacramentum suum tribuere non potest effectum.

Respondeo esse defectum dispositionis, ad hunc effectum recipiendum ex natura rei requisitæ, puta debiti doloris, seù attritionis pœnitenti prorsus ignotum, & cum illo bona fide ad Sacramentum accedenti, verbi gratia, ad hoc vt pœnitens fructū huius Sacramenti recipiat, idest gratiam, requiritur, vt accedat saltem cum attritione, seù dolore suorū peccatorum, orto ex motiuo supernaturali, seù ex impulsu Spiritus Sancti, vt ait Tridentinum *sess. 14. cap. quarto, de Sacramento pœnitentiæ,* nimirum ex apprehensione turpitudinis peccati, pęnarū Inferni, amissionis Regni Cęlorum, &c. Pęnitēs verò bona fide id sufficere putans, accedit cum dolore orto ex motiuo naturali, nimirum, quia de peccato puta

furto, in foro externo punitus fuit, vel quia propter meretricium sua bona consumpsit, vel quia peccatum repugnat dictamini rationis, vel quia est contra Deum absolutè vti Naturæ Auctorem, &c. Requiritur præterea, vt pœnitens de omnibus peccatis, vel in particulari, vel in communi dolorem habeat, sed bona fide, & inuincibiliter ad decem, v. g. mortalia illum extendit, id sufficere putans, vel de alijs mortalibus non excogitet, nec de illis, ne quidem in communi, & in generali doleat. Requiritur tandem, vt pœnitens super omnia detestabilia sua peccata retractet, ipse verò bona fide, pluris facit, etiam appretiatiuè mortem patris, vel aliquod damnum temporale, quam peccata commissa, tunc deficiente vno ex istis requisitis, ex parte dispositionis ad hoc Sacramentum se tenente, pœnitens recipit quidem Sacramẽtum, sed informe, idest sine suo effectu, nimirum sine collatione gratiæ, & peccatorum remissione. *Henriq. lib. 5. de pœnit. cap. 11. num. 1. Filiucius tract. 7. num. 142. 165. & 166. Bonacin. de pœnit. disp. 5. q. 6. pun. 5. num. 3. ex S. Tho. in 4. dist. 17. art. 4. Faustus de pœnit. lib. 4. quæst. 51. cum Cano, Victoria, Caietano*, & alijs.

Henriq. Filiuc. Bonac. D. Thom. Faustus. Can. Victoria. Caiet.

Dub. 3. Vtrum detur aliquod tempus, in quo hoc Sacramentum suum postea producat effectum; nimirum conferat gratiam, ac peccatorum remissionẽ tribuat.

Respondeo affirmatiuè, & tunc quidem, vt asserunt Doctores cum tollitur obex, idest cum vera dispositio pro fructu Sacramenti recipiendo ponitur, seu cum defectus antea admissus, vel id, quod prætermissum fuit suppletur, nimirum cum pœnitẽs

do-

dolorẽ ex motiuo ſupernaturali in ſenſu dubio præcedenti explicato, de peccatis iam confeſſis habet; cum de omnibus peccatis mortalibus ſaltem in genere, ideſt etiam de oblitis poſtea dolet; cũ ſua peccata antecedenter confeſſa ſuper omnia deteſtabilia appretiatiuè retractat, &c. *Ioannes de Lugo de Sacramentis, diſp. 9. ſect. 6. num. 99. 100. & ſeqq. cum Durand. Coninc. & Suar. Vincentius Candidus tom. 1. ſuarum Diſquiſitionum, Diſquiſ. 16. art 9. Dub. 6. Fauſtus de pœnit. lib. 3. quæſt. 113. verſ. mihi tamen, Cabrera de Sacramentis, quæſt. 69. art. 10. diſp. 4. num. 9. idem Fauſtus de confeſſ. lib. 4. quæſt. 213. Henriq. dub. præced. cit. num. 4. Bonac. dub. etiam præced. cit. num. 5. cum Peſantio, Pitignano, Sayro, &c. item Caietan. tom. 1. opuſc. tract. 5. q. 5. §. communis autem ratio, Diana 3. p. tract. 4. reſol. 15. Ludouicus Beia in ſuis reſponsionibus, par. 3. caſu 2. verſ. tum quia confeſſio informis, cum Diuo Thoma, Capreolo, & Paludano.*

Lugo. Durand. Coninc. Suar. Candidus. Fauſt. Cabrer. Henriq. Bonacina. Peſant. Pitign. Sayr. Caiet. Diana. Beia. D. Thom. Capreol. Palud.

Dub. 4. Quid ſi pœnitens hæc omnia poſtea ſuppleat, ſed antecedenter mala fide illa omiſerit, ſciẽs v. g. dolorem ortum ex motiuo naturali, pro effectu Sacramenti recipiendo non ſufficere, vel dolorem ad omnia peccata ſe debere extendere, &c.

Reſpondeo, tunc pęnitẽtem peccare mortaliter in ipſa Sacramenti ſuſceptione, volũtariè, ac directè non ponendo debitam diſpoſitionem pro fructu talis Sacramenti ſuſcipiendo, quare cum pęnitentẽ de huiuſmodi peccato tunc non ſe accuſare, nec illud retractare ſupponamus (ſi enim id pœnitens ageret, tunc etiam effectum Sacramenti reciperet, & ſic non eſſemus in caſu) cõfeſſio non eſt integra, ſed voluntariè dimidiata, atque adeò nulla, & con-

sequenter pœnitens tunc nec Sacramentum quidē validè, seu integrum recepit, quod postea recedente obice, seu posita debita Sacramēti dispositione, quæ prætermissa fuit, suum illi tribuere posset effectum. *Bonac. dub. præced. cit. cum Sot. & Suar. puncto* 5. *num.* 4. *vers. si verò.*

Bonac. Sot. Suar.

Dub. 5. Quid si pœnitens directè non aduertat se debitum dolorem, seu dispositionem omittere, sed illam ponere putet, re vera tamen in illa ponenda, sicut oportet, aliqua negligentia mortaliter culpabilis intercedat, puta in non extendendo dolorem ad omnia peccata, in non detestando illa super omnia, &c. An postea si de facto huiusmodi negligentiam suppleat, ac debitum dolorem ponat, effectum Sacramenti recipiat.

Respondeo negatiuè, nam posito quod tale Sacramentum, quoad substantiam validum sit (vt multi autumant) ex eo quia cum pœnitens directè suam negligentiam nō aduertat, nec per illam, confessionem diminutam facere putet, huiusmodi confessio sit formaliter integra, & consequenter Sacramētū, quoad substantiam, validum, vt problematicè defendi posse, cum negligentia non est crassa, supina, seu affectata, aiunt Canus *relect. de pœnit. par.* 1. Soto *dist.* 18. *q.* 3. *art.* 3. Henriquez *lib.* 5. *cap.* 11. *lit. E. & L.* Filiucius *cum Adriano, & Comitolo, tract.* 7. *num.* 132. tamen talis negligentia recedente obice, id est posito debito dolore, ac Sacramenti dispositione, per illud Sacramentum tolli non potest, cum non supponatur antecedenter confessa, vt in simili, dubio præcedenti dictum fuit, quæ sola peccata, sic clauibus supposita, præcedens pœnitentiæ Sacramentū

Canus. Sot. Henriq. Filiuc. Adrianus. Comitol.

re-

remittere poteſt; ergo reſpectu huius negligentiæ, Sacramentum informe dari nequit, cum ad ipſum, illam remittere nullo modo ſpectet, ſed requiritur, quod vel per illius confeſſionem, vel per contritionem, cum propoſito illam ſuo tempore confitendi deleatur, ad hoc vt præcedens Sacramentum informe, peccata prius confeſſa delere poſſit, ſuumquè tribuere queat effectum. *Filiuc. cit. num.* 167. *verſ. & quidem.* Filiuc.

Dub. 6. Si pœnitens bona fide cum defectu debitæ diſpoſitionis, ſeu doloris, vt dubio 2. dictũ fuit, ad pœnitentię Sacramentum accedat, & poſtea antequam obicem tollat, ſeu antequam dolorem ſuppleat, labitur in mortale, quid facere debet, ad hoc vt Sacramentum informe antea receptum, ſuum illi tribuere poſſit effectum.

Reſpondeo debere in primis obicem tollere, ac debitum dolorem ſupplere, vt diximus dubio 3. & de illo peccato poſtea commiſſo, vel contritionem elicere, cum intentione illud ſuo tempore confitẽdi, vel illud confiteri, cum ipſum remittere ad præſens Sacramentũ informe nullo modo ſpectet, prout dubio præcedenti dictum fuit. *Henriq. lib.* 5 *de pœnit. cap.* 11. *num.* 4. *lit.* X. *&* Y. *Bonacin. dub.* 2. *cit. puncto* 5. *num.* 6. *verſ. si verò poſt, Coninc. de Sacram. in com. quæſt.* 62. *art.* 1. *dub.* 6. *num.* 82. *Durand. in* 4. *d.* 4. *q.* 4. *ad primum.* Henriq. Bonac. Coninc. Duran.

Dub. 7. An ex defectu intentionis ſuſcipiendi Sacramentum, ex defectu ſpei veniæ peccatorum, ex defectu propoſiti ſaltem virtuális de cætero non peccandi, ex defectu doloris, nimirum, cum aliquis dolor exiſtimatur haberi, ſed ſimpliciter non habe-

tur,

tur,& an ex defectu examinis conscientiæ, in quo scilicet pœnitens negligentiam mortaliter culpabilem admittat,dari possit Sacramentum pœnitentiæ informe,ita vt postea sublato obice, ideſt his omnibus positis,Sacramentum suum præstet effectum.

Respondeo negatiuè, & quidem Primo respectu intentionis suscipiendi Sacramentum, nam qui Sacramentum sine intentione recipit, fictè illud recipit,ac proinde non cēsetur illi realiter applicatum, ita vt recedēte obice suum illi tribuere possit effectum.Secundo respectu examinis conscientiæ mortaliter culpabilis, quia huiusmodi defectus est peccatum mortale,peccatum autem mortale, in ipsa Sacramenti pœnitentiæ susceptione commissum, recedēte postea fictione, per ipsummet Sacramētum informe ante susceptum,remitti non potest, vt dub. 4.& 5.iam probatum fuit. Tertio respectu doloris,quia Sacramentum pęnitentiæ est quid reale, ac proindè debet etiam habere partes reales, nimirùm materiam,& formam realem; ergo dolor peccatorum,qui est materia proxima huius Sacramēti, debet esse realis,& nō existimatus solū talis;ergò si dolor deficiat,Sacramētum integrari non potest, quæ postea recedente obice suum præstare possit effectum;hæc enim actio tribuendi effectum, supponit iam Sacramentum antecedenter integrè constitutum,seu substantialiter completum,quod sine vero peccatorum dolore fieri non potest, vt probatum est.Quarto probatur respectu spei veniæ, & propositi virtualis vitandi peccata,nam cum vtrumque virtualiter in tali efficaci, ac reali peccatorum cōmissorum dolore contineatur,posito (sicut probatū

est)

est) quod ad validitatem Sacramenti, realis dolor requiratur, remanet etiam probatum requiri tale propositum cum spe veniæ: quod autem in hoc dolore illa duo virtualiter includantur, patet, nam qui ad Sacramentum pęnitentiæ cum verò peccatorum dolore accedit, accedit etiam cum intentione saltē virtuali, & quoad animi præparationem cum affectu impetrādi veniam illorum à Deo per tale Sacramentum; & præterea qui verè sua peccata detestatur, huiusmodi etiam virtualem intentionem habet illa amplius non cōmittendi, alias ille dolor, & peccatorum detestatio, non essent vera, sed ficta; ergo si absque præfato dolore, seu proposito cum spe veniæ Sacramentum pęnitentię, vt dictum est subsistere nequit, quandoquidem talis dolor cum proposito, &c. sunt eius pars essentialis, sequitur, quod nec etiam ex defectu illorum, Sacramentum informe supponi debeat iam perfectè in sua essentia constitutum, antequam recedente obice suum producat effectum. *Filiuc. tract. 7. num. 138. cum Suar. & num. 148. 152. & 159. cum eodem Suar. & Med. & n. 164. Bonac. de Sacramentis in genere, disp. prima, q. 6. puncto 3. num. 1. & 2.* Filiuc. Suarez. Medina. Bonac.

Dub. 8. Videtur Sacramentum pęnitentiæ informe dari non posse, etenim cum recedit fictio per positionem debitæ dispositionis, seu doloris, non adest Sacramentum pœnitentiæ, quia cum cōsistat in actione transeunte, statim ac absoluitur formæ prolatio, ipsum euanescere, ac cessare videtur, quare suum postea recedente fictione, tribuere non potest effectum, quandoquidem, quod non est, operari non potest.

Res-

Respondent nonnulli, Sacramenta gratiam, seu eorum effectum producere posse, non solum physicè, sed etiam moraliter, & sic quãuis ad hoc vt causa physica operetur, requiratur vt existat, tamen id fallit in causa morali, quæ quando suum producit effectum, physicè non existit, vt patet de causa finali, sed tantum moraliter, & ita accidit in hoc casu de Sacramento pœnitentiæ, quod quando recedente obice suum producit effectum, licet non existat physicè, existit tamen moraliter, in eo scilicet quod antecedenter semel iam validè quoad substantiam confectum, ac pœnitenti applicatum fuerit. *Bonac. cum Suar. Henriq. & Valentia, de Sacramentis in genere, disp. 1. q. 6. pun. 4. num. 3. in obiectione.*

Bonacina. Suar. Henriqu. Valent.

Respondet verò Becanus *de Sacramentis in communi, cap. 3. q. 3. concl. 4. probatione 2. cum Cano, Martino, Ledesma, Molina, Vasquez, Scoto, &c.* Sacramenta, illa præsertim, quæ consistunt in actione transeũte, cuiusmodi est Sacramentum pœnitentiæ, nunquã secundum se tota existere physicè quando eorum producunt effectum, sed pro tunc aliquid eorum semper tempore præcessisse supponitur, quare quidquam physicè operari nõ possunt, sed sufficit si existant moraliter in sensu iam mox explicato; ex quibus omnibus patet solutio ad difficultatem propositam.

Becan. Cano. Martin. Ledesm. Molin. Vasq. Scotus.

Dub. 9. An quis per confessionem informem satisfaciat præcepto Ecclesiæ, expresso in capitulo *omnis vtriusque sexus, de pœnit. & remiss.* de confitendo saltem semel in anno peccata.

Respondeo affirmatiuè, quia cum Ecclesia præcipit fidelibus, vt sua peccata saltem semel in anno

con-

confiteantur, præcipit, vt recipiant verùm pœnitentiæ Sacramentum, aptum hic & nunc causare in eis gratiam, eorumquè peccata dimittere; hoc enim Ecclesia per huiusmodi præceptum intēdit, scilicet vt fideles à peccatis emundentur, vt patet ex glossa *in capitulo* in titulo dubii adducto, littera G. ibi, *alias non esset fructuosa pœnitentia*; atqui Sacramentū pœnitentiæ informe, seu confessio informis talis est, vt possit causare gratiam, cum scilicet ponitur id, quod à principio impediebat, nè suum effectum, puta gratiam conferret, vt supra Dubio 3. ergo per Sacramentum pœnitentiæ informe, Ecclesiæ præcepto per fideles satisfieri negari non potest; secus verò dic de confessione, quæ sit nulla, cum scilicet pœnitens aduertit, se nulliter confiteri, vt cum voluntariè, & sine legitima causa ab integritate materiali confessionis excusante aliquid mortale reticet, vel cum aduertit se non habere debitam, & sufficiētem attritionem, seu dolorem de peccatis, ortum scilicet ex motiuo supernaturali, pro vt explicauimus supra Dubio 2. qui dolor, seu attritio (deficiente contritione) ex Tridentino *sess.* 14. *de pœnit. c.* 4. est necessarius ad eā cōstitutionem Sacramenti pœnitentiæ, vt illud cum fructu recipiatur; nam tunc tale Sacramentum pęnitentiæ non supponitur integrè quoad substantiam constitutum, quandoquidē quando reticetur voluntariè aliquod mortale, nō ponitur integra eius materia, sicut ēt cū non ponitur debita attritio, eam.n. sciēter nō ponere est mortale, q cōfitēdū esset, ac retractandū, & nō fit, & alioqui qñ nō ponitur materia alicuius cōpositi, vt est Sacramētū pęnitētiæ, q est cōpositū morale.s.ex Conc.Trid.

materia, & absolutionis formæ, tale compositũ non potest in suo esse cõstitui, & consequenter non potest postea tale Sacramentum per prius non constitutum fieri formatũ, idest causare gratiam per positionem postea illius, quod pœnitẽs prætermisit, idest per positionem debitæ attritionis, vel per confessionem peccati mortalis voluntariè prætermissi; quandoquidem quando hæc ponuntur, Sacramentum pœnitẽtiæ ex defectu materiæ (vt mox diximus non positæ) non inuenitur in se substantialiter constitutum, quod requiritur ad hoc, vt Sacramentum suum effectum, puta gratiam producere queat; etenim nihil, nec principaliter, nec instrumẽtaliter operari potest, & aliquid producere, nisi sit in se ipso constitutum, & prius confectum, seu productũ; ideoque cum talis pœnitens in hoc casu non ponat pœnitentiæ Sacramentum, quod gratiam conferre, & peccata dimittere aptum sit, prout Ecclesia intẽdit esse debere confessionem annalem, quam fidelibus præcipit, consequenter per talem confessionem inualidam, seu per tale penitentiæ Sacramentum nullum, pœnitens Ecclesiæ præcepto de cõfitendo semel in anno non satisfacit; nam licet finis præcepti non cadat sub præcepto, nisi explicitè in præcepto imponatur; atque adeò non astringatur pœnitens se per confessionem annalem emundare à peccatis, ex eo quia hæc emundatio à peccatis est finis annalis confessionis, qui non cadit sub præcepto, tamen id quod potest cõducere ad finem præcepti, cadit sub præcepto, nimirum quod fideles teneantur ponere, idest recipere tale pœnitentiæ Sacramentum, & talem confessionem facere, quæ apta sit ad obtinen-

dum

dum finem præcepti, ideſt ad eos mũdandos à peccatis, alias præceptum annalis confeſſionis eſſet de re inutili, & fruſtratoria, quod ſupponi non debet; hoc autem medium, quod ad id conducere poteſt, non eſt confeſſio nulliter facta (vt mox probatum eſt) ſed, vel eſt Sacramentum formatum, quod cauſet de facto cum recipitur gratiam, & peccatorum remiſſionẽ, vel informe, quod ſcilicet ad hoc poſtea præſtandum, aptum ſit, prout præcitato Dubio 2. & 3. explicatum fuit. *Bonac. de pænit. tom. 1. diſp. 5. q. 5. ſect. 2. puncto 4. num. 22. & 23. Suarez tom. 4. de pœnit. diſp. 25. ſect. 4. num. 1. & diſp. 35. ſect. 4. num. 3. Fagund. in præcep. Eccleſ. præcep. 2. lib. 1. cap. 2. num. 1. & 2. Ledeſma in 4 2. par. quæſt. 8. art. 2. dub. 12. Sotus in 4. diſt. 18. quæſt. 3. art. 3. Perſicus de offic. Sacerd. lib. 3. cap. 7. dub. 5. num. 58. poſt principium, Fauſtus de pœnit. lib. 4. quæſt. 56. verſ. ſed cæteri communi conſenſu, & quæſt. 53. verſ. & quidem quando nullitas, & verſ. verior tamen, & recepta.* Bonacina. Suarez. Fagund. Ledeſ. Sot. Perſic. Fauſtus.

P. D. Laurentius Cutillus.

De *Hæreſi mentali.*

PRACTICA V.

DVb. 1. An hæreticus purè mẽtalis, nempè qui interius tantum ſentit aliquid contra fidem, ſed nullum ſignum exterius exhibet, ſit excommunicatus.

Respondeo negatiuè,& ratio est, quia Ecclesia non iudicat de occultis, vt in capitulo *Christiana, 32.quæst.5.& capitulo consuluisti,2.quæst.5. §.spontanea*,& per consequens ab omnibus Confessarijs absolui potest. *Azor.1.par.lib.8.cap.10.quæst. 3.* & est communis.

Azor.

Dub.2.An dicens verbum, vel faciens aliquod signum exterius indifferens, ob quod astantes non possunt percipere illius internam hæresim,sit excõmunicatus.

Respondeo non esse excommunicatum, ratione dicta,quia est adhuc hæresis occulta, & interna. *D.Thom.par.2.quæst.91.art.4.Alexan.de Alex.2.par. q.182,memb.2.Tolet.lib.1.cap.19.num.3.* & omnes communiter.

D. Thom. Alex. Tolet.

Dub.3.An proferens verbo,vel signo hæresim internam,sed nemine audiente, sit excõmunicatus.

Respondetur affirmatiuè, & nihil refert, vtrum aliquis audierit, necnè, quia hoc est per accidens, & tunc Ecclesia habet potestatem iudicandi de tali actu externo, & per consequens talis proferens est excommunicatus Papali reseruatione. Ita *Caietan. verbo hæresis, Syluest. verbo excommunicatio, 7. §. 3. Tolet.loc.cit.*& communis.

Caiet. Sylu. Tolet.

Dub.4.An proferens verbũ hæreticale,vel blasphemiam contra Deum sit excommunicatus.

Respondeo,si proueniat illa blasphemia ex interna hæresi,erit excommunicatus, secus si hoc dicat sine voluntario perfecto,ex motu v.g. iræ, quia ad verè incurrendam excommunicationem debet cõcurrere actus externus adiunctus cum interna hæresi,altero istorum deficiente, non erit excommuni-

ni-

nicatus. *Bonac. de censuris, disp. 2. q. 4. pun. 2. num.* 7. & omnes communiter. Bonac.

Dub. 5. An manifestans suam hæresim internam amico, vel Confessario, animo capiendi consilium, vel confitendi, ex tali actu dicatur publicare hæresim, & per consequens sit excommunicatus.

Respondeo negatiuè, quia non manifestat cum animo hæreticali interno, quod requiritur ad incurrendam excommunicationem contra hæreticos latam, sed talis est paratus corripi, ideò petit consilium, secus esset, si hoc diceret animo asserendi pertinacem hæresim mentalem. Ita *Bonac. loc. cit.* & alij.

Dub. 6. An hæreticus occultus proferens suam hæresim internam (contra suam voluntatem) in somnis, dicatur publicare, & ex eo incidat in excōmunicationem.

Respondeo negatiuè, nam hæc dicitur hæresis materialis tantum, & non formalis, cum ad incurrendam excommunicationem necesse requiratur, vt sit hæresis materialis, & formalis, ideò talis non erit excommunicatus. Ita *Sanchez cap. 8. n. 24. Duardus q. 24. num. 19. Bonac. de censuris, disp. 2. q. 5. pun. 2. num.* 7. & alij communiter. Sanch. Duard. Bonacin.

Aduertat denique prudens Confessarius, quod quotiescunque quis proferet blasphemiam hæreticalem, vel aliquod verbum hæresis, cognoscens se peccare mortaliter talia proferendo, nō erit ex hoc purè hæreticus, & ratio est, quia talis non habet errorem in intellectu; neque pertinaciam, cognoscit enim se malefacere, & peccare. Hæc regula colligitur ex Doctoribus citatis, & est communis.

Finis Appen. Posthum. ad Primam Partem.

AD-

ADDITIO.

DVbium primum, Peccatum hæresis licet sit Summo Pontifici in Bulla Cœnæ reseruatū tamen quando hæresis non est externa, sed interna, seù mentalis, à quocunque simplici Confessario absolui potest, cum tunc non sit reseruata, ratione qua supra in Additione ad Practicam tertiam Appendicis Posthumę dub. 2. idque etiam asserit Auctor hic dubio primò; Quęritur nunc, an hæreticus asserens se habere propositum incidendi in hæresim, vel in Apostasiam à fide, eius hæresis interna per hoc exterius manifestata censeatur, ac proindè à quocunquè simplici Confessario absolui non possit, sed sit in Bulla Cœnæ reseruata.

Respondeo negatiuè, nam huiusmodi verba non sunt de se internę hæresis ostensiua, ex eo quia non actualem, sed futuram hæresim demonstrant, nec alioqui propositū ipsum apostatandi à fide, præciso dubio de rebus fidei, est hæresis, cū possit quis hoc propositum habere, absque eo quod actualiter sit hæreticus; idest absque eo, quod actu aliquid cōtra fidem sentiat, sed talē determinationē eliciat propter aliquem finē ad res fidei omninò impertinentē, puta quia in Ciuitatibus hæreticorum magna lucri occasio habetur, vel quia delicta non ita ibi seuerè puniantur, &c. *Sanchez in sum. to. 1. lib. 2. c. 8. nu. 22.* Sanch.

Dub. 2. An hæreticus mentalis suam hæresim Confessario manifestans animo capiendi consiliū, sed non errorem emendandi, eius hæresis adhuc interna dici possit, ita vt à quocunquè simplici Cō-

fes-

fessario, prout in dubio præcedenti dictum fuit, absolui queat.

Respondeo affirmatiuè, quia cum actus exterior hæresis manifestatiuus moraliter coniungatur cum actu, seù assensu interno, in quo consistit hæresis mentalis, fiatque cum illo vnum peccatum mortale hæresis exterius consũmatum, fit quod in tantum talis actus exterior hæresis internæ manifestatiuus censeatur, ac per consequens excommunicationi Bullæ Cœnæ subijciatur, in quantum in se malus est, cum excommunicatio maior non nisi in mortali fundetur, & præterea eius malitia occulta non sit, sed exterius in ipso actu immediatè, vel ex circumstantijs cognoscatur, Ecclesia enim non iudicat de internis; Cum autem actus capiendi consilium ex se bonus sit, nec ex circumstantijs malus iudicari possit, sequitur, quod hæresis internæ manifestatiuus dici minimè queat, & per consequens nec excõmunicatione Bullæ Cœnæ puniri. *Sanchez dubio praeced. cit. nu. 19. Bonac. de Censur. in particulari, disp. 1. quaest. 2. puncto 2. num. 7.* Sanch. Bonac.

Dub. 3. Quid si quis fingat petere cõsilium, vel se de hæresi mentali accusare, sed talem animum minimè habeat, an hæreticus externus censeatur, & excommunicationi Bullæ Cœnæ subiectus, ita vt à simplici Confessario iuxta doctrinã dub. 1. traditam absolui nequeat.

Respondeo negatiuè, prout patet ex dictis dub. præcedenti; licet enim ille actus externus in se reuera malus sit, tamen eius malitia, nimirum illa fictio, non cognoscitur, sed est occulta, nec alioqui vllam de se malitiam præseferre nequidem ex circũ-

stantiis

stantijs cognosci potest, & consequenter hæresis internæ manifestatiuus iudicari nequit, ac proindè nec excommunicatione Bullæ Cœnæ puniri, prout dubio pręcedenti dictum fuit. Vide *ibi. Sanchez in sum. tom. 1. lib. 2. cap. 8. num. 7.*

Sanch.

Dub. 4. An hæreticus mentalis legendo, casu aliquam hæresim legat, quam ipse teneat, vel ioco, nō animo recensendi suam hæresim, nec tunc interius hæresi consentiendo, sed leuiter id egisse indicans, vel si id agat animo recensendi suam hæresim, sed indeliberatè, vel cum deliberatione imperfecta, nimirum non aduertendo id, quod agit, per hoc hęreticus externus censeatur, ac per consequēs excommunicationi Bullæ Cęnæ subiectus.

*R*espōdeo negatiuè, sed à simplici Cōfessario absolui posse, ratione qua supra in Additione ad Practicam tertiam Appendicis Posthumę, de casibus reseruatis, Dub. 4. quia hi actus externi ad mortale non pertingunt, ac proindè excōmunicationi Bullæ Cęnæ contra hæreticos latæ, ac Summo Pontifici reseruatæ minimè subiiciūtur; vide ibi; tum quia actus, qui ioco fiunt, non sūt sufficienter manifestatiui hæresis internæ, cū catholicus etiam ioco, absque errore in intellectu illos præstare possit; quare duo requiruntur, vt per actum externum hæreticus mentalis suam hæresim manifestare censeatur, Primo vt actus ex se, vel ex circumstantiis hęresim internam sufficienter manifestare, seu indicare possit, & præterea cum hæresi interna modo, supra dub. 2. explicato ad vnum peccatum totale faciendū moraliter vniri. Secundo, vt hæreticus, interius, cum talem actum facit, per illum suam hæresim manifestare

ſtare intendat, non autem ſi inaduertenter, vel ioco, vel per accidens librum ſcilicet qui ſuam hæreſim continet legendo, vt in caſu noſtro, id agat. *Diana 4. par. tract. 4. reſol.* 140. *Henriq. lib. 6. in ſum. cap.* 14. *num. 6. lit. I. Filiuc. tract.* 16. *num.* 28. Diana. Henriq. Filiuc.

Dub. 5. An hæreticus mẽtalis ſuam hæreſim per modum præteriti demonſtrans, vt ſi dicat, *olim hanc hæresim tenui*, per hoc hæreticus externus cenſeatur, ac excommunicationi Bullæ Cœnæ contra hæreticos latæ ſubdatur.

Reſpondeo negatiuè, ſed per quemcunque ſimplicem Cõfeſſarium abſolui poſſe; nam per illa verba ſufficienter ſuam hæreſim nequaquam manifeſtat, cum ad hæreſim actualem, quã ipſe tenet manifeſtandam ex ſe inſtituta non ſint, niſi fortè tales circumſtantiæ concurrant, vt ex præfato loquendi modo, illum ſuam hæreſim actualem manifeſtare velle, adſtantes perciperent, & hunc animum ipſe de facto realiter haberet. *Vaſquez par. 2. quæſt. 96. art. 4. diſp. 160. cap. 5. nu. 22. Sanchez in ſumma lib. 2. cap. 8. nu. 21. fine. Bonac. de cenſur. in particulari, diſp. prima, q. 2. puncto 2. num. 7.* Vaſq. Sanch. Bonacina.

Dub. 6. An hæreticus occultus, ſe in ſomnis hæreſim, quam ſequitur proferre aduertẽs, idquè euitare valens, nolit, ſi poſtea de facto talem hæreſim in ſomnis proferat, illam exterius manifeſtare cenſeatur, Bullæque Cœnæ excõmunicationi per hoc ſubijciatur, ita vt à quocunque ſimplici Cõfeſſario, iuxta regulam dubio 1. traditam, abſolui nullatenus poſſit.

Reſpondet Ledeſma 2. *tom. ſummæ, tract.* 1. *cap.* 6. *poſt* 10. *concluſ. diff.* 5. affirmatiuè; nam cum ipſe talẽ Ledeſ.

manifestationem euitare queat, idquè agere omittat, hæresim exterius voluntariè manifestare censetur, & consequenter excommunicationem Bullæ Cœnæ vti externus hæreticus incurrit.

Dub. 7. An qui aliquid contra fidem sentit, ex eo nimirum quia adhibet notabilem negligentiam in veritate inquirenda, sed est ita affectus, quod si veritatem sciret, errorem sanè corrigeret, si talem errorem exterius manifestet, hæreticus dici possit, ac excommunicationem Bullæ Cęnæ incurrat.

Respondeo, quoad forum conscientiæ negatiuè, sed à quocunque simplici Confessario à tali hæresi materiali absolui posse, quia ad veram hæresim cõstituendam, præter errorem in intellectu, requiritur pertinacia, quam sanè is, cum sit paratus corrigi habere dici non potest, modo tamen sit paratus corrigi per absolutam Ecclesiæ determinationem, non autem solũmodò, si argumentis conuincatur. *Azor. tom. 1. lib. 8. cap. 9. quæsito 7. & 8. Nauar. cap. 11. num. 22. Bonac. de censur. in particulari, disp. 1. q. 2. punct. 1. num. 6. Sanch. in sum. lib. 2. cap. 7. num. 6.*

Azor. Nauar. Bonac. Sanch.

Dub. 8. An qui dubitat de rebus fidei, taleque dubium per aliquam externam actionẽ manifestat, eius hæresis manifestata censeatur, ita vt per simplicem Confessarium, vti dubio primo diximus, absolui amplius non possit, sed excommunicationẽ Bullę Cęnæ contra hæreticos latam, Summoq; Pontifici reseruatam incurrat.

Respondeo affirmatiuè, si de hoc positiuè dubitet, nimirum iudicando res fidei certitudinem non habere, quia dubius in fide, infidelis est. *capitulo dubius in fide, 1. de hæreticis, tit. 7.* secus verò si simpliciter

citer suspensus remaneat, nulli parti assentiendo. (non enim quis pro omni momento actus fidei elicere tenetur, sat enim est si positiuè non dissentiat) nisi fortè deliberate eligat sic manere, id securius esse existimans. *Eman. Sà verbo hæresis num. 1. Bannes 2. 2. q. 11. art. 2. col. 2. vers. Respondetur, quod sicut, Sanchez in sum. lib. 2. cap. 7. num. 12. fine. Filiuc. tract. 16. num. 28. Megala in suo Promptuario, tom. 2. lit. D. verbo dubium, num. 20. Antonius Sousa in Aphorism. Inquisit. lib. 1. cap. 11. num. 3. & 14.* Verum si comperta veritate esset paratus corrigi, nec tunc hæreticus esset, ratione qua supra dubio præcedēti. *Sousa sup. cit. num. 16.*

Emman. Sà. Bannes. Sanch. Filiuc. Megal. Sousa. Sousa.

Dub. 9. An hæreticus occultus coram Sanctissimo Sacramento caput non aperiens, nec genuflectens, per hoc suam hæresim internam manifestare censeatur, ac proindè excommunicationem Bullæ Cœnæ a simplici Confessario inassoluibilē incurrat.

Respondeo affirmatiuè, si eæ circumstantiæ concurrant, vt id obliuioni, vel ignorantiæ tribui non possit, quod inter cætera præsumi potest, hoc nimirum ex ignorantia, seu obliuione actum, si is id sæpè non agat, secus si semper, vel si nunquam v. g. talis hæreticus occultus Templum ingrediatur, quia huiusmodi signa, moraliter loquendo, inter fideles ex propria natura, internam hæresim demonstrant. *Sāchez dub. præced. cit. cap. 8. num. 16. Azor. tom. 1. lib. 8. Instit. moral. cap. 9. q. vlt.*

Sanch. Azor.

Dub. 10. An hæreticus mentalis, qui instituit aliquod signum ad suam hæresim vni tantum manifestandam, si postea tale signum coram illo (vel illo absente) coram aliis, qui illud non percipiant, vel

se solo exhibeat, suam hæresim exterius manifestare dicatur, & consequẽter excommunicationem Bullæ Cœnæ incurrat, & à quocunque Cõfessario, iuxta ea, quæ supra dubio 1. nos diximus, absolui minimè valeat.

Respondeo affirmatiuè, nam posita talis signi institutione, eoquè de facto præstito, hæreticus verè, ac propriè suam hæresim occultam manifestare, dicitur: qua ratione id etiam asserendum, si hæreticus mentalis talibus signis, ac talibus occurrẽtibus circumstantiis suam hæresim manifestet, vt si vnus tantùm adesset, illam perciperet; Secus si de illa in dubium solummodò adduceretur, quia in dubio fauendum est Reo. *Regula fauorabiliores*, 168. *ff. de regul. iur.* ac mitior, seu benignior explicatio facienda est. *cap. odia, de regul. iur. in 6. ex Nauarr. cap.* 27. *num.* 56. *Sanch. in summ. lib.* 2. *cap.* 8. *num.* 10. quod sanè in sententia Ioannis de Lugo infra citandi non accideret, si quis interius tenens, Deiparam non fuisse Virginem (quod è mentibus omnium procul sit) exterius dicat, *Maria nõ fuit Virgo*, & ad finẽ ostendendi, seu explicandi suam hæresim, id ipse fateatur, tunc enim, licet quantum est ex se, verba illa æquiuoca essent, siquidem intelligi possent de aliqua fœmina, præter Deiparam, quod non fuerit Virgo, tamen communiter talia verba absolutè prolata, & ex nullis aliis verbis antecedẽtibus, vel subsequentibus ad aliam Mariam, quæ non sit Deipara, coarctata, vti contingeret in hoc casu, audientes de Deipara dici procul dubio autumarent, essentquè propterea dicta verba internæ hæresis proferentis offẽsiua, illamquè verè externam face-

Nauar. Sanch.

rent,

rent, & in Bulla Cęnæ Domini reseruatam, quæ à quocunque exposito Confessario absolui nullatenus posset. *Lugo de pœnitentia, disp. 13. sect. prima, nu. 22. cum Sanchez, & Suarez.* Lugo. Sanch. Suarez.

Dub. 11. An Cathecumenus, vel fictè baptizatus, sentiens aliquid contra fidem, idquè exterius manifestans, hæreticus externus dici queat, ac censuræ Bullæ Cœnæ subiectus.

Respondeo negatiuè, sed per quemcunque simplicem Cõfessarium, prout dubio 1. dictum fuit, absolui potest; cum enim tales verum baptisma nondũ habeant, iurisdictioni, seu legibus, aliisquè Ecclesiæ pœnis minimè subiiciuntur, ex eo quia, illius membra nondum per baptismum effecti sunt, quæ sola Ecclesiæ dispositioni, tanquam suo capiti subdũtur. *Toletus lib. 4. summ. cap. 3. num. 5. Sayrus in Thesauro casuum, tom. 1. lib. 3. cap. 4. num. 11. Duard. lib. 2. in canon. 1. q. 21. nu. 3. Vgolin. de censuris Sum. Pontif. reseruatis, 2. p. cap. 1. §. 1. n. 2. & 3.* Tolet. Sayr. Duard. Vgolin.

Dub 12. An qui vi, vel metu, Christianam fidem inter infideles exterius ore tantum, sed non corde negauit, in foro conscientiæ, iuxta doctrinam supra dubio 1. traditam, à quocunque approbato Confessario absolui possit, ita tamen, vt excommunicationem Bullæ Cœnæ non incurrat.

Respondeo affirmatiuè, cum hic verus hęreticus minimè dicatur, ex eo quia errorem in intellectu nõ habet, quod ad veram hæresim constituendam necessariò requiritur, & consequenter excommunicationem Bullæ Cœnæ nequaquam incurrit; nam verba in pęnalibus, non impropriè, sed secundum proprium sensum accipi debent. *l. non aliter, ff. de leg. 3.*

ac

ac proindè excommunicatio Bullæ Cœnæ contra hæreticos, de veris, ac proprijs hæreticis intelligitur, non verò de improprijs, vt in casu nostro. Verū si abnegatio publicetur, reconciliatio in foro externo, ad Inquisitores pertinet, cum de ficta abnegandi intentione in tali foro constare non possit. *Giptius de casibus reseruatis, cap. 6. casu 4. num. 83. & 84. Fagundez de præceptis Ecclesiæ, præcep. 2. lib. 8. cap. 8. nu. 39. Suar. tom. 5. in 3. p. disp. 4. sect. 2. nu. 22. & disp. 21. sect. 2. num. 3. Nauar. cap. 11. num. 27.*

Giptius. Fagund. Suar. Nauar.

Dub. 13. Quid, si metus circa intentionem incutiatur, nimirum, vt fidelis cum vera intentione christianam fidem abneget.

Respondeo, fidelem tunc æquiuocare posse; dicendo, se cum vera intentione fidem abnegare, subintelligendo tamen interius, id verbaliter tantum dicere, & sic neque tunc is verus hæreticus erit, cū adhuc in hoc casu, vt in dubio præcedenti dictum fuit, nullus error in intellectu intercedat, ac proinde à quocunque simplici Confessario absolui etiam potest. Verum is tunc mortaliter peccat, Christianā fidem ore tantum, & si non corde abnegando, prout ex dicendis dubio sequenti patebit.

Dub. 14 Quid si per impossibile de intentione exterius constare possit, an inquam fidelis per vim, sed cum vera intentione fidem tunc abnegando, excommunicationem Bullæ Cęnæ incurreret, ita vt per simplicem Confessarium absolui non posset.

Respondent nonnulli, fidelem tunc mori potius, quam fidem abnegare teneri, ac proindè, si fidem abnegaret, verum hæreticum esse, ac excommunicationem Bullæ Cęnę incurrere, quia licet præcep-

ta Ecclesiæ de se non obligent cum periculo vitæ, tamen per accidens, quando concurrit ius naturale, vel diuinum de conseruando bono cõmuni, idest quãdo infertur vis, vel metus incutitur, vt præcepta humana, in cõtemptum potestatis Ecclesiasticæ, vel fidei transgrediantur, vt accidit in casu nostro, subditus potius mori, quã præcepta Ecclesiæ transgredi tenetur, cum bonum particulare propriæ vitæ, bono communi, fidei scilicet seruandæ præferri debeat. Hi sunt Suarez *lib. 3. de legibus, cap.* 30. *nu.* 4. Sanchez *in sum. lib.* 1. *cap.* 18. *num.* 4. Syluester *verbo excommunicatio*, 5. *q.* 14. Rodriquez *in sum. cap.* 194. *concl.* 5. Bonacina *de censur. in communi, disp.* 1. *quæst.* 2. *puncto* 3. *num.* 2. Alij verò dicunt, quod quamuis tunc fidelis mortaliter peccet faciendo contra virtutem Religionis, ac proindè contra ius diuinum, fidem abnegando, tamen non facit contra ius positiuum Summi Pontificis, præfato iuri diuino de fide non abneganda superadditum, & consequẽter, nec pęnam excommunicationis per tale ius positiuum contra transgressores in Bulla Cęnæ inflictam, & in tali iure fundatam incurrit, ex eo quia tale ius positiuum in hoc casu cum periculo vitæ obligare non potest, cum enim Legislator humanus non sit propriæ suorum subditorum vitæ Dominus, nec illos cum periculo vitæ ad sua præcepta seruanda obligare potest, sed solus Deus, in cuius manu mors, & vita, vt patet ex illo *Sap.* 16. *v.* 13. in suis præceptis id poterit, & sic tenent Valentia *part.* 2. *disp.* 7. *q.* 5. *puncto* 6. Salas *de legibus, disp.* 11. *sect.* 1. *num.* 5. *vers. ex hac conclus.* Sancius *in selectis, disp.* 51. *n.* 2. *vers. sed quanam ratione.* Ex quorum sententia patet, quid di-

Suar. Sanch. Syluest. Rodriq. Bonac.

Sap. 16. v. 13. Valent. Salas. Sancius.

cendum,

cendum, cum grauis vis, vel metus infertur ad ieiunium frangendum, ad clericum verberandum, ad moniales alloquendas, &c.

Dub. 15. An proferens blasphemiam hęreticalem, sed absque vllo errore in intellectu, idest nullo modo id quod asserit interius credens, vel credens, sed indeliberatè, puta non aduertendo esse malum, seu peccatum id credere, vel aduertendo, nõ tamen plena aduertentia, sed semiplena, idest non benè, & perfectè, ita vt aduertentia talem credulitatem, seu assensum ad mortale traducere queat, talis à quocunque approbato Confessario absolui possit, ita vt hæreticus dici nequeat, ac proinde excommunicationem Bullæ Cęnæ in foro conscientiæ omninò euadat.

Respõdeo affirmatiuè, ratione qua supra dub. 12. & in Additione ad Practicam 3. Appẽdicis Posthumæ, de casibus reseruatis, dub. 4. *Torreblanca de magia, lib. 4. cap. 5. num. 8. Bannes in 2. 2. D. Tho. q. 11. art. 4. §. Quæritur secundo, concl. 3. arg. 2. Diana 1. par. tract. 5. concl. 1.*

Torrebl. Bann. D. Thom. Diana.

Dub. 16. An hæreticus occultus, cuius hæresis externa paucis nota sit, nec apud alios diffamata, vel in iudicium adducta, possit à proprio Episcopo absolui, virtute Tridentini *sess. 24. cap. 6. de reformatione*, ipsi absoluendi facultatem à casibus occultis, in Bulla Cęnæ, & Summo Pontifici reseruatis, tribuentis.

Respondent multi Doctores negatiuè, cum talis facultas, in Bulla Cęnæ, præsertim quoad hæresis, ac reliquorum etiam eiusdem Bullæ Cęnæ casuum absolutionem Episcopis in Tridentino loco citato,

con-

concessa sublata fuerit, ibi, *cuiusuis Concilij decreta*, id tamen negāt, quoad alios casus extra Bullā, si sint occulti, cum Bulla de casibus inibi contentis absolutè loquatur. Hi sunt Molina *tom. 4. de iustitia, disp. 64. n. 8.* Vgolinus *de casibus Summo Pontificis reseruatis, in 2. par. c. 2. §. 4. vers. etiam prætextu quarumcunque, num. 3.* Duardus *in comm. Bulla Cœnæ Domini, lib. 3. in §. 2. q. 11. à n. 44. vsq; ad nu. 47.* Nauarrus *in manu. c. 27. n. 275.* Raguccius *in Lucerna Parochorum, quæsito* 125. *alias* 115. *num.* 5. Quamuis huiusmodi facultatem, quoad hæresis absolutionem, nō solum in foro iudiciali, quoad molestiam corporalem, sed etiam in foro conscientiæ, quoad animam, Inquisitoribus sublatam minimè fuisse asserant Philippus de la Cruz, Farinacius, Graffius, Rodriquez, Toletus, Villalobus, Puteanus, Garsias, & alii Doctores apud Dianam *par. 1. tract. 5. resol. 3. & 4. par. tract. 8. resol.* 35. Alii verò Respondent affirmatiuè, quia ad reuocationem Tridentini, propter tanti Concilii grauitatem, requiritur, vt de eo specialis mētio fiat; quapropter, cum in reuocatione indultorum, priuilegiorum, ac Conciliorum ad calcem Bullæ Cęnæ apposita, Tridentinum nullo modo exprimatur, ei derogatum minime censetur; & quamuis ab aliquibus, declarationes Sacræ Congregationis, & responsa Summorum Pontificum in contrarium adducantur, aiunt præfati Doctores de illis authenticè non constare. Hi sunt Zerola *in Praxi Episcop. par. 2. verbo absolutio, §. 8. & 18. & verbo hæreticus, §. 4.* Emanuel Sà *verbo Episcopus, nu. 37.* Sousa *in Bullam Cænę, cap. 23. disp. 100. conclus. 3. num. 7.* Fagundez *de præcep. Ecclesiæ, præcep. 2. lib. 8. cap. 8. num. 32. & 37.*

Molin. Vgolin. Duard. Nauar. Raguc. Philip. de la Cruz. Farinac. Graff. Rodriq. Tolet. Villalob. Putea. Garsias. Diana. Zerol. Eman. Sà. Sousa. Fagund.

Portell. Sanch. Portell *in Addit. ad dub. Regularia, verbo Episcopus, num.* 1. Verum Sanchez *in sum. lib. 2. cap.* 11. *num.* 27. *fine*, primam sententiam, vtpotè magis tutam, amplectendam esse ait, nec in re tam graui, posteriorẽ opinionem, valdè dubiam, & parum tutam ex declarationibus Sacræ Congregationis, & responsis Pontificum in contrarium sequi debere.

Dub. 17. Si Regularis in aliquam hæresim incidat, quæ tamen sit occulta, eo modo, quo dubio præcedenti explicatum fuit, à quonam potest absolui.

Respondent Primò nonnulli, sequẽdo secundam opinionem dubij præcedentis, talem Regularem, si pro Superiore, Abbatem propriam Diœcesim habentem, in eaque iurisdictione quasi Episcopali fungentem, ad quem Tridentini concessio *sess.* 24. Trid. *cap.* 6. *de reformatione* Episcopis facta, vtpotè fauorabilis extendi possit, non habeat, ex vi concessionis Pius V. Rodriq. Pij V. relatæ à Rodriquez *in quæstionibus Regul. to.* 1. *quæst.* 61. *art.* 9. à Supremo sui Monasterij Prælato, vel, ipso absente, à Vicario eiusdem absolui posse, hi enim fungũtur iurisdictione quasi Episcopali in Religiosos sibi subiectos, & Pius V. huiusmodi Prælatis concessit quidquid conceditur Episcopis per Tridentinum loco supra citato, vel etiam pro tali absolutione alicui Episcopo se subijcere posse, prout diximus in Additione ad Practicã 10. dubio 14. quoad irregularitatis ex mortis acceleratione dispensationem. Hi sunt, Sayr. Auila. Sayrus *in Claui Regia, lib.* 6. *cap.* 11. *num.* 5. *& num.* 83 *fine*, Auila *de censur. par.* 7. *disp.* 10. *dub.* 6. *& par.* 2. *cap.* 7. *disp.* 1. *dub.* 11. *vers. ex* Rodriq. *dictis, sequitur* Rodriquez 2. *tom. summ. cap.* 10. *nu.* 6.

con-

*concl.6.*Lezana *to.1.c.*18.*n.*31. Suarez *to.4.in 3.par. disp.*30.*sect.2.n.6.& 7.et de censur.disp.*41.*sect.2.n.7.* Lezan. Suarez.

Respondent secundo alij, huiusmodi Pij Quinti concessionem omnesque alias, Religiosis, quoad absolutionē à casibus Summo Pontifici,& Ordinarijs locorum reseruatis, per diuersas Summorum Pontificū reuocationes, præsertim Clemētis VIII. prout infra, Pauli V. sub die 7. Ianuarii 1617. & Vrbani VIII. sub die 17. Nouembris 1628. quoad Regulares existentes extra Romam per totam Italiam sublatas fuisse, quoad illos verò, qui existunt extra Italiam, tantùm sublatas fuisse, quoad absolutionē ab excommunicationibus Bullæ Cœnę, ab excommunicationibus,& casibus Ordinariis locorum reseruatis,& ab illis quinque casibus Summo Pontifici per Sacram Congregationem Episcoporum, & Regularium sub die 26. Nouembris 1602. de mandato eiusdem Clementis VIII. etiam reseruatis, nimirum violationis clausuræ Monialium ad malum finem, prouocationis ad duellum, iuxta dispositionem Trid. & Constit. Gregor. XIII. violationis immunitatis Ecclesiasticæ in terminis Constitutionis Gregorii XIV. simoniæ realis scienter contractæ, vel confidentialis quoad beneficia, & iniectionis manus violentæ in clericos. Hi sunt Squillante *de priuil.cleric.cap.* 4. *num.* 180. Faustus *de indulgentijs, lib.4.q.94.*& alii apud eundem Squillante. Pius V. Squil. Faustus.

Dub.18. Quid faciendum si hæreticum occultū, modo quo supra dubio 16. explicauimus, ad vitandum scandalum confiteri, vel Eucharistiam sumere, seu sacrum facere oporteat,& Papam, vel Inquisitores tunc ipse adire non possit.

Respondeo talem hæreticum occultum tunc facere posse, vti nos diximus in Addit. ad Practicã 3. Append. Posth. de casibus reseruatis dub. 32. vide Auctores ibi cit. & ṗterea Dianã *1. par. tract. 5. resol.* 4. cum multis Auctoribus, hoc ipsum annuentibus.

Diana.

Dub. 19. An non solum qui dubitat de rebus fidei sit hæreticus, prout dub. 8. dictum est, idest cum intellectus est anceps, & ṗpter tale dubiũ ad assẽtiẽdũ rebus fidei nõ inclinat, sed ẽt quãdo illis assentitur assensu opinatiuo, cũ formidine .s. quod res fidei non sint ita certæ, sicut ipse eas esse credit.

Respondeo affirmatiuè, quia pro eodem tẽpore non potest esse in intellectu, de eadem re, puta fidei assensus certus, & opinatiuus cũ hi assensus, sint inter se contradictorii, & contradictoria non possunt esse simul de eadem re, eodem tempore in vno, eodemq; subiecto, nam assensus certus includit iudicium, quod res non possit esse alio modo, quam iudicatur esse, assensus verò opinatiuus includit iudiciũ, quod res possit alio modo esse, ac iudicatur else, nõ posse autem esse alio modo, ac res iudicatur esse, & posse esse alio modo, quam iudicatur esse sunt cõtradictoria; ergo vnus assensus in vno, eodemquè intellectu pro eodem tempore alium excludit, atque adeò fidelis habẽs assensũ opinatiuũ de rebus fidei non habet certũ, & opinatiuus excludit certũ, atq; adeò talis, qui hunc assẽsũ opinatiuum habet, & sit ṗtinax, est verè hæreticus, cũ reb. fidei certè, vt debet, nõ credat, & si talẽ assensũ exterius manifestet, ab excõmunicatione Bullæ Cœnæ cõtra hæreticos lata, à Papa tantum, iuxta doctrinam dub. 1. adductum potest absolui. *Castro lib. 2. aduers. hæres. cap.* 10.

Castro.

P. D. Laurentius Cutillus.

PRACTICAE VISITANDI INFIRMOS.

Pars Secunda.

AVCTORE P. IACOBO MANCINO

Relig. Cler. Regular. Ministrantium Infirmis, Sac. Theol. Profess. dum viuebat formata.

In qua continetur peculiaris Tractatus de Infirmis In Ordine ad Sepulturam, ex integro operi superadditus.

A PATRE DON LAVRENTIO CVTILLO Ceppalonensi Monacho Theol. Congr. Montis Virginis Ordinis S. Benedicti.

Et in hac octaua impressione plurimis supplementis, ac duobus alijs Tractatibus, scilicet,

De Præcedentia in funeribus associandis, alijsq; publicis processionibus seruanda, &

De Quarta Funerali, Sepulturę occasione debita.

Ab eodem P. D. Laur. Cutill. locupletata.



MERCVR. Apud Camillum Cauallum. 1642.

De modo alloquendi infirmum.

PRACTICA PRIMA.

SAcerdos, qui infirmo Sacramenta necessaria opportunis temporibus ministrauit, ipsum debet sæpè visitare, monitis spiritualibus reficiendo, ac instaurando; maximè autem grauescente ægritudine.

Cauere autem debet, ne voce leuata, illum alloquatur, neuè accentus faciat ad instar prædicatoris; Hoc enim modo, & infirmum, & circumstãtes tędio afficiet. Debet verò placidè, & suauiter loqui; magis verò, vt exardescat deuotio, ac sequatur vtilitas animæ ipsius ægroti studeat, quam persuasibilibus humanæ eloquentiæ verbis, vel electo sermone; scimus enim, quod infirmus tunc modicum tempus habet, nec debet Sacerdos illud vanitati consumere, aut eruditis periodis; plurimum autem simplicitas ipsa iuuabit infirmum, ac colloquia moralium, spiritualiumquè exemplorum quibus excitetur ad Dei amorem, ac æternæ vitæ desiderium.

Immò verò censeo, nec debere Sacerdotem prolixiori sermone vti, licet infirmus libenti animo audiat: optimum, autem fore iudico ipsum potius imitari ad loquendum, quam vt taceat, hoc etenim indiscretioni, ac imprudentiæ tribuetur.

Si autem infirmus, nondũ morti sit ita proximus, Sacerdos ipse breui sermone vtatur ad reiiciendas tentationes, eumquè ad Dei amorem excitando, & animo reuertendi, benedicta, ac lustrali aqua illum

asper-

aspergat, orationemq; recitet: *Visita quaesumus Domine, &c.* & sic inde recedat: nec ipsum infirmum solum destituat; immò alicui ex domesticis magis deuoto, expertoquè committat, vt sæpius de rebus spiritualibus alloquatur, ac ad Dei amorem deuotis inducat considerationibus.

Morti verò proximum deserere non debet, nec omninò discedat, ac siue orando, vel diuinum officium recitando, siue infirmum paulisper alloquendo, iteratis vicibus, magna (vt par est) breuitate; peccatorum contritionem, spem in Deum, ac sui ipsius diuinæ voluntati plenam resignationem, & similes deuotos actus in eo excitando.

Ad circumstantes etiam aliquando dirigẽdo sermonem, vt à peccati facie fugiant veluti à facie colubri: incertam mortis horam bonis operibus præueniant; & hoc, vt eius præsentia (dum ibi licuerit morari) etiam alios lucrifaciat, ac ædificet: Hoc verò, voce demissa, nè infirmũ, ac alios tędio afficiat, ac partim sedendo, partim genua flectendo, prout occasio postulauerit; omnia autem curet exequi religiosa grauitate, ac magna omniũ in Domino ædificatione: proindè non debet oculos circumferre, ne curiosum se præbeat, ac leuem, quod quidem vitium à Sacerdotali statu procul abesse debet, maximè autem si mulieres adsint, quas bono exemplo ædificabit.

Hortari etiam poterit circumstantes, vt pro infirmo orent, ac ipsum Deo commendent, vt iustorũ morte moriatur, ac victis hostibus, ad æternam vitã transeat: quapropter alij coronam B. Virginis, alij eius Rosarium, hic Litanias, ille septem Psalmos

poe-

pœnitētiales recitet, quos S. Augustinus morti proximus pronunciauit, alij alias deuotas preces, prout cuiquè deuotio dabit.

Plurimum autem iuuabit infirmum recitatio Officij Sanctæ Crucis iuxta *Ritum* Romanæ Ecclesiæ, quem ad manus habebis infra circa finem, in quo & Christi Domini Passio, & deuota illius mysteria, nō parum aduersus Diaboli tentationes valent.

Alternatim etiam Rosarium B. Mariæ, seu illius coronam recitari faciebat coram infirmo Sanctus Philippus Nerius, submissa autem voce, nè infirmus molestia, vel tędio afficiatur; secus autem quisque poterit ex seipso recitare, & hoc etiam sedendo, nè circumstantibus fastidium inferatur.

Prohibeat autem, nè coram infirmo risus, aut nugæ, seu ioci fiant, aut iocosè quispiam loquatur, quod quidem intelligi volo, nè dum de illicitis, immò etiam de indifferentibus, quæ ad rem non pertinent, omninò autem, quæ tractantur, spiritualia sint, vel de rebus ad salutem animæ infirmi spectātibus.

Vt autem circumstantium orationes, quæ (vt diximus) pro infirmo fiunt, acceptabiles sint apud Deum, iuuabit, vt Sacerdos, circumstantes ad actus contritionis inducat, & ideò simul cum illis dicat, *Confiteor Deo, &c.* postea verò ipse dicat, *Misereatur vestri, &c. Indulgentiam, &c.* illosquè benedicendo: Et hoc vt efficaciores reddantur eorum orationes, per illorum contritionis actus.

Placet mihi in hoc loco ponere dubium de Officio diuino recitando coram infirmo, nè recitantes illum tędio afficiant.

Qualis, & quanta debeat esse vocis pronūciatio

tio in eo, qui priuatim Officium recitat.

Respondeo, quod talis debet esse pronunciatio, vt seipsum audiat, vel ab alio audiri possit, si præsens ibi esset. Ita *Caietanus* 2.2. *q*. 83. *art*. 13. *Medina de orat*. *q*.7. & alij citati ab Azorio infra. Caiet. Medina.

Sanè, si quis solus diuinum Officium persoluat, satis est, si sic recitet, ac proferat, vt verè dici queat ore, & voce preces fundere, siue ab alio, vel à se audiri possit, siue non; quoniam iure solum cogitur voce, & ore (& non tantum mente, & animo) precari, & orare. Ac proinde, si re vera, linguā moueat, & labia, voce orat non mente dumtaxat. Ita *Azor. lib*. 10. *c*. 11. *quæsito* 4. quæ sententia animabus magis fauet; & ratio est, quia recitatio diuini Officij, sacrificium de fructu labiorum dicitur, non autem aurium. Ita etiam affirmat Graffius *par*. 1. *lib*. 2. *cap*. 52. *num*. 21. & alii. Azor. Graff.

De deuotionis actibus, quibus excitatur infirmus ad Dei amorem, ac vnionem.

PRACTICA II.

EXcitetur super omnia infirmi animus ad deuotionem, ac cum Deo benedicto vnionem, cum hoc, vt gloriam, qua consummata in Cœlo fruetur, hic etiam incipiat inchoatam habere.

Debet propterea ad illū alicuius Sancti, seu Sanctæ sacras reliquias deferre, quas super caput, seu aliam partem corporis, quæ ægritudine premitur, imponat, vel apud ipsum illam deponat ad fugādos

Dęmones, qui illius timore perterriti, fractis viribus, illius Sācti meritis, ac intercessione, non valeāt ad infirmum accedere.

Iuuabit etiam Sanctissimi Crucifixi imaginem infirmo protendere, cuius Sacratissimas plagas, vt osculetur curabit, ac ad illum preces porrigat, eiq; animam suam commendet: ab ipso enim animæ, & corporis salus sperari debet, & cum eo, deuoto colloquio, seu dialogo, cōtritionem peccatorum, Dei amorem, ac in eam spem viuam excitabit.

Sæpè etiam lustrali aqua, lectulum aspergat, ac cubiculum, ad fugandos Dęmones, vt innumeris exemplis accidisse nouimus: quod quidem proprium est huius aquæ benedictæ, inter cæteras eius virtutes, ac vtilitates.

Super brachium eius præterea alligabit vnam ex ijs, quæ, *medaglie*, vulgò dicuntur, in qua, Summi Pontificis benedictio, cum plenaria peccatorum indulgentia in articulo mortis annexa sit, inuocando ore, vel corde nomen Sanctum Iesu, quo inuocato, indulgentiam capiat delictorum.

Post Crucifixi imaginem, ipsum iuuari quam maximè censeo ex alicuius deuotæ imaginis Beatæ Mariæ Virginis aspectu, seu alterius Sancti, qui fuerit infirmo dęuotus; quibus sæpè seipsum commendabit; Sic legimus de venerabili Patre nostro Fundatore Camillo, qui circa postremos suos dies, imaginem quandam fieri fecit, in qua & Christum Crucifixum, ac Patrem, & Spiritum Sanctum pingi curauit: Mariam etiam semper Virginem ad Filij crucifixi dexteram, ad læuam vero Michaelis Archangeli imaginem; erga quos omnes ipse multa deuotione

tione erat affectus; proximus verò morti, semotis arbitris, sæpissimè deuoto colloquio cum his Sãctis vtebatur, magna sui animi consolatione, ac vtilitate; quibus imaginibus deosculatis, maxima erga Deum deuotione ardebat, quam quidem sereno quo erat aspectu, quam maximè omnibus demonstrabat, omnes autem in Domino ædificabat.

Quam vtile sit, vt infirmus protestationes faciat.

PRACTICA III.

TAntam vim, efficaciamquè protestationes habent, quas infirmi enunciare solent, vt censeatur infirmus, illis peractis, in eadem voluntate esse, ac persistere vsque ad exitum animæ, nisi illam determinatè mutauerit, quod quidem magnum affert emolumentum, vt scilicet ad finem vsque vitæ, virtualiter omnes actus permaneant.

Proderit certè hoc, nam irruentibus tentationibus, poterit ore, seu corde omnia remittere iuxta primas eius determinationes propositas in protestationibus enixè editas corã Sacerdote; hoc enim modo omnia Diaboli tentamenta vincere poterit, omnia namq; in iis protestationibus continentur.

Aliam etiam afferunt vtilitatem; nam meritum quod acquisiuit infirmus ex actibus virtutum, quos fecit inter protestationes ipsas, perdurare censetur, etiam si sensibus destituatur, ac ex accidenti aliquo, animo deficiat; si enim protestatus fuerit v. g. pati velle omne malum, vt similis fiat Christo Iesu, qui

tanta pro nobis passus est, vel vt conformet se diuinæ voluntati, certè meritum, quod ex hac voluntate, & consequenter ex sacra passione acquiret, toti primæ tribuitur voluntati, ac proindè semper durare præsumitur, donec passionis causa extet, licet sensibus sit destitutus, vt diximus.

Cōtritionis præterea actus (cuius necessitas maxima est) in protestatione factus, ac propositum nō peccandi, eodem modo perdurare censetur, ac gratiam conseruare videtur, quam ex eo actu primitus acquisiuit, immò omnes defectus (nō tamen voluntarios) in confessione factos, tollit; gratiores Deo reddit, ideòq; minuit in partem Purgatorii pœnam. Dæmones etiam imbecilles reddit, omnesq; quos parauerat laqueos ad infirmi animam perdendam, confringit.

Sunt hæc emolumenta actus contritionis, quos ideo enumeraui, vt videant omnes quam perutile sit, protestationes ipsas emittere.

Quia verò aliquando infirmus, etiam morti proximus, loquentem Sacerdotem, libenter audit, immò, & ipse loquitur sine tædio aliquo, poterit Sacerdos curare, vt hic talis, protestationes faciat, quæ communes sunt, breuitati autem studeat.

Cum eo autem, qui malè audit, immò nec loqui valet, breuissimis vtetur protestationibus, quas hic statim subnectam vtroque modo.

Modus

Modus protestationum, quas infirmus, dum libenter loquentem audit, facere potest.

PRACTICA IV.

CVm hæ protestationes ei fiant, qui ad mortem accedit, ac propterea sensibus non benè vtitur, placuit illas vulgari sermone adducere, prout verè eodem modo assolent fieri, suntq; huiusmodi.

Fratel mio: voi state per far passaggio da questa all'altra vita, nel qual vi sono molti pericoli, che per ciò gli astuti Demonii vi stanno al passo aspettãdo; Per questo è necessario, che vi armiate con le armi spirituali delle sante proteste, acciò à questo modo di quelli riportiate sicura, e gloriosa vittoria, mediante il diuino aiuto. Dite dunque meco diuotamente.

1. In nome del Padre, e del Figliuolo, e dello Spirito Santo.

Io N. mi protesto in presenza della Santissima Trinità, e della Beata Vergine Maria madre di Dio, e del mio Santo Angelo Custode, e di tutta la Corte del Cielo, e nella presenza di voi Padre spirituale, di voler viuere, e morire sotto il stendardo, & insegna della Santa Croce, e credere fermamẽte tutto quello, che crede, e tiene la Santa Madre Chiesa Cattolica, & Apostolica Romana, e tutto quello, che si contiene nel Credo. E qui dirà il Credo.

2. Qualsiuoglia tentatione, che in quell'vltima hora mi darà il Demonio contra la Santa Fede; io

adesso

adesso per all'hora, la detesto, & abrenuncio, e mi protesto di non volerci dar niuno consentimento, perche intendo di credere, e morire in quella Sãta Fede, nella quale sono morti tanti Santi Martiri, Confessori, & vergini di Christo, che hora in Cielo godono la vision di Dio.

3. Se il Demonio mi tentarà di disperatione, con dire, che i miei peccati sono tali, e tanti, che nõ meritano perdono; io adesso per all'hora mi protesto di non volerci acconsentire; ma spero in Dio, ad ogni modo per la sua misericordia, e per il pretioso sangue di Christo di saluarmi.

4. Se il Demonio mi tentarà di vanagloria; e con dire, che io mi saluarò per li miei meriti, e buone opere fatte, e che Dio è obligato per giustitia darmi il Paradiso; io dico, e protesto questo esser mentita, e biastema grandissima; mà ben confesso meritar mille inferni per li miei peccati, e spero saluarmi per la bõtà, e misericordia di Dio mio Creatore, e per li meriti della passione del suo figliuolo Giesù.

5. Se il Demonio mi tentarà di scrupoli, con dire, che io non hò fatto bene le mie confessioni, e che non hò hauuto dolor de miei peccati, ne proposito fermo d'emendarmi: Adesso mi pẽto di tutti li mancamenti fatti nelle mie confessioni, quali se io conoscessi, che fussero stati fatti malitiosamente, & io me ne ricordasse; me ne confessarei [illegible] cito, e mi doglio non hauer quel perfetto dolore, e contritione de' miei peccati, che dourei hauere, pregãdo il Signore Iddio, che supplischi cõ la sua infinita misericordia, à quello che io hauessi mancato, e

per-

perciò detesto ogni tentatione del Demonio, che sopra ciò mi potesse dare nel tempo della morte mia.

6. Se il Demonio mi tentarà d'impatienza, cō dire, che Iddio mi manda souerchi dolori, ò infermità di quello, che io merito, ò posso sopportare: io dico, che egli mentisce, e mi protesto, che è poco, à quello, che io dourei patire per li miei peccati, e ringratio Iddio, che mi dà occasione di purgarli in questa vita, per darmi poi minor pena di Purgatorio nell'altra.

7. Se mi tentarà d'inuidia, con dire, che io moro presto, ò giouane, e che potria scampar molt'altri anni, e che gli altri restano in vita sani, e gagliardi; io mi protesto, che mi contento di quello, che fà Iddio, qual ringratio, che con tirarmi à se, mi toglie da questo mondo, doue non si fà altro, che peccati, & offese à Sua Diuina Maestà, & è pur meglio andar giouane in Paradiso, che vecchio all'Inferno; e di quelli, che restano in vita, me ne rallegro: atteso haurò chi pregarà per me dopò la mia morte.

8. Se mi tentarà intorno al lasciar la robba, i figli, la moglie, ò li parenti; io di questo non voglio altro, che quello vuole, e piace à Dio; E sicome viuendo io, egli hà tenuto cura di quelli, tanto maggiormente ne haurà, mentre restaranno orfani, e soli, e questa ferma speranza hò in Dio. E s'io lascio la robba tēporale, e corrottibile, spero d'andar à posseder li beni celesti, & eterni, con la gratia, e misericordia di Dio, non per miei meriti.

9. Finalmente dono tutto me stesso, e l'anima insieme à Giesù mio Creatore, e Redentore, à Ma-

ria Vergine madre di Dio, Auuocata mia, & al mio Santo Angelo Custode, e guardiano, qual supplico, e priego, discacci da me tutte le tentationi del Demonio, e mi dia il suo aiuto, e forza per poterne riportar gloriosa vittoria, acciò l'anima mia vada à quel fine, per il quale da Dio è stata creata, cioè, à godere la sua diuina essenza nella celeste Patria. Amen.

10. Et voi Padre, che state in luogo dell'Altissimo, riceuete questa mia vltima volontà, intentione, e protestationi: ond'io per suggello, e confirmatione di quanto hò detto, e protestato, bacio li santissimi piedi di questo Giesù Christo crocifisso, e morto per mio amore, e per mia salute.

E con questa speranza mi poserò in pace con il Profeta, dicendo: *In pace in idipsum, dormiam, & requiescam: Quoniam tu Domine singulariter in spe constituisti me.*

Breuiores protestationes pro ijs infirmis, qui nec loqui multum, nec audire loquentem valent.

PRACTICA V.

FRatel mio, non vi protestate di voler credere fermamente tutto quello, che crede, e tiene la Santa Madre Chiesa Cattolica, & Apostolica Romana, e tutto quello, che si contiene nel Credo? Padre sì.

2. Non vi pentite d'hauer offeso Iddio con tanti peccati, & vi dolete, non hauer quella perfetta

con-

cõtritione, che si deue per piacere à Dio? Padre sì,

3. Non sperate di saluarui per li meriti della Santissima passione di Christo, e non per i vostri? Padre sì.

4. Non vi protestate di non voler acconsentire à qualsiuoglia tentatione del Demonio, che vi suggerisse nel ponto della vostra morte? Padre sì.

5. Non date l'anima vostra nelle mani di Giesù Christo figliuol di Dio, nostro Signore, e Redentore? Padre sì.

6. Non raccomandate l'ânima vostra à Maria Vergine madre di Dio, & all'Angelo vostro Custode? Padre sì.

7. Horsù in segno di ciò, dite; Giesù, e Maria, e baciate diuotamẽte i sãtissimi piedi di questo Christo Crocifisso per vostro amore. Et il Signor, vi benedichi: In Nomine Patris, † & Filij, † & Spiritus Sancti † Amen.

Solent aliqui (adhuc benè valentes) scribere protestationes; aut illas typis demandatas (quæ ad formam spiritualis testamenti circumferuntur) sumere, ac manu propria subscriptas assiduè apud se retinere. Cum verò infirmantur, illas sæpè legunt, siue audiunt, vt propositũ in illis iam per actum, magis, ac magis renouetur, ac confirmetur ad mortem vsque. Quod quantum animabus prosit, facilè dici non potest.

Quapropter, cùm protestatio nihil aliud sonet, quàm, animi nostri declaratio, causa alicuius iuris acquirendi, vel conseruandi, vel damni depellendi facta, manifestè sequitur, quòd qui in morte protestãtur (vt dictum est) nil aliud deliberatè intẽdunt,

quàm ius acquirere, seu persistere in illa bona eorũ erga Deum voluntate, in qua cum compotes essent mentis, existebãt: nec non contraria depellere, scilicet tesis, insidijsquè tartareis, nolle assentiri. Et sicut per spirituales has protestationes animi vires ægroti corroborantur; ita tenebrarum Principis cum satellitibus suis insidiæ, sulfureæq; insufflationes euanescunt: Vnde D. Augustinus de singularitate Clericorum, inquit: *Tandiù Diabolus cessat sæuitiæ sua tela supponere; donec sicut peritus venator, quòd occisurus, laquei vinculis alliget*; Qui laquei, ac vincula, Protestationibus frangũtur; & sic protestãtis animæ cęli aditus facilè panditur, ac reseratur.

Vltra has protestationes, volui hic addere aliquas Practicas per modum colloquij ex varijs Sacræ Scripturæ, & Doctorum sententijs collectas, vt valeat infirmus ex illis dolorem peccatorum, Fidem viuam, Spem firmam, ac verum erga Deum amorem, acquirere: Poterit autem ex ijs, illos versiculos eligere, ex quibus nouerit maiori deuotione affici.

Vti etiam illis poterit Sacerdos ipse, vt possit infirmum ipsum morti proximum iuuare, vt actus deuotionis in eo, ac circumstantium cordibus moueantur.

De actibus contritionis. Soliloquium.

PRACTICA VI.

P*Roijce Domine post tergum tuum omnia peccata mea.*

Ne proijcias me à facie tua, et gratiam tuam ne aufe-ras à me.

Signor mio, alli vostri santissimi piedi, come la Madalena mi butto, e da q̃lli nõ mi partirò giàmai, fin tanto, che non direte anche à me, *Remittuntur peccata tua*; Sì che da quei amorosi piedi, per me piagati, aspetto ogni mia salute, *Sana Domine, sana animam meam, quia peccaui tibi.*

Delicta iuuentutis meę, senectutis meæ, ignorantias meas, & malitias meas, nè memineris Domine.

Sono il peggior huomo del mondo: non si troua, chi con hauer riceuuto tãti beneficij, habbi fatto tanti peccati com' io.

Vbi me abscondam à vultu iræ tuæ?

Vbi fugiam miser, nisi ad te Deus meus?

Ah Signore quanto è maggior la mia miseria, tãto più degnateui di mostrar in me la vostra misericordia, e pietà, che certo sarà delle maggiori, che habbiate mai ad altri peccatori fatto.

Nihil dignum in conspectu tuo egi, ideo deprecor maiestatem tuam, vt tu Deus deleas iniquitatem meam.

Peccaui super numerum arenæ maris; non sum dignus videre altitudinem Cœli, quia irritaui iram tuam, & malum coram te feci.

Dio mio hò peccato contro la vostra bontà, che meritaua esser infinitamente amata, e me ne dispiace sopra ogni cosa, non per timore dell'Inferno, nè per interesse del Paradiso; ma solo per hauer offeso la vostra bontà infinita; amabile sopra ogn'altra cosa creata.

Per non hauerui offeso, pigliarei qualsiuoglia male senza eccettuarne alcuno, e sono risolutissimo

s'io viuessi mill'anni, di patir qualsiuoglia tormẽto, più tosto che volontariamente mai più offenderui.

Pœnitet me peccasse, cupio emendare quod feci.

Non vorrei per altro la vita, se non per fare vna perpetua penitenza de' miei peccati; mà ad ogni modo son pronto à far quanto à voi piace, *Pater fiat voluntas tua.*

Vi offerisco Signore questi pochi dolori dell'infermità mia, in penitenza de' miei peccati. Et hauẽdo io tante volte meritato l'inferno, vorrei che questi dolori fussero molto maggiori per sodisfare alla vostra giustitia.

Hic vre, hic seca, modo in æternum parcas.

Desidero di patir più, & vorrei io stesso esser carnefice, e manigoldo di me medesimo per vendicare l'offese, che à voi hò fatto, ò Signor mio.

Deprecor Maiestatem tuã, vt tu Deus deleas iniquitatem meam.

Odio questa mia carnaccia, & vorrei che patisse ogni dolore, hauendo io tante volte per quella offeso la Maestà vostra.

Vorrei, che le mie mani, e li miei piedi non hauessero hauuto mai moto, quando si moueuano per offenderui, anzi vorrei, che mi fussero stati troncati in mille pezzi.

Beati immaculati in via, qui ambulant in lege tua.

Vorrei più tosto non esser nato, & esser stato per sempre nel mio niente, più tosto che hauerui offeso pur vna volta; E percio, *Gemitus meus à te non est absconditus.*

Peccaui, quid faciam tibi, ò custos hominum?

Del passato, quel ch'è fatto, è fatto, non vi è altro

ri-

rimedio, che dolore, lacrime, e pētimento, *Ne proÿcias me à facie tua*, però ricorro alla vostra misericordia, & in ricōpensa del perso, gli offerisco il tempo di vita, che mi resta, vnito con la vostra passione.

Firmabo super te oculos meos.

V'offerisco in penitenza la morte mia, accettandola volentieri per sodisfatione de' miei peccati, in quell'hora, e punto, che Dio vorrà, vnendola con la morte del figliuol di Dio; offerendo ancora tutto quello, che patisco, e patirò, insieme con li dolori di Christo.

Siue bonus, siue malus semper tuus sum.

Ergo ne derelinquas me Domine Deus meus, ne discesseris à me.

Affogo tutti i miei peccati in quel mare di sangue con desiderio di hauer tutto quel dolore, e cōtritione, che hebbero mai tutti i Santi insieme.

Parce mihi Domine, nihil enim sunt dies mei.

Non intres in iudicium cum seruo tuo Domine.

Pater, peccaui in Cœlum, & coram te. Io sono vn' altro figliuol prodigo. *Nō sū dignus vocari filius tuus.*

Propitius esto mihi peccatori.

Domine non secundum peccata nostra facias nobis, neque secundum iniquitates nostras retribuas nobis.

Non merito Signor mio, ne anche d'alzar gl' occhi in Cielo.

Vide humilitatem meam, & laborem meum, & dimitte vniuersa delicta mea.

Tibi soli, tibi soli peccaui, & malum coram te feci.

Auerte faciem tuam à peccatis meis, et omnes iniquitates meas dele. Non mirate Signore i miei peccati, mà la vostra misericordia.

Prop-

Propter nomen tuum Domine propitiaberis peccato meo, multum est enim.

Cito anticipent nos misericordiæ tuę, quia pauperes facti sumus nimis.

Signore, niuno mi puol' quello aiuto dare, ne farmi quella gratia, che mi potete far voi; però stò piãgendo à vostri piedi, e del continuo grido, *Deus propitius esto mihi peccatori.*

Sacrificium Deo spiritus contribulatus cor contritũ, & humiliatum, nè despicias.

Perdono chieggio Signore de' miei peccati, & io anche di tutto cuore perdono à chi m'hauesse offeso; così anche dimando perdono a chi io hauessi oltraggiato, e sarei prõto à buttarmi à suoi piedi, e dargli ogni sodisfattione possibile, e per l'obligo mio, e per far cosa grata al mio Dio, e Creatore, *Qui solem suum oriri facit super bonos, & malos.*

Parce Domine, parce seruo tuo, quem pretioso sanguine redemisti.

De actibus Fidei. Soliloquium.

PRACTICA VII.

F*Ides tua te saluum faciet, & fiat tibi sicut credidisti.* Queste Signor mio sono promesse fatteci con la vostra santissima bocca; dunque mentre io fermamente credo, che voi siate il mio Saluatore, che moristi in Croce per saluarci, son sicuro, che mi osseruarete la vostrá parola, e mi saluarete, e potro dire, *Fiat mihi sicut credidi.*

Vi rendo infinite gratie, poiche questa Fede l'hò da voi riceuuta nel Santo Battesimo, e che m'hauete fatto viuere nella vostra santa Fede, e mi fate morire in quella.

Mi protesto in presenza della Beata Vergine, e di tutta la Corte del Cielo, che intẽdo di morire nella santissima Fede Cattolica della Santa Romana Chiesa, e rinuntio ad ogni cosa, che il Demonio mi suggerisse in contrario.

Tengo fermamente per vero (Dio mio) quanto voi ci hauete riuelato nella Sacra Scrittura.

Credo fermamente tutti gli articoli della Fede, e son pronto à morire, e dar il sangue, e la vita propria per la verità della Fede Christiana.

Credo quidquid dixit Dei filius: nihil hoc verbo veritatis verius.

Credo Sanctam Ecclesiam Catholicam.

Credo, quod Redemptor meus viuit, & in nouissimo die de terra surrecturus sum; Et rursus circundabor pelle mea; Et in carne mea videbo Deum saluatorem meum.

Credo Domine, adiuua incrudelitatem meam.

Adauge nobis Fidem, quia sine te nihil possumus.

De actibus Spei. Soliloquium.

PRACTICA VIII.

S*Perate in Deo omnis congregatio populi, effundite coram illo corda vestra.*

Per ragione dobbiamo sperare in questo Dio d'immensa bontà, e misericordia.

Nihil dignum in conspectu tuo egi; E conosco di meritar mille inferni; mà pure hò speranza grande

di

di saluarmi, perche, *Maior est misericordia tua, quam iniquitas mea.* La vostra misericordia eccede tutti li peccati del mondo.

Plus potes dimittere, quam ego committere.

Plus potes parcere, quam ego miserrimus peccator peccare.

Se vna gocciola del sangue di Christo bastaua à saluar mille mondi; Che cosa non deuo sperar io, hauendone voi sparso tanto per me?

Apud Dominum misericordia, & copiosa apud eum redemptio, & ipse redimet Israel ex omnibus iniquitatibus eius.

Non in arcu meo sperabo, neque gladius meus saluabit me, sed dextera tua, brachium tuum, & illuminatio vultus tui.

Dio mio, quanto è maggior la mia miseria, tanto più dò materia alla vostra misericordia di vsarla meco, che sol voi saluar mi potete.

Deus meus misericordia mea.

Quoniam tu es Domine spes mea.

In te Domine speraui, non confundar in æternum.

Io non porto opera buona, che vaglia, *Nihil dignum in conspectu tuo egi*. Comparisco affatto nudo innanzi al vostro cospetto, confidando solo nella vostra misericordia. *Ideo deprecor, vt deleas iniquitatem meam.*

Io non merito il Paradiso, mà lo merita Christo per me; però offerisco per me tutte l'opere di Christo, che sono di valore infinito, e tutto quello, che si è degnato di patir per me. *Pro nobis dedit Filiũ suum.*

Le spine di Christo sono le mie, & io le offerisco per tutti i peccati, che hò fatto con li pensieri.

Le battiture di Christo, per sua gratia, sono tutte mie, & io le offerisco per tutti i peccati della sensualità.

L'humiltà di Christo, e tutte l'ingiurie, & affronti, che hà patito per me, li offerisco per sodisfattione della mia ambitione, e superbia.

Offerisco per tutti i miei peccati, tutti i dolori, le piaghe, la Croce, e la morte di Christo, e per questo chiedo di giustitia la vita eterna, & il Paradiso, non già per i miei meriti, *Sed quia lauit nos in sanguine suo.*

Vi priego Christo mio, ch'applichiate per me vna sola gocciola del vostro sãgue sparso, e cõ quella, *Asperges me, & mundabor*: Et ancor che io sia lordissimo per i peccati, *Lauabis me, & super niuem dealbabor.*

Sõmergete tutti i miei peccati nel mar rosso del vostro sangue, *Et proÿce post tergum tuum omnia peccata mea.*

Qui proprio filio suo non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illum: Quomodo non etiam cum illo omnia nobis donauit.

Deus est, qui iustificat, quis est, qui condemnet?

Dominus Iesus, qui mortuus est, immò qui resurrexit, qui est ad dexteram Dei, qui etiam interpellat pro nobis.

Aduocatum habemus apud Patrem Christum iustum, quoniam ipse est propitiatio pro peccatis nostris.

Adeamus cum fiducia ad Thronum gratiæ eius, vt misericordiam consequamur.

In te eripiar à tentatione: & in Deo meo trãsgrediar murum. Vincerò col tuo fauore l'inimici infernali, Signor mio.

Dominus illuminatio mea, & salus mea, quem time-

bo? Si consistant aduersum me castra, non timebit cor meum, quoniam tu mecum es.

Si ambulauero in medio vmbra mortis, non timebo mala, quoniam tu es adiutor meus.

Quare tristis es anima mea, & quare conturbas me? Spera in Deo, *quoniam adhuc confitebor illi, salutare vultus mei, &* Deus *meus.*

Credo videre bona Domini *in terra viuentium.*

Ma tra tanto, anima mia, *Expecta* Dominum, *viriliter age, & confortetur cor tuũ, & sustinue* Dominũ.

Quam dilecta tabernacula tua Domine virtutum, concupiscit, & deficit anima mea in atria Domini.

Non mi curo di consolatione alcuna in questa vita, mà tutta la mia speranza è nell'altra eterna. *Tunc satiabor, cum apparuerit gloria tua.*

Ad perennis vitę fontem,
Mens sitiuit arida:
Claustra carnis præsto frangi,
Clausa quærit anima;
Gliscit, ambit, eluctatur. Exul frui Patria.

Io spero di peruenire à quella patria, per la quale m'hauete creato, Signor mio.

S.Cypr. de mortal. in fin.

Patriam nostram Paradisum computamus, Parentes, Patriarchas habere iam cæpimus: Quid nõ properamus, & currimus, vt patriam nostram videre, & parentes salutare possimus? Magnus illic nos charorum numerus expectat: ideò cum his cito esse optemus, vt citò ad Christum venire contingat.

Io ne sono indegnissimo, mà pure, *Reposita est hac spes mea in sinu meo.*

Etiam si me occiderit, sperabo in eum.

Io son pronto, Dio mio, à darui ogni sodisfatio-

ne,

ne, per quanto potrò in questo tempo, che mi resta, per i miei peccati, e di ciò voi (Signor mio) me ne darete la forza, & il potere.

S'io mi ricordassi di cosa alcuna, sarei pronto à confessarmene mille volte, etiandio in presenza di tutt'il mondo.

Sete tanto sitibondo della salute mia, che per me dicesti sù la Croce, *Sitio, scilicet salutem animarum*, trà le quali ero ancor'io.

Auanti che l'huomo si confessa, col pentirsi già l'hauete perdonato, *Dixi confitebor, & tu remisisti impietatem peccati mei.*

Oh felice me, s'io conoscessi vna scintilla della vostra carità, e misericordia verso di me, e quanto desiderate la mia salute, molto più che io stesso nõ la desidero.

Quanti col braccio vostro misericordioso hauete tratti dalla bocca dell'inferno, che stauano per dannarsi? *Fecisti potentiam in brachio tuo: Per viscera misericordiæ tuæ.*

Sò bene Signore, che reuelasti à Santa Brigida, che se fusse stato bisogno, saresti morto tante volte, quante sono le anime, che stanno per dannarsi, solo per desiderio di saluarle. *Propter nostram salutem descendisti de Cœlis.*

Hor che dunque non si deue sperare da vn sì tãto grande amore?

Dunque quando verrà quel giorno, che, *Rursum circundabor pelle mea, & in carne mea videbo Saluatorem meum?*

Io ciò non merito, mà pur lo spero, *Reposita est hæc spes mea in sinu meo.*

De actibus diuini amoris. Soliloquium.

PRACTICA IX.

HAurietis aquas *in gaudio de fontibus Saluatoris.* E chi non t'amasse Signore, qual sete il Sõmo nostro bene?

O mio cuore, che tanto tempo sei stato otioso senza amar Iddio, essendo che Dio non t'hà creato per altro, che per amar lui?

Diligam te Domine fortitudo mea: Dominus firmamentum meum, & refugium meum, & liberator meus.

Vi lodo, & vi ringratio Signore con tutte le viscere dell'anima mia per tãte gratie, che mi hauete fatto nella mia vita, & vorrei hauer mille bocche, e mille lingue per lodarui, e benedirui per sempre.

Benedic anima mea Domino, & omnia, quæ intra me sunt nomini sancto eius.

Benedic anima mea Domino, & noli obliuisci omnes retributiones eius.

Vorrei, che tutti gl'Angeli, e Santi del Cielo, e tutte le creature m'aiutassero à lodarui, e benedirui.

Benedicite omnia opera Domini Domino, laudate, & super exaltate eum in secula.

O Bontà infinita, degna d'esser infinitamente amata, quãto tardi t'hò conosciuta, *Sero te cognoui, sero te amaui, pulchritudo tam antiqua.*

Oh s'io potessi dar mille vite per amor vostro, quanto volentieri lo farei.

Dalle vostre mani, Signore, mi è dolcissima la

morte, e qualsiuoglia altro castigo, che mi darete: *Et hæc mihi erit consolatio, vt affligens me dolore non parcas.*

Deus meus, Amor meus, Deus meus, & omnia.

Amo te plusquam me, nec me, nisi propter te.

Dio mio io v'amo sopra ogni cosa, e lasciarei qualsiuoglia altro bene, e pigliarei qualsiuoglia pena per vostro amore, se così à voi fusse di gusto.

Rimetto alle vostre mani la morte, e la vita, e tutto lo stato mio temporale, & eterno, e non voglio, nè cerco altro, se non che, *Fiat voluntas tua, sicut in Cœlo, ita & in terra cordis mei.*

Eccomi apparecchiato à riceuere dalle vostre mani qualsiuoglia castigo, *Paratū cor meū Deus, Paratum cor meum.*

Se le fiamme dell'inferno fussero fiamme d'amor di Dio, non mi curarei della pena, e mi gettarei in quelle da me stesso s'hauessi ad ardere dell'amor tuo, Signor mio.

Desidero vscir presto da questa valle di lagrime, oue non si fà altro, che peccare, & offendere Iddio; e spero d'andar presto in luogo, doue non l'habbia d'offender mai più.

Cupio dissolui, & esse cum Christo.

Quemadmodum desiderat ceruus ad fontes aquarū, ita desiderat anima mea ad te Deus.

Quando veniam, & apparebo ante faciem Dei?

Quando vedrò Dio mio la vostra bellissima faccia?

Ostende mihi faciem tuam, & saluus ero.

Quando mi satiarò di lodarui, & amarui per sẽpre?

Iesu nostra Redemptio,

Amor, & desiderium.

Quid mihi est in Cœlo, & à te quid volui super terrã? Deus cordis mei, & pars mea Deus in æternum.

Quam bonus Israel Deus his, qui recto sunt corde.

Mà mi par, Dio mio, che sei anco buono, *His qui prauo sunt corde.* Mà contriti, perche, *Cor contritum non despicies.*

Amor Iesu dulcissimè.

Quàm felix est, quem satias.

Ami chi vuole ogn' altra cosa di questo mondo, ch' io amarò solo te Dio mio sopra ogni cosa.

Mihi autem adhærere Deo bonum est, & ponere in Domino Deo meo spem meam.

Trãsfige dulcissime Iesu cor meum iaculo amoris tui.

Nascondete quest' anima mia dentro le vostre piaghe: Degnateui di pormi dentro del vostro costato, e fate che dentro quella fornace io brugi del vostro amore.

Ignitum eloquium tuum, & seruus tuus dilexit illud.

De alijs eiaculatorijs, ac deuotis actibus pro infirmi agone.

PRACTICA X.

Tantam vim habent hæc spiritualia colloquia, vt eorum auxilio, anima ipsius infirmi, quàm
Psal. 118. sæpissimè saluetur: Lucerna enim ipsius pedibus est
Psal. 90. verbum Domini, nè offendat ad lapidem suum; Tutissimum namque ei conferunt auxilium, & qui in tenebris ambulat, cum nesciat, an odio, vel amore dignus sit; & vtrum lignum ad Aquilonem cadat,

vel ad Austrum. Irrunt quippè in eum Dæmones, vt Leones rugientes, quærentes quem deuorent, sunt ergo hæ orationes eiaculatoriæ, ac deuotionis actus, lucerna semitis eius, nè in latrones incidant, qui eum despolient.

Notandum tamen puto, non deserendum esse infirmum; nec tacere Sacerdotem debere, etiam si infirmus videatur non audire; hoc namque euenire solet in eis, qui febre maligna, aut frænetica laborãt, immò, & in eis, qui capitis vulnus, vel veternum (quod lethargum dicitur) patiuntur. Hos enim nũquam deserendos censeo, immò semper eis spirituales cibos ministrandos: Nam non raro audiunt, etsi contrarium nobis videatur.

Præterea verò credendum; Dominum nostrum ei sensum auditus ad finem vitæ permittere, vel nè illum omninò perdat, vt faciliori via saluari possint ij, quos proprio sanguine redemit, cum idem ipse sit Dominus, qui surdos fecit audire, quamuis in vita tali sensu priuati fuissent.

Hoc autem etiam naturaliter euenire posse aliquando non dubitamus: Cum enim meatus illi, qui aeris percussione vocem ipsam recipiebãt, per crassitudinem humorum erant impediti: Postea verò eorundem humorum cessatione, per corporis exinanitionem euacuantur, & sic iterum vocem articulatam suscipiunt, & audiunt: Quod quidem licet nobis notum, ac patens non sit, immò contrarium aliquando credamus, tamen à spiritualibus verbis cessare nequaquam debemus.

Debet ergo Sacerdos, sæpè infirmum alloqui (vt diximus) de rebus spiritualibus dato etiam, quòd

infirmus penitus non audiat; hoc enim circumstancium ædificationi, ac sui ipsius vtilitati, excitationiquè inseruiet: Immò, & Dæmones ipsos, fractis viribus fugabit, ac faciliori via anima infirmi, Cœlorum viam gradietur.

Poterit igitur sequentibus, vel similibus Iaculatorijs verbis vti; quæ vulgari lingua similiter apposuimus, vt possint etiam seculares illis vti, qui (vt assolet) infirmo morti proximo præsto sunt.

Fratel mio, Ecco quì Christo nostro Redentore; Vedi come stà con le braccia aperte per riceuere l'anima tua.

Non odi che dice: *Venite ad me omnes, qui laboratis*, nelli affanni della morte: *Et onerati estis*, della moltitudine de peccati: *Et ego reficiam vos*, col perdono, & con la gratia mia.

Benche tu sij quel figliuol prodigo, che hai dissipata la sostanza paterna delle gratie riceuute, ad ogni modo ti hà perdonato, ti hà riceuuto nella sua gratia; & viene all' incontro per abbracciarti, *Quia perieras, & inuenit te*.

Dimandategli perdono dell' offese fatte, & ditegli con tutt'il cuore: *Pater peccaui in Cœlum, & coram te: iam non sum dignus vocari filius tuus, fac me sicut vnum de mercenarijs tuis*. Et così sarai sicuro, che t'introdurrà nella sua casa del celeste Regno.

Carissimo mio: Due cose ti bisogna fare per saluarti; cioè, hauer dolore de peccati tuoi, & speranza ferma, che Dio t' habbia à perdonare; però dirai cō Dauid: *Miserere mei Deus secundùm magnam misericordiam tuam*. Et anche. *In te Domine speraui, non cōfundar in æternum*.

Fra-

Fratel mio, state cõstante nella santa Fede Cattolica Romana: credete fermamente tutto quello, che crede la Santa Madre Chiesa, & à qualsiuoglia tẽtatione del Demonio non date altra risposta, che inuocare il santissimo nome di Giesù, e di Maria.

Ricorrete con fiducia alla Regina degli Angeli, Auuocata de peccatori, confidate in lei, che vi proteggerà, & vi darà aiuto in questo passo; dite diuotamente, *Maria Mater gratiæ, Mater misericordiæ, Tu me ab hoste protege, & in hac hora mortis suscipe animam meam.*

Signor mio, non mirate alli demeriti di questa vostra creatura; perdonategli le sue colpe; perche humilmente vi domanda perdono, & noi per lei ve ne supplichiamo: mà guardate à quell'abbondãtissimo sangue, che per lei hauete sparso in Croce.

Recordare Iesu pie, quod sum causa tuæ viæ, ne me perdas illa die.

Ricordateui Signore, che non per altro siete venuto à patir tanto nel mondo, che per saluar l'anime nostre; dunque adesso, che vi si porge occasione di saluare quest'anima, non l'abbandonate; mà riceuetela nella vostra gratia.

Quærens me sedisti lassus, Redemisti crucem passus, tantus labor non sit cassus. Non sia in vano spesa tanta fatica per me; mà fatemi Signor partecipe di vna sola goccioIa del vostro sangue, acciò l'anima mia si salui.

Signore io mi pento d'hauerui offeso, *Quid faciã tibi, ò custos hominum?* Non debbo sconfidarmi, mà spero in voi.

E ben' che io non meriti la vostra gratia, e la sa-

lute, ad ogni modo la spero dalla vostra pietosa mano, almeno per far dispetto al Demonio, qual non vorrebbe, che voi mi perdonassi, *Dele iniquitatem meam, amplius laua me Domine.*

Fate Signor mio, ch'io senta quella dolce parola, che sentì la Madalene, *Remittuntur peccata tua, vade in pace,* ò anima da me creata, ti hò perdonato tutti i tuoi peccati, vattene in pace alla santa gloria del Paradiso.

Illumina oculos meos, nè vnquam obdormiam in morte, nè quando dicat inimicus meus, præualui aduersus eum. Non permettete Signor mio, che il mio, & vostro nemico habbia parte alcuna sopra di me vostra creatura, che pentita à voi ricorre, & in voi spera perdono, e salute.

Fate Signor mio, che l'orecchie mie sẽtano quella vostra dolce voce, con la quale chiamate al Cielo l'anima, con dire, *Veni electa mea, veni formosa mea, veni, & coronaberis*, Tutto però per gratia vostra, *Sonet vox tua in auribus meis*; Mà voce di carità, voce di pace, voce di perdono, voce di misericordia.

Ne proijcias me à facie tua; Perche, *Manus tua fecerunt me ad imaginem, & similitudinem tuam.*

M'hauete fatto con le vostre mani, m'hauete creato ad immagine, & similitudine vostra; m'hauete dato il lume della vera Fede; mi darete anche la salute.

Vbi me abscondam à vultu iræ tuæ, quia peccaui? Dentro al vostro costato mi nasconderò, & iui sarò sicuro dalli miei nemici infernali.

Se tardi m'accorsi del mio errore, nõ son già tar-

di-

di à riceuer' il perdono, ne tardi ſete voi Signore à farmi miſericordia; perche mi hauete promeſſo, che, *In quacunque hora peccator ingemuerit, iniquitatum eorum non recordabor amplius.*

Se non ſono il primo con gli Apoſtoli, mi contentarò d'eſſer l'vltimo col buon Ladrone, che all'vltimo dimandandoui perdono, gli diceſti quelle dolci parole, *Hodie mecum eris in Paradiſo*, Degnateui Signor mio di ponermi nel numero, e per cõpagno di queſto felice Ladrone, accioche io ſenta la paterna voſtra voce, che mi dia il Cielo per gratia, già che non lo merito per giuſtitia.

Prometteſti Signore, & vi ſete obligato di parola diuina, che ogni volta che domandaremo, riceueremo; quando cercaremo, ritrouaremo; quãdo picchiaremo, ci ſarebbe aperto, *Petite, & accipietis; quærite, & inuenietis; pulſate, & aperietur vobis.*

Hora vi dimando il perdono de' miei peccati, Cerco la gratia, & amicitia voſtra, & picchio alla porta del Cielo, acciò mi ſi dia l'ingreſſo; E fermamente ſpero nelle voſtre promeſſe, *Memento verbi tui, ſeruo tuo, in quo mihi ſpem dediſti.*

Se il Medico dà la medicina corporale, ne pretende, e ſpera la ſanità dell'infermo: Et voi Signore, che mi hauete dato tempo di riceuer tãti Sacramenti, che ſono medicine ſpirituali, nõ ne deuo ſperare la ſalute certa dell'anima mia?

Memor eſto verbi tui ſeruo tuo, in quo mihi ſpem dediſti.

Io confeſſo tutti gli articoli della Santa Fede cõtenuti nel Credo, e dechiarati da Sacri Concilij, perche, *Corde creditur ad iuſtitiam, confeſſio ore autem*

fit ad salutem, però, *Credo in Deum Patrem omnipotentem, Credo in Iesum Christum, &c.*

Educ de custodia animam meam, me expectant iusti.

Signore libera l'anima mia dal carcere di questo corpo, acciò nel fiorito campo del Paradiso vi possi lodare in eterno, doue li Santi, e spiriti beati m'aspettano per benedirui in eterno. Giesù, Maria, salua quest' anima mia.

Dimēticateui, fratel mio, di queste cose del mōdo, aspirate à quelle del Cielo, e dite, *Cupio dissolui, & esse cum Christo.*

Iesu esto mihi Iesus. Giesù, vuol dir Saluatore, dūque Giesù mio, sij à me Giesu, cioè salua l'anima mia, *Quam pretioso sanguine redemisti.*

Niuna scala fà salire al Cielo più facilmente, se non quella del patire, però fratel mio habbiate patienza in questo vostro male: prendete questa morte per penitenza de' vostri peccati, & al sicuro vi sarà vna scala di Giacob, per la quale gli Angioli scēderanno per riceuer l'anima vostra.

Lætatus sum in his, quæ dicta sunt mihi, in domum Domini ibimus. Questa vita nō è casa nostra, ne habitatione nostra; *Nostra autem cōuersatio in Cœlis est.* Quella quella è la casa nostra, e la patria nostra, iui sono i nostri amici, e parenti, che sono li Santi, e Sāte, iui è la nostra madre Maria Vergine, che vi aspetta. *In te Domine speraui, non confundar in æternum.*

ADDITIO.

RECONCILIATIO. In exitu vitæ à peccatore moribundo cum Deo, ante Crucifixi Imaginem, Confessario præeunte, ipsoquè verba repetẽdo subsequẽte, si solus id nequeat, facienda, suæ saluti spirituali valde expediens, & necessaria.

1. Signore, e Fattor mio misericordiosissimo, eccomi in questo punto cõstituito auanti la Maestà vostra, degno più che d'eterne pene per li miei peccati; mà perche sò, che per vostra infinita misericordia vi placate ad ogni ricorso, che fà à voi il peccatore, mi butto à terra, non potendo con il corpo, almeno con il cuore auanti la vostra presenza; e vi chiedo perdono dì tutte l'offese, che vi hò fatte in qualsiuoglia stato, in che mi son ritrouato in questo mondo; e se tal volta nõ n'hauesse hauuto quel pẽtimento, che si ricercaua, ò per malitia, ò per ignoranza, l'hò adesso con quel maggior sentimẽto, che si possa esplicare.

2. Mi pento anco Signore, che nõ hò corrisposto à quelle sãte inspirationi dell'Angelo mio Custode, con le quali tante volte m'hauete toccato il cuore, che mi fusse alzato dal peccato; & io tanto neghittoso, e trascurato nõ vi hò dato orecchia, mà più presto son stato riuolto à queste cose del mondo senza pensare alla salute dell'anima mia; (e quel ch'è peggio) hauendomi con sì larga misericordia perdonato tãte volte li miei peccati per mezzo del Sacramento della Penitenza, con liberarmi dal pericolo dell'eterna dannatione, io come vna bestia

ſenza ceruello ſono poi ritornato al vomito delle colpe. Ah dolcissimo mio Signore, ve ne dimando perdono.

3. Vi chiedo anco perdono, che hauendo hauute tante opportune commodità d'eſercitarmi in opre degne della vit' eterna, hò laſciato volontariamente di farlo; anzi m'accuſo di non hauer fatta la debita penitenza delli miei peccati, e ſodisfatto alla voſtra giuſtitia, mà conſumato ben sì il tempo della vita mia in coſe vane, & à me molto dannoſe.

4. Vi dimando perdono, che non hò amato il mio proſſimo conforme comãda la voſtra ſanta legge, hauendo laſciato d'impiegarmi quand' hò potuto in ſuo beneficio, & alle volte diſguſtatolo, e dettoli parole ingiurioſe, e fatto coſe in ſuo diſguſto.

5. Vi chiedo perdono di non hauer oſſeruato li voſtri comandamenti, e li precetti della Santa Madre Chieſa, e de' miei Superiori con quella perſeueranza, che ſi doueua, conform' era in obligo di fare, & in queſto d'hauer dato ſcãdalo al mio proſſimo.

6. M'accuſo amaramẽte, che quãdo hò riceuuto i Sãtiſſimi Sacramenti, inſtituiti per ſalute dell'anima mia, e per mio bene, non l'hò riceuuti con quella diſpoſitione, e con quel vero feruore che ſi doueua, mà con ogni freddezza, e cõ laſciar di profittare per mezzo di quelli nella vita Chriſtiana, e d'vn vero voſtro ſeruo.

7. Et à voi altri Santi, che realmente circõdate il cõſpetto del mio Signore, vi dimando perdono, ch' hauendomi tante volte ſcampato con le voſtre preghiere dalli flagelli, che meritauo dalla mano

di

di Dio, sono stato tant' ingrato in non ringratiaruene, & in ritornar di nuouo à cascar nelle colpe.

8. Et à voi circonstanti chiedo perdono delli scandali, che talvolta v'hauesse dato cō la mia mala vita; e se qualche persona si sentisse offesa da me, io li dimando humilmente perdono, e perdono anco di tutto cuore à coloro, da chi io mi sentisse offeso.

9. Ritorno à voi Signor mio, e mi protesto auāti la Maestà vostra, che se in questo stato della mia morte l'infernal nemico mi tentasse di farmi cascare in qualche vostra offesa, & in particolare in qualche atto d'infedeltà, io da hora ritratto il tutto, e dico, ch'il consenso, che tal volta desse, è inuolontario, fatto senza discorso, e senza lume della ragione, e lo dò per casso, e nullo, e chiamo la Santissima Vergine, e l'Angelo mio Custode per miei Auuocati auanti di voi in questo fatto, e priego la Maestà vostra, ch'in questo punto, ò mi togli affatto, ò mi dia perfetto lume nell'intelletto, acciò che nō possa acconsentire alle suggestioni del Diauolo in offesa vostra.

10. V'amo Signor mio cordialmente, e credo fermamente alla vostra santa legge, & à tutto quello, che tiene la Santa Madre Chiesa Cattolica; e spero, che per l'infinita vostra misericordia mi farete parte del Paradiso, conforme lo destiuo à quel si peruerso, mà poi tāto ben auuenturato Ladrone.

11. Son' opra fatta dalle vostre mani per il Paradiso, di questo la supplico, & instātemente la priego, e mi rimetto in questo punto nelle vostre mani, e la mia defensione in poter del suo infinito valore.

12. E priego voi gloriosa Vergine, & inuitta

Si-

Signora, voi Angelo mio Custode; voi Santo del mio nome, e tutti Angeli, e Santi della Corte celestiale à degnarui d'aiutarmi in questo passo, acciò l'infernal nemico non possa nuocere all'anima mia in cosa veruna; affinche possa venir à godere quella gloria, alla quale sempre hò aspirato, e voi così felicemente godete. Amen

POST HAEC Parochus faciat, vt infirmus generaliter de omnibus suis peccatis oblitis, & ob aliquem defectum sibi ignotum non remissis, puta ob inualiditatem alicuius cõfessionis, dolorem eliciat, & de illis in communi se accuset, & absolutionem petat, & illum absoluat, (sub cõditione tamen mente retenta, si scilicet is similibus occultis sit fœdatus culpis) dicatquè ei, quod si in vltimo vitæ, cum nec loqui poterit, nec pœnitentiæ signa dare, Diabolus ei suggerat, & in memoriam reducat aliquod peccatum, cuius oblitus, & non confessus fuerit; vel aliquam suorum peccatorum confessionem inualidã fuisse representet, illi respõdeat, per hanc vltimam generalem confessionem, & absolutionem receptam, virtute Sacramenti Pœnitentiæ talia peccata sibi remissa fuisse, atque adeò, quod meritis passionis Christi, non obstante eius maligna desperationis æternæ gloriæ tentatione, Paradisum sperat.

P. D. Laurentius Cutillus.

De signis, quæ proximam spiritus exhalationem arguunt.

PRACTICA XI.

ET si certam normam in hac materia dare nemo possit, cum adhuc peritos medicos viderim non rarò falli: Aliquando enim morti, ad horam, vel semi, proximus videtur; post diem autem moritur: Et sic è cõuerso multoties vidimus accidisse. Hæc omnia namque improuiso accidẽti, vel casu, catharri fluxione, breui mutantur.

Visum tamen mihi fuit, vtile forè, aliquas regulas generales ex ijs, quas alias obseruaui, hic adducere, è quibus non mediocris cognitio in hac materia eruetur.

Hæc autem volui in fine huius libri subnectere, vt valeant Sacerdotes, qui hæc signa in infirmo agnouerint, illum maiori, ac validiori auxilio iuuare, ac prorsus non deserant: Domestici verò magis curent Sacerdotes vocare, qui infirmo præsto sint in animæ auxilium.

Quia verò etiam secularibus aliquando, necessitatis causa, hoc munus adiuuandi infirmos morti proximos commune est; vel saltem circa corporalia illis administranda; Placuit ergo, hæc communi, ac vulgari lingua explicare, vt omnibus commune sit, quod omnibus commẽdatur.

Primo, si dà per regola infallibile, la perseuerãza, & continua assistenza; mà con prudenza però, assi-

ſtendoui ſi più che ſi puole, quando ſi vedeſſe il pericolo dubioſo: Atteſo, ſe troppo s'aſſicurerà in laſciare il moribondo, à pochi ſe ritrouarà preſente.

Seconda Regola, Deueſi oſſeruare la mutation del polſo, la qualità della reſpiratione, & il color del viſo, quali ſogliono variare ne i quattro tẽpi del giorno naturale; cioè la mattina all'vſcir del Sole, il mezo giorno, la ſera, e la meza notte; Et ſecondo ſarà la mutatione, ſi potrà fare il giuditio.

Terza Regola, Deue oſſeruare i moti della Luna, quale dominando gli elementi inferiori, caggiona anche mutatione alli corpi compoſti: che perciò vi ſono li Lunarij; che queſto inſegnano; & in tali mutationi non ſi deue abbandonar l'infermo, che pochiſſima virtù tiene.

Quarta Regola, Deue hauer mira alla qualità dell'infermità, atteſo in diuerſi morbi, diuerſi ſono i ſegni proſſimi al ſpirare, come appreſſo diremo ne i mali particolari.

Quinta Regola, Nell' infermità di Etticia, ò Hidropiſia, ſi deue auertire, che queſti ordinariamente moiono fauellando, & con retto giuditio; ſempre cercano da bere, e da mangiare, e queſti ſcappano facilmente dalle mani, mà à coſtoro ſi deue auertire la poca virtu del polſo, il ſudor della fronte, il liuor della carne, e delle labbra, la freddezza dell'eſtremità, come mani, orecchie, naſo, e piedi, l'affanno frequente, & il non poter ſputar il catarro; queſti ſono ſegni di ſcampar poche hore, nè deue facilmente laſciarlo.

Seſta Regola. Nella põtura, quando l'affanno creſce per la reſpiratione impedita; ſe hauerà poca

virtù, con liuore alle labbra, e punte delle dita, frà poche hore se ne morirà, ancor fauellando, e mouẽdosi, come hauesse gran virtù; non si lasci, perche corre le poste.

Settima Regola. Se l'infermità è di febre maligna, qual riduce à morte il patiente; se vedrà, che resta di cibarsi, non dorme, ne quieta; haurà affanno di cuore; và facendo sospiri profondi; non vuole altro che bere; dentro bruggia, e per di fuora è freddo: A questo si deue osseruare il mancamento del polso, con l'intermission di quello; la respiratione non libera, mà affannosa; gli occhi inuetrati; E quando starà vicino al morire, restarà di far moto al corpo, e l'affanno, che haueua nel ventre andarà nel petto, poi nella gola, e scamparà meno di due hore; ma poi quel moto passarà al mento, e starà mez'hora, ò vn quarto, e spirerà.

Ottaua Regola. Alle volte queste febri maligne daranno l'vltimo segno di morte, quando gli vien vna repentina basca, che non troua luogo, si vuol leuar da letto, ò se riuolta in quà, & in là, e cõ questi segni, benche vi sia molta virtù, nondimeno il polso è tanto veloce, che, *Nullum violentum durabile*, sì che passata detta inquietudine, dopò vn'hora in circa, si metterà in angonia, e frà poco spatio se ne muore.

Nona Regola. A questi febricitanti, quãdo li verrà vn' occhio gõfio, e li verrà gran sudore in faccia, con affanno nella respiratione, quando il sudore và mancando, verrà vn lamento, qual mentre andarà scemando, l'infermo s'andrà vicinando alla morte; E quando da tanto in tanto và ripigliando il fiato,

starà poco più d'vn'hora,ò due,e spirerà; Nè si deue confidar nel gagliardo polso, perche subito all'improuiso mancherà.

Decima Regola. A questi febricitanti,si è osseruato vn'altra cosa, cioè, che quando hauranno quell'affanno nel respirare,& il polso intermittente,se farà vn moto di vna spalla da tanto in tanto, morirà frà trè,ò quattr'hore in circa. E se quando costoro hauranno finito di far moto col corpo,e sequiterà il continuo affanno, se non faranno motiuo nessuno nelli occhi, nè nel viso quando se li aspergerà con l'acqua benedetta,questo è segno,che han persa la virtù sensitiua,e sono destituti dalla virtù vitale, e frà due hore in circa sogliono morire.

Vndecima Regola. Se muore con il catarro nella gola,benche sia virtù nel polso,ad ogni modo, se non puol sputar il catarro; mentre và mancando quella violenza di catarro,và anco mancando la respiratione, e così da quello viene ad affogarsi, e muore.

Duodecima Regola. Se l'infermo muore di vecchiaia, questo se ne và per declinatione col polso sottilissimo,e tãto ritirato,che appena se ritrouerà; questi quando non mangiano, ne beuono niente, pure dureranno due,e trè giorni; anzi staranno in angonia con moto di gola,e di mento, ò col soffiare con la bocca dieci,ò dodici hore. Et io hò osseruato,che alcuni vecchi,e vecchie,senza polso,sono state 24.hore in angonia, che pareuano voler spirare da hora in hora,però non si deueno lasciare.

Decimaterza Regola. Se l'infermità sarà di ferita in testa,non si fidi nel polso gagliardo, mà attenda

alla

alla viuacità delli occhi, al retto giuditio, & alla respiratione, perche quando hauerà perso i sentimẽti, con gli occhi inuetrati, gli sogliono venir spessi accidenti, & sintomi in modo di mal caduco, quali come sono troppo spessi, presto morirà con vno di detti accidenti, & in vn tratto perde il polso, e spira.

Decimaquarta Regola. Se l'infermo muore di gotta, ò gocciola, che toglie la metà del corpo, fà perder la fauella, & alli pieni di carne dà morte, à questi s'osserua la virtu del polso, e l'affanno della respiratione, e quando ferma il moto del corpo, come và raffreddando, e manca il polso, presto muore.

Decimaquinta Regola. Se l'infermo muore di flusso di sangue, ò per la ferita, ò per rottura di vena, & il sangue seguitasse ad vscir in abondanza, questo morirà senza polso, senza moto, e quietissimo, che appena se ne potranno accorgere, però bisogna stare attento come, e quando manca il polso, quale quando manca, non lo lasci.

Decimasesta Regola. Se l'infermo morisse di male in gola, quale è principiato con febbre, e freddo, e di già la gola è gonfiata, e per dẽtro vi sono piaghe, e per di fuora vi è infiammatione, che và descendendo verso il petto, subito si confessi, & il secondo giorno si communichi, e pigli anche l'Oglio Santo, perche se è giouanetto, al quarto, ò al quinto và à rischio probabilissimo di morire; se sarà di età virile, ò matura, morirà al settimo, ò all'ottauo in circa; benche alcuni pochi di età matura ne scampino; quando però piglia la strada di sopra verso il naso; mà quando và verso il petto, non vi è rimedio. E se bene par, che la gola sia guarita, come in effetto

sarà,

sarà, nondimeno perche hà presa la strada del petto, & và lauorando la malignità per dentro verso il cuore, e ne i polmoni, e per altre parti secrete, però questi tali sempre si sogliono mantener mal sani, & alli 30. ò 40. giorni se ne moiono, & alle volte dopò esser stati licentiati dal Medico, come che guariti fussero, e la notte seguẽte sono morti, & à me è successo più volte; E questi sogliono morire all'improuiso, però non bisogna abbandonarli, ò almeno visitarli spesso nelli quattro tempi sopradetti, come è la mattina, la sera, mezo giorno, e meza notte, che all'hora sogliono calar maggiormente l'influssioni de gli humori, e soffocarli, e principalmente la sera, e la meza notte fauellando con i circonstanti; E per segno vltimo se stia auertito quando à costoro viene souerchia basca, e souerchio affanno, che più dell'ordinario non trouano luogo, frà vn' hora incirca moriranno, & anche per il più, passato l'affanno, e quella basca, spirano.

Decimasettima Regola. Se l'infermo hauerà ferite nella pancia penetranti, quando la respiratione è impedita, & il polso và mancando con inquietudine, presto morirà, e spesso mentre starà parlando; Quando questi si medicano, stia sempre presente, perche spesso auuiene, che quando sono nell'atto di medicarsi, spirano, e ciò occorre à quelli, che sono debilitati di forze, e di poca virtù, per la lũghezza dell'infermità, ò per la quantità del sangue vscito dalla ferita. Auertasi à questi, perche sogliono morir soffocati dalla furia del sangue, qual sarà peggiore se sarà per di dentro, poiche và soffocando le parti vitali, & moiono all'improuiso; Questo auuie-

ne

ne quando la ferita è fresca, e tal flussione di sangue suol esser anche per di fuora.

Decimaottaua Regola. Si deue auertire ad ogni moribondo, di qualsiuoglia infermità, che trè sono li maggiori segni mortali da osseruarsi.

Prima la respiratione affannosa, e questa fà conoscere più principalmente il tempo di spirare.

Il secondo segno, il polso, per la poca, ò assai virtù del quale, si conoscerà se l'infermo morirà presto, ò tardi, *vt plurimum*.

Il terzo segno, sono gli occhi, quali, se l'infermo dormendo non li potrà serrare affatto, è segno, che la virtù và mancando, e quando sono inuetrati, & appannati che non ci vede, è segno di vicina morte, cioè di hore, non di giorni.

Tutte le sudette Regole, benche io le habbia pratticate, & esperimentate nel modo, che hò qui raccontato, e m'hanno giouato assai à far si, che io mi sia ritrouato presente all'vltimo fine del spirare de' moribondi, nondimeno pur ci hò ritrouato tante varietà, che molte volte sono rimasto ingannato, per li varij, e repentini accidenti, e per le diuerse variationi de' mali, e mutationi di virtù, succedute all'improuiso. Sì che nõ hò ritrouato il meglior rimedio à questo, nè la meglior regola, che quando il caso è dubbioso, farci continua assistenza per assicurarsi, che cosi ci esortaua quel Sant' huomo del Padre nostro Camillo, molto zelãte di questa santa opera.

Quando l'infermo spirerà, gli cascherà da vn occhio vna lacrimetta, però non subito s'alzi, mà seguiti à far oratione per altri due, ò trè Miserere, ac-

ciò

ciò si assicuri; atteso dopò l'vltimo respiro, ne suol fare vno, e due altri, in segno che nõ è passato. E perciò potrà dire cõ li circõstanti trè Pater, e trè Aue Maria alla Santissima Trinità, ò alli trè chiodi di Christo Signor nostro, e poi l'oratione, *Tibi Domine*.

Finirò questo capitolo con dar auiso al Padre Sacerdote, cioè, che mai facci giuditio affirmatiuo alli circonstanti, con dire, che il tal giorno, ò alla tal' hora l'infermo morirà: atteso, pone à rischio la sua reputatione, quando succedesse altrimente; però sempre metta la cosa in dubio, ò non dichi nulla.



AD-

ADDITIO.

BREVIS TRACTATVS DE INFIRMIS IN ORDINE AD SEPVLTVRAM.

Ex integro Operi superadditus.

In quo practicabiliores difficultates in hac materia elucidantur.

QVia pro hac Practica etiam facit, vt aliquid De Infirmis In Ordine ad sepulturam dicamus; ideò hanc Tractatiunculã, seu nonnulla dubia, quoad hoc non immeritò addere duximus.

Dubium primum. An seculares inseruientes Monasterijs Regularium, ac continui eorum commensales, ibi inconsultis Parochis sepeliri possint.

Respondeo affirmatiuè, si in Monasterio decesserint, quia sicut ibi possunt inconsultis Parochis Sacramenta accipere, vt in Additione ad Practicã 4. de Sacramentali Confessione, Dub. 22. & in Additione ad Practicam 9. de Extrema Vnctione, Dubio 17. dictum fuit, ita etiam & sepeliri. *Barbos. de potest. Parochi, cap. 20. num. 12. Hieronymus Rodriqu. in Compend. resol. 128. num. 5. cum Portell. & Villalob. Layman. lib. 3. sect. 5. tract. 4. cap. 12. nu. 6.* Barbos. Hieron. Rodriqu. Portel. Villalob. Laym.

Dub. 2. An Parochi possint plus recipere in tu-

mulandis cadaueribus exterorum, quam Ciuium.

Respondeo negatiuè, ex Decisione Sacræ Congregationis Concilij die 27. Maij 1617. apud Aldanum *in Compend. Canonicarum Resolutionum, lib.* 4. *tit.* 17. *num.* 51.

Aldan.

Dub. 3. An pauperum cadauera gratis sepeliri debeant.

Respondeo affirmatiuè, ex Decisione Sacræ Cõgregationis Episcop. in vna Cassanẽsi 5. Maij 1617.

Dub. 4. An Parochi propter ius sepulturæ minimè solutum, vel prætextu cõpositionis quartæ funeralis, cadauer exhumatũ retinere possint; Vel an hoc idem fieri possit ratione debiti in vita contracti.

Respondeo, Ad illa duo prima dubia negatiuè ex Decis. Sacræ Cõgreg. Episcop. & Regul. in vna Cotroniensi 17. Septembris 1617. & in vna Cassanensi 5. Maij 1617. idem etiam tenet Posseuinus de *offic. Curati cap.* 14 *nu.* 3. Soarez Presb. secular. *in Enchiridion, verb. Cœmeterium, vers. sepultura impediri.*

Posseuin. Soar. in Enchirid.

Ad vltimũ verò resp. etiã negatiuè, cũ mors omnia soluat, *auth. de nup. §. deinceps, col.* 4. & consequenter omnis obligatio personalis cesset. *Sà verb. sepultura. n.* 2. *Syluest. eod. verb. n.* 12. *Molfes. in sum. to.* 2. *tract.* 13. *cap.* 8. *num.* 74. Id tamen in vno casu fallit, cum scilicet quis decimas Ecclesiasticas recepit, illasq; minimè restituit, tunc enim ecclesiastica sepultura priuatur. *cap. prohibemus, de decimis, Bonac. de contrac. disp.* 3. *quæst.* 21. *punct.* 2. *num.* 4. *vers. secundo*, clarius quoad hoc vide infra dubio 34. num. 11. vers. *Non restituentes.*

Eman. Sà. Syluest. Molfes.

Bonacina.

Dub. 5. An officium super cadauera tumulanda in Ecclesijs Regularium fieri debeat per ipsosmet

Re-

Regulares, an verò per Parochum, seu alios Presbyteros seculares.

Respondeo, faciendum tantummodò per Regulares non obstante quacũque consuetudine, etiam immemorabili in contrarium, ex Decisione Sacræ Congregationis Rituum in vna Sulmonensi 8. Augusti 1629. Sic etiam fuit decisum ad relationem Eminentiss. & Reuerendiss. Cardin. S. Georgij 5. Iulii 1631. & in vna Andriẽsi 12. Februarii, & 2. Martii 1629. & constat etiam ex multis aliis decisionibus Congregationis apud Barbosã *de officio Parochi, cap. 27. nu.* 82. Sed domi benedicere corpus defuncti, vel per viã dum defertur, facere super eiusdẽ corpus officium, non spectat ad Regulares, nec id ipsi possunt, ex declaratione Sacræ Cõgregationis Episcoporum sub die 28. Octobris 1584. *Gauant. in manu. verb. exequiæ, num.* 21. Barbos. Gauant.

Dub. 6. An in hoc casu, dum defunctus in Ecclesia Regularium sepelitur, possit Parochus ingredi Ecclesiam Regularium cum stola.

Respondeo affirmatiuè, sed vicissim postea in simili casu, Parochus Regularis etiam ipse cum stola Parochiam secularem ingredi potest, ex Decisione Sacræ Congregationis Rituum die vltimo Septẽbris 1628. & in vna Asculana 29. Ianuarii 1629.

Dub. 7. An Parochus teneatur ducere, & prosequi funerale vsque ad Ecclesiam Regularium, si in ea defunctus sepeliri debeat.

Respondeo affirmatiuè, ex Decisione Sacrę Cõgregationis Episcoporum, & Regularium in vna Brixiensi 18. Iunii 1591. & in vna Nicoterensi 5. Iunii 1615. apud Aldanum *dub. 2. citatum, num.* 23. Aldan.

Dub. 8. Ad quem pertineat officium facere super cadauera, si ea in aliqua Ecclesia intra limites Parochiæ ipsius defuncti existenti, tumulari cōtingat.

Respondeo, pertinere ad Parochum, non verò ad Presbyteros seculares, illi Ecclesiæ inseruientes ex Decisione Sacræ Congregationis Rituū in vna Mediolanensi Sancti Celsi 29. Nouembris 1632. Et ad Parochum etiam spectat cantare missas solennes super corpora defunctorum quoad Confratres, qui in Ecclesijs intra limites suæ Parochiæ sepeliuntur; si verò id ipse nolit, eas cantet Cappellanus Confratrum, ex declaratione Sacræ Congregationis Episcoporum sub die 20. Augusti 1601. *Gauant. in manu. verb. Confraternitates, num.* 41.

Gauant.

Dub. 9. An Regulares extra claustra decedentes, ad eorum Ecclesias inconsultis Parochis deferri possint; Et præterea, an impediri queant sub prætextu, quod prius ipsis Parochis ius sepulturæ solui debeat.

Respondeo ad primum affirmatiuè, ex Decisione Sacræ Congregationis Concilij 2. Iulij 1620. *Peyrinus in Constit. Ordin. Minorum, tom. 2. Constit. 7. Pij V. num. 13. vers. ad decimum. Dian. 5. par. tract. 3. resol.* 110.

Peyrin. Diana.

Ad secundum respondeo negatiuè, ex Decisione Sacræ Congregationis Episcoporum, & Regul. quæ ab huiusmodi prætensionibus, Parochos in vna Puteolana 22. Maij 1615. abstinere mandauit; Ex quo patet, Monachorum nostri Ordinis cadauera alibi defuncta, quæ ad Regale nostrum Monasteriū Sanctæ Mariæ Montis Virginis de Monte aliquando, propter aliquam peculiarem ipsorum benemeri-

ti

ti rationem, sepelienda ducuntur, seù transferuntur, sub nullo prætextu ab Oppidorum, per quæ transeunt Parochis impediri posse; Quid autem in simili de Nouitijs dicendum, vide infra dub. 31.

Dub. 10. An quando Religiosus moritur ita remotè, vt ad suum Monasterium commodè asportari nequat, sepulturam sibi eligere valeat.

Respondeo affirmatiuè, ex capitulo *final. de sepulturis, Rodriq. in quæstionibus Regularibus, to. 3. quæst. 60. art. 2. vers. aduertendũ tamen est, Nauar. in Cõment. num. 43. de Regularibus, Sanchez in summ. tom. 3. lib. 6. cap. 14 num. 3.* Rodriq. Nauar. Sanch.

Dub. 11. Quid si tunc Religiosus moriatur non electa sepultura, vbi sepeliendus?

Respondeo, sepeliendum esse in Ecclesia Cathedrali instar secularium, & peregrinorum in itinere morientium. *Abbas cap. 1. num. 4. de sepulturis, Dom. Ancharan. super cap. fin. de sepulturis, in 6. fine.* Quod quidem, quoad seculares, & peregrinos, sic decisũ fuit à Sacra Congregatione Episcop. 9. Iunij 1592. Secus verò dicendum, si in loco, vbi Religiosus moritur, adsit Monasterium alterius Ordinis, ibi enim tunc sepeliendum esse ait Anton. *cap. 1. num. 9. de sepulturis,* Sanchez *dub. præced. cit. num. 4.* Abb. Anchar. Anton. Sanch.

Dub. 12. An tũc cum Religiosus in Ecclesia Cathedrali sepelitur, aliquid Presbyteris secularibus pro exequiis illius Regularis mortui debeatur.

Respondeo affirmatiuè, si Religio in communi bona possideat, cum hoc debeatur ex iustitia, propter laborem; sin minus, dicendum, prout diximus de cadaueribus pauperum. dub. 3. *Rodriq. in qq. Regul. tom. 3. quæst. 60. art. 3. cum Petro de Vbaldis Layman.* Rodriq. Petrus de Vbald. Layman.

Diana. *lib.3.sect.5.tract.5.cap.12.num.6.Dian.5.par.tract.3.resol.100.fine.*

Dub.13.An Regulares,vel alii etiam Presbyteri seculares leuare possint de domo, vel Ecclesia Parochiali cadauera in eorum Ecclesiis sepelienda, si Parochus venire recuset,vel licentiam deneget.

Respondeo affirmatiuè,ex Decisione Sacræ Cõgregationis Episcoporũ in vna Nephesina 11. Decembris 1615.ad 4.apud Aldanum *in compend. canon.resol.tit.*17.*num.*21.& ex Decisione Sacræ Cõgregationis Rituum in vna Capuana 22. Decẽbris 1629.apud Barbosã *de potest.Parochi,cap.*26.*nu.*71. Barbos. Immò si Regulares sint in pacifica possessione non vocandi Parochum in asportatione defunctorum ad suas Ecclesias,qui ibi sepulturam elegerunt, illũ tunc vocare nullatenus tenentur, pro vt patet ex Decisione Sacræ Rotæ in vna Seguntina 5. Iunii 1613.quam refert Tambur.*tom.*3.*decis.*86. Tambur.

Dub.14.An soluere,& recipere aliquid non pro sepultura simpliciter,sed ratione situs,vel dignioris loci,sit simonia.

Respondeo negatiuè, nam licet Parochus mortuis omnibus in sua Parochia communem sepulturam simpliciter dare teneatur.*capitulo abolendæ, de sepulturis*,& hoc vendere,sit simonia, tamen exigere aliquid pro honorabiliori situ, & loco Ecclesiæ, non est simonia,cum hoc non pertineat ad spiritua-le,sed ad temporale,& consequẽter sit pretio æstimabile.*Belleti.in disquisit.cleric.par.* 1. *tit. de clerico debitore,*§.3.*à num.*27.*Bonac.de simonia,disp.* 1.*q.* 4. §.6.*num.*4 *Philiarc.de offic.Sacerdotum,tom.*2.*par.*2. *lib.*6.*cap.*9.*Diana par.*2.*tract.* 15. & 1. *Miscellan.* Bellet. Bonac. Philiar. Diana.

resol.

resol.57. Marc. Ant. Genuensis in praxi Archiep. Neap. cap.32.num.19. Genuens.

Dub. 15. Quinam sibi sepulturam eligere possint, & an illa extra Parochiam, & in Ecclesiis Regularium, & Monialium eligi queat.

Respondeo, Ad primum, quod omnes, qui sufficientem vsum rationis habent, idest aliqua infirmitate minimè perturbatum, sepulturam sibi eligere queunt, ex capitulo *de vxore*, & capitulo *is qui, de sepulturis, in 6.* & capitulo *cum quis*, & capitulo *licet*, & capitulo *cum liberum, eod. tit. in 6.* exceptis tamen filiisfamilias impuberibus tantum, seu minoribus, isti enim sepulturam sibi eligere minime possunt, *capitulo licet pater, de sepulturis, in 6.* & præterea Religiosis, qui nec etiam id possunt. *capitulo vlt. de sepulturis, eodem tit.* licet in aliquo casu, vt dubio 10. dictum fuit, id etiam eis de iure concedatur. *Riccius in praxi rerum fori Ecclesiastici, resol. 563. in 2. edit. Cæsar de Grassis, decis. 1. num. 1. de sepulturis, Bonacina de contractibus, disp. 3. quæst. 21. par. 3. num. 6. vers. dixi nisi, & vers. sexto filiumfamilias, Barbos. de potest. Parochi, cap. 26. num. 28.* Ric. Grass. Bonac. Barbos.

Ad secundum verò Respondeo, sepulturam etiã extra Parochiam eligi posse, relicta tamen quarta Parochiali, ex decisione Sacræ Congregationis Rituum in vna Capuana 31. Martii 1629. & quod in Ecclesiis Regularium, & Monialium etiam eligi queat, patet ex decisione Sacræ Congregationis Episcoporum, & Regularium in vna Asculana 21. Octobris 1616. & ex Clementina *Dudum*, §. *huiusmodi quoquo statuto, de sepultur. Riccius in praxi rerum Ecclesiasticarum, par 4. resolut. 293. num. 32.* Bo- Ricc. Bonacin.

nacina

Barbos. *nacina cit. vers. dixi nisi sepulturam, Barbos. cit.* In Ecclesiis tamen Regularium sepultura non censetur per hoc dumtaxat electa, quod infirmus cum habitu Regulari in morte se sepeliri petiit, ex declaratione Sacræ Congr. Episcoporum, & Regul. sub die 23. Nouembris 1582. Verum ad hoc, quod quis in Ecclesiis Regularium sepeliatur, sat erit si coram testibus, & si non mediante testamento, vel scriptura, ibi sepulturam elegerit, ex declaratione eiusdem Congregationis sub die 11. Decembris 1615.

Dub. 16. An pater pro filio minori, seu impubere, minori scilicet quatuordecim annis, sepulturam eligere queat.

Respondeo affirmatiuè, antequam moriatur, non verò post, ex decisione Sacræ Congregationis Episcoporum, & Regularium in vna Foglianensi 27. Barbos. Octobris 1587. *Barbos. in collect. Bullarum, verbo se-* Bariol. *pultura, Bariol. in Aphorism. lit. S. verb. sepulturam pater,* Et patre absente, matrē id præstare posse, aiūt Victorell. *Victorel. in Addit. ad Sà verbo sepultura, vers. impube-* Molin. *ri, cum Molina.* Præterea nouiter Sacra Regularium Congregatio sub die 20. Ianuarii 1640. decreuit, posse parentes pro filiis minoribus, seu impuberibus eligere sepulturam in quacunque Ecclesia, etiam Regularium, nec in hoc à Parochis impediri posse.

Dub. 17. An Dominus pro seruo impubere sepulturam eligere possit.

Sylu. Respondent affirmatiuè Syluester *verb. sepultura,* Victorel. *n. 7.* Victorellus *in Addit. ad Posseuinum Append. 2. ad cap. 14. verb. Dominus.*

Dub. 18. Vbi sepeliendi sunt filiifamilias, mino-

res,& impuberes,qui sepulturam sibi eligere minimè possunt.

Respondeo sepeliri debere in sepultura maiorum suorum, ex decisione Sacræ Congregationis Episcoporum,& Regularium in vna Asculana 21. Octobris 1616.nimirum maiorum ex parte patris, quod si pater propriam sepulturam non habeat,sepeliendi sunt in sepultura Aui,& hac deficiente, in sepultura aliorum ascendentium, non verò in sepultura maiorum ex parte matris,cum nomine maiorum, ascendentes tantum ex parte patris veniant,*l.maiorum,ff de verb.signif.*nisi fortè (vt ait Bonacina *de contract.disp.3.quaest.21.p.3,num.6.vers. dixi in hac*) nulli essent agnati ex illa linea materna, ex qua mater originem trahit.*Card.Tusc.tom.7.lit.S.concl.*194. *Villalob.in sum par.2.tract.31.diffic.3.num.* 4. *Oldradus cons.*25.*Hieron.Rodriq.de sepulturis retract.2.nu.*28. Quod totum intelligitur soluta semper quarta Ecclesiæ Parochiali.*Barbos.de potest. Parochi, c.*26. *n.*31.Et modo maiores viuentes velint minores in sepultura maiorum sepeliãtur, non obstãte quod in Rituali Romano in titulo de Exequiis paruulorum, contrarium disponatur,ex præfatæ Sacræ Congregationis declaratione,quod si maiores id nolint, sepeliendi sunt secundum dispositionem Ritualis Romani, scilicet in sepultura particulari paruulorum.

Bonac. Cardin. Tusc. Villalob. Oldrad. Barbos.

Dub.19.Quid si filiifamilias maiorum suorum sepulturam non habeant?

Resp. in propria eorũ Parochia sepeliri debere. *cap.ex parte,& c.in nostra,de sepult. Bursat.cons.*226. *n.*119.*vol.*3.*Barbos.dub.praeced.cit.n.*33.& quidẽ impuberes,in sepultura paruulorũ,prout dub.præced.

Bursat. Barbos.

Dub.20. Vbi ſepeliendus eſt clericus, ſi maiorum ſuorum ſepulturam nō habeat, nec illam ſibi eligat.

Bellett. Reſpondet Bellettus *in diſquisit.cleric.p.1.tit.de clerico debitore*, §.3.*num*.20. ſepeliendum eſſe in Eccleſia, cuius adminiſtrationem, vel curam geſſit, vel vbi reſidere tenebatur, cum ius ſepulturæ multum pendeat ab adminiſtratione Sacramentorum, vt ait Sanch. Sanchez *de matrim.lib.3.diſp.23.num.17.*

Dub.21. Si vxor moriatur non electa ſepultura, & eius vir proprium ſepulchrum habeat, poteſt ne ibi tumulari?

Reſpondeo affirmatiuè, etiam ſi tale ſepulchrum exiſtat extra Parochiam, vbi ipſa mortua eſt, ex deciſione Sacræ Congregationis Rituum in vna Senogallienſi 15. Ianuarii 1633.

Dub.22. Quid ſi vxor plures viros habeat.

Reſpondeo, tunc in ſepultura vltimi viri ſepeliēdam eſſe. *cap.vlt.de ſepult. in 6. Nouarius de electione fori, q.3.ſect. 3. Iulius* Lauorius *variar.lucubrat. tom.1.tit.2.cap.11.num.136.cum ſeq.Victorel. in addit.ad Poſſeuin.cap.14.append.2.verſ.mulier.*

Nouar. Iul.Lauor. Victorel. Poſſeu.

Dub.23. Si ſpurius moriatur non electa ſepultura, vbi ſepeliendus?

Reſpondet Sà verbo ſepultura, num. 1. cum matre, ſi ipſa propriam ſepulturam habeat, illuſtrique loco nata non ſit, ſin minus in eius Parochia ſepeliri debere.

Dub.24. Si quis duplicem habitationem, ſeu domicilium habeat, in cuiuſnam domicilii Parochia humari debet?

Reſpondeo, ſi alibi ſepulturam non elegerit, ſepeliendum eſſe in loco, vnde ex hac vita diſcedit,

& vbi Sacramenta recepit, ratione qua supra in simili dubio 20. *Bonac. dub. 15. cit. num. 6. vers. primo eum.* Bonac.

Dub. 25. An corpus defuncti, quod præter eius voluntatem, & non sine violentia in Ecclesia Cathedrali, vel vbi nequaquam de iure sepeliri debebat, sepultum fuit, inde exhumari debeat, vt in Ecclesia, in qua defunctus sepeliri reliquit, vel de iure sepeliendum erat deponatur.

Respondeo affirmatiuè, ex capitulo *ex parte 1. & seqq. de sepulturis*, quod quidem in propriis terminis patet ex decisione Sacræ Congregationis Rituum in vna Bitũtinensi 21. Iulii 1607. & in alia Asculana Sacræ Congregationis Episcoporum, & Regulariũ 21. Octobris 1616.

Dub. 26. Quinam in associãdis cadaueribus crucem erigere possint.

Respondeo, illam Ecclesiam, ad quam corpus sepeliendum transfertur ex decisione Sacræ Cõgregationis Rituum in vna Barensi Terræ Medugni 2. Augusti 1631. & in alia Messanensi 12. Februarii 1633. & præterea ipsa defuncti Parochia, ex decisione eiusdem Congregationis in vna Barensi 22. Martii 1631. *Aldan. dub. 2. cit. num.* 40. Barbos. *in collectan. Doctorum super Trident. sess. 25. de reform. cap. 13. num. 31.* Confraternitates verò in ipso actu associationis nullo modo illam erigere possunt, ex decisione Sacræ Congregationis in vna Andriensi 22. Nouembris 1631. ad secundum. Aldan. Barbos.

Nec Regulares, cum cadauer in eorum Ecclesijs sepeliri debet, possunt cũ Cruce intrare Parochias ad illud inde leuandum, vt ad proprias Ecclesias se-

peliendum deferant, nisi prius requisito (& si non annuente) & præmonito Parocho, nisi fortè cōtraria consuetudine pacificè, seu legitimè introducta id ipsi obseruare non soleant. Vide *Villalob.* 2.*par. sum.tract.*31.*diff.*5.*num.*3.*Hieron.Rodriq. in cōpend. resol.*109.*num.*7. Quod si in funere Capitulum Cathedralis etiam interueniat, sub vna tantum Cruce omnes associantes incedere debent, & Capitulum Parocho defuncti præcedit, ex decisione eiusdem Sacræ Congregationis Rituum in vna Pisaurensi 22. Martij 1631. *Barbos.de offic.Parochi,cap.*26.*num.* 61.*fine,& num.*67.*&* 68.*Genuensis in praxi, cap.* 62. *num.*12.*Molfes.in summ.*2.*par.tract.*13.*cap.*8.*n.* 54. Verum in hoc negotio dum Capitulum accedit, locorū consuetudo, quoad Regulares in Crucis erectione attendi debet, idquè expressè tenet Lauorius mox citandus cap. 11. num. 76. Sicut etiam indifferenter quoad omnes ad funus accedentes in Crucis erectione, consuetudo legitimè introducta obseruanda est, licet regulariter Crux Parochialis deferenda sit, ex declaratione Sacræ Congregationis Episcoporum sub die 29. Iulij 1616.

Villalob. Hieron. Rodriq. Barbos. Genuens. Molfes.

Ad quem autem spectet declarare viam, per quā defunctus asportari debeat, sanè hoc ad Parochum pertinet, ex declaratione Sacræ Congregationis Episcoporum, & Regularium in vna Castellanensi 3. Ianuarij 1594. apud Barbosā *de potest.Parochi,cap.* 26.*num.*74. licet tamen, cum defunctus in Ecclesiis Regularium sepeliendus asportatur, id ad Regulares pertinere asserat Iulius Lauorius *in suo libro variarum lucubrationum,tit.* 2.*cap.*9.*num.*116. ex declaratione eiusdem Sacræ Congregationis Episcoporū,

Barbos. Iul. Lauor.

& Re-

& Regularium 22. Aprilis 1588. in vna Bituntina.

Dub. 27. An Confraternitates nō vocatæ, ad funeralia mortuorum accedere possint.

Respondeo negatiuè, ex decisione Sacræ Congregationis Rituum in vna Bononiensi, 9. Decembris 1617.

Dub. 28. An intortia, cerei, & candelæ, quæ per viam deferuntur circa cadauera, & quæ postea in Ecclesia præsente corpore pro celebrandis diuinis officiis accenduntur, finito officio, inter ipsos Parochos, & ministros Ecclesiarum, etiam Regularium, & notionalium, in quibus cadauera sepeliuntur, æquali portione diuidenda sint?

Respondeo affirmatiuè, ex decisione RR. DD. Præfectorum Vrbis S.D.N. Vrbano VIII. approbāte die 21. Martii 1629. *Sellarolus in select. canon. cap. 92. num. 15.* Vrban. 8. Sellarolus

Dub. 29. An hæres defuncti, præcisa dispositione defuncti in contrarium, numerum Sacerdotum pro defuncto ad sepulturam associando conuocare, & quantitatē ceræ pro suo libito subministrare possit.

Respondeo affirmatiuè, & quidem non obstante quocunque prætextu Parochi in contrarium, ex decisione Sacræ Cōgregationis Episcoporum, & Regularium in vna Cassanensi die 5. Maii 1617. in quo tamen casu Parochus, clericos ab hæredibus defūcti destinatos, & non alios vocare tenetur, ex decisione Sacræ Congregationis Rituum in vna Laudensi die 20. Augusti 1601. quod si huiusmodi destinatio facta non fuerit, Parochus quos voluerit, & non solum viciniores clericos conuocare potest, ex decis. Rotæ in vna Alexandrina funeralium 1. Iulii

1630.

1630. coram Merlino, & ex decisione Sacræ Congregationis Rituum in vna Ferrariensi 7. Septẽbris 1613.

Dub. 30. An corpora defunctorum propè Altare sub bradellis sepeliri queant.

Respondeo negatiuè, ex decisione Sacræ Congregationis Episcoporum, & Regularium in vna Interamen. 13. Septembris 1593. & in vna Messanensi 2. Maij 1601. & si ibi sepulturæ sic constructæ inueniantur, in huiusmodi Altaribus celebrari non debet, donec corpora alibi transferantur, ex decisione eiusdem Congregationis in vna Tranen. 10. Nouembris 1599.

Dub. 31. An Nouitius infirmus in anno probationis existens, qui Medicorum cõsilio propter aeris temperiem, & cum licentia sui Superioris in paterna domo curandus accedit, si postea ibi moriatur, extra Monasterium vti persona secularis sepeliri debeat; Et an præterea canonica portio Parocho illius loci debeatur.

Respondeo negatiuè, sed sepeliẽdum esse in Monasterio sui Ordinis, ac de eo idem prorsus, quoad hoc dicendum, quod de Monachis professis supra in simili dubio 9. 10. 11. & 12. dictum fuit, ex eo quia Nouitij, iuribus, ac priuilegiis sui Ordinis, vti Monachi professi fruuntur; quare cum huiusmodi canonica portio in simili casu, quoad Monachos professos extra Monasterium mortuos, ex declaratione Sacræ Congregationis supra dubio 9. adducta, Parochis loci minimè debeatur, nec etiam illa quoad Nouitios solui vllo pacto debet. *Paulus Layman.* *lib. 3. sect. 5. tract. 5. cap. 12. num. 8. vers. dico quarto,*

Laym.

Eman.

Eman. Rodriq. in qq. Regul. tom. 1. quæst. 39. artic. 4. Em. Rodr.

Dub. 32. An defuncto relinquente, vt ad suum funerale soli Regulares accedant, proprius ipsius Parochus excludendus sit.

Respondeo negatiuè, ex decisione Sacræ Congregationis Episcoporum, & Regularium in vna Montis Bilosi anno 1581. *Aldan. dub. præceden. citat. Barbos. in collect. DD. super Trid. sess. 25. de refor. cap. 13. num. 15.* Aldan. Barbos.

Dub. 33. Quanto tempore cadauer post mortem insepultum permanere debeat.

Resp. seruandam esse consuetudinem loci, & Cōstitutiones Episcopi. Posseuinus *de officio curati, cap. 14. num. 1.* qui *cap. 6. vers. sed si vis, & vers. item etiã* adnotat modum cognoscendi, an defunctus viuat. In hac tamen nostra iurisdictione, seu Diœcesi Mōtis Virginis, Summo Pontifici immediatè subiecta, ac territoriũ separatũ à Diœcesi Episcopi Auellini, & aliis, prout sup. Pract. 3. de reseruatis, dub. 15. dictũ fuit habente, ex speciali Constit. seu Ordinatione facta à Reuerendiss. Patre D. Io: Iacobo Iordano ad pręsens Abbate Generali nostræ Cōgregationis, & Ordinario, tàm in spiritualibus, quàm in temporalibus super vasallos in Terris Mercuriani, Hospitaletti, Casalium Feudi Montis Virginis, Casalis Sancti Guilielmi, aliorumq; locorum nullius Diœcesis, cadauera ante quã sepeliantur, viginti quatuor horarũ spatio insepulta super terrã remanere debẽt. Quod intelligitur de defũctis, qui subitanea morte, vel apoplesia è vita discedũt; quoad alios verò, nō nisi post duodecim horas ab obitu sepeliri debẽt, & sic vbiq; ẽt seruãdũ fatetur Gauant. *in manu. v. exequiæ, n. 3.* Gauant.

Dub.

Dub. 34. Qui nam sint, qui Ecclesiastica sepultura priuari debent.

Respondeo esse. *Primo* excommunicatos notorios, & denunciatos, seu vitandos. *cap. sacris, de sepulturis, cap. à nobis, 38. de senten. excomm. et clement. 1. de sepulturis*, nisi fortè in articulo mortis pœnitẽtiæ signa dederint, vt declarauit Sacra Congregatio Episcoporum, & Regularium in vna Nolana 19. Iulij 1629. in personam N. qui cum interfectus fuisset, dixit, *Confessione, Madonna Sãtissima aiutame*, ex quo Sacra Congregatio illũ in loco sacro sepeliri iussit.

Bellarm. Quod tamen intelligitur, dummodo cadauer prius absoluatur, vt declarauit Sacra Congregatio apud Bellarminũ in obseruationibus super Tridẽtinum *sess. 24. cap. 7. vers. excommunicatus, qui*, quod intelligi puto, vt absoluatur ab eo, cui excommunicatio reseruata erat, qui tamen virtute huius declarationis, cadaueris absolutionem denegare nõ posset; quod si excommunicatio sit Papalis, censetur delegata facultas Episcopo (cui Sacra Congregatio iubet excommunicatos cum signis cõtritionis morientes, in Ecclesia sepeliri facere) vt cadauer ab excommunicatione Papali absoluere, illudquè postea in Ecclesia tumulari faciat, qui enim concedit principale, puta, vt excommunicatus in Ecclesia sepeliatur, concedit etiam, & accessorium, idest id, sine quo principale executioni mãdari nõ potest, prout patet ex *l. 2. ff. de iurisdict. omnium iudic. & l. 3. ff. pro socio*, idest quod prius quam cadauer excommunicati cum signis contritionis mortui in Ecclesia sepeliatur, ab excommunicatione absoluatur, cum de iure cadauer excommunicati in Ecclesia sepeliri

ne-

nequeat, niſi prius ab excõmunicatione, abſolutione præmiſſa liberetur, quandoquidẽ per excõmunicationẽ corpus excõmunicati, Eccleſiaſtica ſepultura priuatur (vt ſupra dictum eſt) & alioqui, cum Summus Pontifex, vel Sacra Cõgregatio eius nomine aliquid concedit, cenſetur illud concedere, non derogando iuri communi, ſi cum illius obſeruantia eius conceſſio ſtare poteſt, etenim iuris correctio, quantum fieri queit, vitari debet. *l. si quando, C. de inoff. teſtam. & l.* 1. *C. de inoffic. dotibus, & cap. cum expediat, de elect. lib.* 6. tum quia, correctũ quod non eſt, ſtare nõ prohibetur, prout patet ex *l. præcipimus, C. de appellat. et l. ſancimus, C. de teſtam.* ergo Sacra Congregatio, dum concedit, quod excommunicati denunciati cum ſignis contritionis morientes in Eccleſia ſepeliantur, & non dicit, quod prius ab excommunicatione, qua obſtringuntur non abſoluantur, conſequenter diſpoſitio iuris canonici, ideſt capituli *à nobis*, 38. *de ſententia excõmunicationis*, ex qua habetur, quod cadauera excommunicatorum non ſepeliantur, niſi ab eo, ad quem prius dictam excommunicationem abſoluere ſpectabat, ſeu qui illam abſoluere poterat, abſoluantur, adhuc ſtare, & ſuum vigorem, non obſtante tali conceſſione, habere cenſetur; ſed ex illo principio, quod ſcilicet qui concedit principale, cenſetur tacitè concedere acceſſorium, dum Sacra Congregatio concedit, quod excommunicatorum corpora cum ſignis contritionis morientium in Eccleſia ſepeliantur, & illa de iure in Eccleſia, niſi prius abſoluantur, ſepeliri nequeãt, ipſamet Sacra Congregatio, locorum Epiſcopis, vbi huiuſmodi cenſuratorum mors

accidit, facultatem, si excommunicatio Papalis sit, vt prius quam sepulturæ tradantur, ab excommunicatione absoluantur, delegare censetur. *Antonuccius in Cathechesi Neapolitana, in præparatione examinandi ad ordines, sub titulo de Sacramento pœnitentiæ, vers. vtrum excommunicatus mortuus, Tolet. lib. 1. suæ summæ, romanæ impressionis, cap. 15. num. 6. per totum*, Rodriq. *in summa, prima par. cap. 59. num. 18. Victorel. ad Posseuinum in notis ad cap. 14. de officio Curati, vers. si excommunicatus non toleratus. Auila de censuris, 2. p. c. 6. disp. 4. dub. 8. concl. 3. Filiuc. tr. 12. n. 105.*

Antonuc. Tolet. Rodriq. Victorell. Auila. Filiuc.

Quod si quæras, quot testes ad probandum aliquem excommunicatum cũ signis contritionis decessisse sufficiant; sanè vnum solummodo testem fide dignum sufficere asserit Toletus paulò ante citatus cum Boic. & Astensi, *lib. 5. tit. 16.* si quidem in hoc facto de nullius præiudicio agi, in quo casu vnus ad probandum testis sufficit, ipse fatetur.

Tolet. Boic. Astens.

Secundo, interdictos notorios, & denunciatos, *clementina 1. de sepulturis, cap. cum, & plantare, §. quod si templarij, de priuileg.*

Tertio, suspensos ab ingressu Ecclesiæ. *cap. is cui, 20. §. talis quoque, de sent. excomm. in 6.*

Quarto, publicos, & manifestos vsurarios, nisi alienum restituerint, vel idoneam dederint de restituendo cautionem. *cap. quia, de vsuris, cap. quamquã, eod. tit. in 6. & clement. 1. de vsuris.*

Quinto, decedentes in torneamentis, si ibi moriantur, etiam si fortè suorum peccatorum absolutionem ibi obtineant, vt patet ex *capitulo 1. & 2. de torneamentis, & ex glos. lit. H in cap. placuit, causa, 13. q. 5. cap. 12. Thesaurus de pœnis, par. 2. sub tit. ludos publicè.*

Thesaurus

blicè agentes, cap. 3. vers. amplia 2. cum Guttierez, secus si moriantur extra, cum signis tamen contritionis, cum textus de ijs, qui ibi moriuntur solummodò loquantur.

Sextò, morientes in duello, *Concil. Trid. sess. 25. de reformat. cap. 19.* & hoc etiam si signa contritionis dederint, vt patet ex Rituali Romano Pauli V. *rubrica de exequijs*, modo tamen duellans in ipso conflictu moriatur, vt loquitur Tridentinum, vbi ly, *in ipsomet conflictu*, debet accipi moraliter, & non physicè, idest ss paruo tempore post vulnus intercepto, percussus moriatur, etiam si fortè mors extra locum pugnæ sequatur; nam iudicio prudentis, is adhuc in ipso conflictu mori diceretur, alioqui si ly, *in ipso conflictu*, physicè intelligi deberet, præfata Tridentini dispositio nunquam locum habere posset, nam cũ mors sequatur ad pugnam, vel communiter post receptum vulnus accidat, nunquam quis in ipso conflictu, seu pugna, vel digladiatione mori diceretur, sed tantum post pugnam, vel digladiationem, & sic huiusmodi Tridentini dispositio esset omninò frustratoria, quod diei non debet, cum nũquam Legislator, suam legem inutilem, & frustratoriam condidisse supponatur, vt benè Iason in lege *ait prætor, n. 21. ff. de iure iur.* Ex quo patet, quod si vulneratus extra tẽpus supra assignatũ, & si in ipso loco pugnæ moriatur, illũ Ecclesiastica sepultura nõ fore priuãdum, fateri debeat, quia in ipsomet conflictu, vt loquitur Tridentinum ex doctrina supra tradita mori minimè diceretur, præsertim quia Tridentinum nõ priuat Ecclesiastica sepultura eum, qui ex vulnere in duello recepto, vel eũ, qui absolutè in loco duel-

Conc. Trid.

Paulus 5.

Iason.

li decedit, sed qui in ipso conflictu, seu actu pugnæ ex hac vita discedit, quod in hoc casu, cum scilicet aliquod notabile tempus prudentis arbitrio inter vulnus, & mortem intercipitur, verificari nō potest, vt iam diximus. Quæ tamen omnia procedunt, modo duellum non reducatur ad rixam, sed fiat ex cōdicto, statuto loco, & tempore, & si non sit solemne, idest cum patrinis, prouocatoriæ literę, seu cartulæ non præcedant, &c. cum adhuc huiusmodi actio sit verè duellum, & patet etiam ex declaratione Sacrę

Barbos. Congregationis apud Barbosā in Tridentinum *loc. cit. num.* 1. quamuis quoad duellum non solenne, nonnulli asserant, id non esse vbique vsu receptum; verum ex vi verborum Tridentini, hoc etiam duellū comprehenditur, cum textus indistinctè, & sine exceptione de omni vero duello loquatur.

Septimo, Infideles, Paganos, Iudæos, & Hæreticos, etiam si post mortem de hæresi constet. *Cap. excommunicamus*, §. *de hæreticis*, nisi fortè infideles in ipsomet itinere, cum ad baptismum accedunt, moriantur, vel si pro fide Christi mortem subeant, quia in martirio, necessariò quis contritionem habet, idest dilectionem Dei super omnia, in qua con-

Io. 15. sistit, vt patet ex illo Ioannis 15. v. 13. ibi (*maiorem hac dilectionem nemo habet, vt animam suam ponat quis pro amicis suis*) ac proinde gratiam baptismalem baptismi sanguinis recipit, fitque per hoc verum Ecclesiæ membrum, ac Ecclesiasticæ sepulturæ capax; & quamuis in baptismo flaminis, idest cum quis pro vero baptismo recipiendo accedit, certum non sit, se contritionem habere, cum possit esse, quod ille dolor, quem habet suorum peccatorum, sit

ar-

attritio, nullamque proinde gratiam recipiat, ex quo Ecclesiasticæ sepulturæ capax reddi queat, tamen huiusmodi dolor in talibus hominibus sic à Deo illustratis vti perfectus supponi semper debet, præsertim quia in dubio, pro actus sufficiētia, perfectione, seù validiate iudicandum, *l. quoties, ff. de rebus dubijs*, idque expressè tenet Rodriquez *prima parte summæ, cap. 152. num. 6. in medio*. Ex qua ratione patet quid dicendum quoque sit de Cathecumenis, ac de ijs, quorũ baptismus dubitatur, an sit validus, licet, tamen ad scrupulos tollendos, in hoc, locorum praxis inspici debeat. *Naldus in summa, verbo baptismus, num. 18. Syluester eod. verb. 4. q. 1. Bonac. de matrimonio, q. 4 punct. vlt. num. 23. cum Sayro. Iulius Lauorius in libro variarum lucubrat. titul. 2. cap. 12. num. 71. cum* D. *Antonin. tertia par. titul. 10. cap. 5. § 9. fine* vide etiam *Glossam in c. si eos, de consecrat. dist. 5. lit. F.*

Rodriq.

Nald.
Sylu.
Bonacin.
Sayr.
Iul Lauor.
D. Ant.

Octauo, manifestos raptores, nisi fortè restituerint, vel alius pro ipsis restituere velit. *cap. super eos, de raptoribus*.

Nono, Religiosos vtriusque sexus proprietarios; si moniti à Superiore, absque emendatione, & pœnitentia decesserint. *Cap. Monachi, de statu Monachorum.* Quod si absque tali monitione, mortui cum bursa denariorum inueniantur, adhuc Ecclesiastica sepultura priuari non debent, nisi euidentissimè cõstet, tales nummos proprios fuisse, ratione mox in sequenti casu assignanda, ac prætere a, modo nummi in notabili quantitate ad furtum cõstituendum sufficiente consistant, cum præceptum paupertatis, seù obedientiæ sit humanum, & consequenter materiæ paruitatem non excludit.

De-

Decimo, Occidentes se ipsos ex industria. *Cap. placuit.* 23. *quæst.* 5. modò id clarissimè, ac euidentissimè, fortissimisque coniecturis constet, alioquin sẽper supponendum, ab alijs fuisse vita priuatos, vel casualiter sine ipsorum culpa id euenisse, vel eos id ex furore, vel mentis alienatione egisse, cum in dubijs, fauendum sit Reo, *Regula fauorabiliores* 168. *de Regul. iuris*, & vnusquisque semper supponatur bonus, vsque dum non probetur malus. Excipitur etiam is, qui ad aliquod malum, quod sibi imminet vitandum se in flumen proiicit, vel per fenestras se præcipitem dat, quia semper in illo periculo, actum doloris suorum peccatorum elicuisse supponitur.

Vndecimo, non restituentes Ecclesiæ decimas. *Cap. prohibemus, de decimis*, quod intelligitur, non de non soluentibus decimas, sed de ijs, qui vel furto, vel alia ratione iniqua apud se habent decimas, quæ Ecclesiæ debẽtur, illasq; Ecclesiæ nõ restituũt, vt ex eodem Capitulo liquido constat.

Duodecimo illos, qui semel in anno nequaquam confessi sunt, & in Paschate Euchatistiam non susceperint. *Cap. omnis vtriusque sexus, de pœnit. & remissione*, nisi fortè id de consilio Confessarij distulissent.

Decimotertio, Deum publicè blasphemantes, si pœnitentiã iniunctam non egerint *Cap.* 2. *de maled.*

Decimoquarto, patricidam, secundum aliquos. *Menochius de arbitr. casu* 387 *per totum.*

Decimoquinto, clericos notorios concubinarios, sicque impœnitentes, vsque ad mortem perseuerantes *cap. quæsitum, & cap. quibus*, 13. *q.* 2. *& cap. placuit, in fin.* 23. *q.* 5.

De-

Decimosexto, peccatores notorios, in mortali, non dato signo contritionis decedentes, *gloss. verb. excommunicabatur, in cap. ex parte, 2. de sepulturis, & glos. in cap. fures, & latrones, tit. 18. de furtis, litera D.*

Decimoseptimo, extremo supplicio pro patratis sceleribus affectos, *cap. placuit, 23. q. 5.* nisi fortè signa contritionis dederint, vt patet ex *glos. ibi lit. I.* vel nisi pro bono publico ad aliorum exemplum Ministri Iustitiæ eos sic suspensos, & insepultos, vel mẽbratim diuisos permanere iudicauerint. De hac materia, vide Hieronymum Rodriquez *resol. 128. à nu. 19. & seqq.* Posseuinũ *c. 14.* Bonacinã *de contract. disp. 3. q. 21. punct. 2.* Barbosã *de potest. Parochi, cap. 26. à num. 40.* Sanciũ *in select. disp. 36* Layman *lib. 3. sect. 5. tract. 5. cap. 12. num. 10. circa med.* Hieron. Rodriq. Posseuin. Bonac. Barbos. Sancius. Layman.

Dub. 35. An ij, quos dubio præcedenti diximus Ecclesiastica sepultura priuari, cum signis doloris, seu contritionis suorum peccatorum morientes, in Ecclesia sepeliri queant.

Respondet Sãcius *in select. disp. 36. dub. 7.* & Posseuinus *de officio Curati, cap. 14. de mortuis, nu. 4. vers. qui tamen, & num. 5. vers. si verò,* omnes, exceptis iis, qui in torneamento, & duello moriuntur (forsan quia in his casibus Pontifex contrarium explicat, vt nos dubio præcedenti, num. 5. & 6. recensuimus) in Ecclesia sepeliri posse, modo censurati, quoad forum externum ab eo, cui excommunicatio reseruata erat, absoluantur (qui tamen, is scilicet cui excõmunicatio reseruata erat, tenetur sub mortali huiusmodi excõmunicatos, seu cẽsuratos cum signis cõtritionis morientes absolui facere, vt in Ecclesia se- Sancius Posseuin.

peliantur, prout patet ex intentione, & verbis Sacræ Congregationis supra dubio 34. adductis, quæ præceptiua sunt, verba enim præceptiua in materia graui, vt est hæc, etenim apud fideles magni fit, & quam maximè cordi habetur, vt quis in Ecclesia sepeliatur, & nō extra locū sacrū, more canū proiiciatur, & humetur, sub mortali obligant) & modo pro obligatis ad restituendū, hæredes, vel alius, ad quem id spectare poterit, pro ipsis satisfaciat; Imò idem

Posseui. Tolet.

Posseuinus *loc. cit. vers. omnis autem censuratus*, cum *Toleto, lib. 1. cap. 16. num. 9.* tenet simpliciter, & absolutè, quod si tales censurati (exceptis tamen mortuis in torneamentis, qui etiam si confiteantur, in Ecclesia sepeliri nequeunt, vt patet ex capitulo 1. & 2. *de torneamentis*) præter signa contritionis, suorū peccatorum absolutionem obtineant, in Ecclesia sepeliri possent, quorum DD. sententiam puto veram, si alicubi consuetudine legitimè introducta id sit vsu receptum, quia cum Summus Pontifex in aliquibus ex locis dubio præcedenti citatis exprimat, si tales v.g. vel tales sine signis pœnitentiæ moriātur, &c. in aliquibus verò non, in hac materia obscurè loqui videtur, & sic recurrendum ad locorum cōsuetudinem toleratam, & non reprobatam, quæ est optima legum interpres, *cap. cum dilectus, de consuetudine*, quæque, dum est legitimè introducta, etiā contra canones vim legis habet, vt probauimus supra in Additione ad Practicam 5. de testamento, dubio 10. si verò de consuetudine certò non constet, illi de quibus Summus Pontifex mentionem non facit, si scilicet cum signis pœnitentiæ moriantur, vel nō moriantur, etiam si in articulo mortis suorum pec-

ca-

catorum abſolutionem obtineant, eo inconſulto, in Eccleſia ſepeliri non poſſunt, cum ſupponere debeamus id Summum Pontificem egiſſe in odium peccati, in quo ipſi moriuntur, vt cæteri metum habeāt, vt de facto ſic ſtatuit quoad eos, qui in torneamentis decedunt.

Dub. 36. An cum dubitatur, num mortuus in læthali, ſigna contritionis dederit, an pœnitentiam egerit, &c. ei ſepultura deneganda ſit, vtpotè quia clamare auditus fuerit, & audienti viſum ſit verba deuotionis dixiſſe, vel inueniatur cum manu propè coronam extra fœmoralium crumenam prolapsā, vel quid ſimile.

Reſpondeo negatiuè, cum in dubiis fauendum ſit Reo, *Regula fauorabiliores*, 168. *de regul. iur.* & hoc etiam ſi pars aduerſa, à ſententia, quod ſepeliatur appellet, cum in hoc caſu appellationi locus dari non debeat, ex eo quia cadauer dilationem nequaquam admittit, ob ſui facilem corruptionē; nec appellatio admittenda eſt quoties res tempore perit. Nec obſtat id, quod in ſimili dubio 12. Practicæ 8. dictum fuit, nimirum, quod in dubio poſſeſſio ſtat pro præcepto, atque adeo in hoc caſu, cum dubitatur, an infirmus ſine ſignis contritionis mortuus ſit, poſſeſſio ſtare videtur pro præcepto, & prohibitione Eccleſiæ, nimirum, vt decedentes in mortali notorio, non datis ſignis contritionis, eccleſiaſtica ſepultura priuentur, & conſequenter, quod ſtāte hoc dubio, dum poſſeſſio ſtat pro Eccleſiæ prohibitione, eiuſmodi defunctus in Eccleſia ſepeliri non debeat. Nam Reſpondeo illud aſſertum, quod ſcilicet in dubio poſſeſſio ſtat pro præcepto, intelligi, cū præ-

ceptum absque alterius graui damno, & infamia, seruari queit, cum humana pręcepta, non ad homines infamandos, seu damnificandos, sed ad perficiẽdos data sint, at si sine alterius infamia præceptum seruari non possit, in dubio fauendum est Reo, & præceptum non seruandum, & sic, cum in casu nostro, si eiusmodi infirmus iam mortuus non sepeliretur in Ecclesia, in magnam eius infamiam cederet, vt patet ex communi omnium existimatione, ideo dum pro ipso concurrit aliqua probabilitas, quod scilicet cum signis contritionis mortuus sit, ipsi fauendum, & in Ecclesia tumulandus, nec per hoc, si realiter quoad Deum talis mortuus signa pœnitentiæ non dedisset, vlla Ecclesiæ, ipsiusquè prohibitioni afferretur iniuria, sepeliẽdo scilicet aliquem in Ecclesia, qui in ea sepeliri prohibitus erat, nam sufficit, quod in ea sepultus fuerit, qui pro se aliquod fauorabile signum, licet non totaliter certũ habebat, ob quod ex illo principio, quod in dubio fauendum sit Reo, in Ecclesia sepeliri potuit, & alioqui Ecclesiæ præceptum sine mortui non omnino certè ecclesiasticæ sepulturæ incapacis ignominia seruari non poterat. *Molf. f. in sum. tom. 2. tract. 13. cap. 8. num. 71. & seq. Bonac. de contract. disp. 3. q. 21. punct. 2. num. 6.*

Molfes. Bonacina.

Dub. 37 Si infirmus non morte naturali, sed violẽta moriatur, An occisor ad expensas in curatione vulneris, & funeris factas teneatur.

Respondeo ad Primum affirmatiuè, cum ipse totalis causa talium expensarum sit, demptis tamen quoad cibum, pretio illo ordinario, quod infirmus in illo emendo sanus insumpsisset, & etiã quoad cu-

ra-

rationem vulneris, quantum infirmus illam sibi retardat, Medicorum Regulas, sine graui suo incommodo, seù morali impossibilitate prætermittendo.

Ad Secundum verò respondeo, non teneri quoad totum, cum huiusmodi expensæ fieri simpliciter in morte naturali debuissent, sed solùm quātum damnificauit ex circūstantijs, puta accelerationis mortis, qualitatis loci, in quo occidit, &c. *Filiuc. tra. 32. cap. 8. num. 198.*

Dub. 38. An defunctus, qui se sepeliēdum in Ecclesia Regularium reliquit, debeat prius ad Ecclesiam Parochialem deferri, ita vt super corpus defūncti prius Parochus officium faciat, quam super illud in Ecclesia Regularium fiat, vel ob alium finē, prius ad Ecclesiam Parochialem deferendus sit, an verò recto tramite ad Ecclesiā Regularium, in qua sepulturam elegit, deferri debeat.

Respondeo, recto tramite ad Ecclesiam Regularium, & nullo modo prius ad Parochiam deferri debere, non obstante quacunque consuetudine in cōtrarium, ex declaratione Sacrę Congregationis Rituum in vna Vrbinaticensi sub die 25. Februarii 1606. & in vna Polignanēsi sub die 21. Maii 1618. Modo tamen soluantur Curato emolumenta solita defunctorum (excepta tamen Quarta) si Ecclesia Regularium, in qua defunctus sepelitur, à Quartæ solutione sit exempta, ex eadem Sacra Congregatione. Quod si cadauer bona fide, vel malitiosè ad Ecclesiam Parochialem translatum inueniatur, nihil aliud præter prædicta Parocho defūcti debetur, sed inde rectotramite ad Ecclesiā Regularium ducendum est, ex declaratione eiusdem Sacræ Con-

gregationis in vna Placentina ſub die 23. Martij
Barboſ. 1619. *Barboſ. in coll. Bull. verbo defunctus, verſ. 2. & 3.*

Dub. 39. Cum defunctus in Eccleſia Regularium ſepeliendus eſt, an Regulares teneantur accedere ad domũ defuncti, an verò expectare poſſint in via, vnde proceſſio cum Parocho tranſire debet, & ibi cum illis proceſſionaliter ſe vnire valeãt, & defunctum in eorum Eccleſia ſepeliendum aſſociare.

Reſpondeo, eos teneri accedere ad domum defuncti, vel ad Eccleſiam propè dictam domum, vel aliam, in qua fortè interim defunctus collocatus fuerit, & non eis in viis expectare fas eſſe, ex declaratione Sacræ Congregationis Epiſcoporum, & Gauant. Regul. ſub die 26. Auguſti 1616. *Gauant. in manu. verbo exequiæ, num. 11.*

Dub. 40. An Confraternitates laicorũ in funeribus aſſociandis Crucem erigere poſſint; Et an ad conueniendum ſolitis proceſſionibus per Epiſcopũ compelli queant.

Reſpõdeo ad Primum negatiuè, ex declaratione Sacræ Congregationis Rituum in vna Adrienſi ſub die 22. Nouembris 1631. prout dictum fuit ſupra dubio 25. & hoc etiam ſi ſint Confraternitates laicorum Sanctiſſimi Roſarij.

Reſpondeo ad Secundum affirmatiuè, præſertim ſi Epiſcopus ſit in poſſeſſione illas vocandi, & quidẽ cenſuris, quibus ipſe iudicauerit eas compelli debere, id agere poterit, ex declaratione Sacræ Congregationis Concilij ſub die 22. Ianuarij 1622. & ſub die 8. Maij 1627.

Dub. 41. An in ſepultura Sacerdotũ, laici ſepeliri poſſint.

Re-

Resp. negatiuè, sed in distincta sepultura humādi sunt Sacerdotes à sepultura laicorū, ex dispositione Ritualis Romani sub titulo de exequiis in Rubrica, vers. *Sepulchra. Gauant. in manu. verb. sepultura*, *nu.* 1. Gauant.

Dub. 42. An Capitulo Cathedralis Ecclesiæ ad alienam Parochiam pro defuncto ad ipsam Cathedralem ducendo accedente, possit Capitulum inde leuare cadauer irrequisito Parocho.

Respondent negatiuè, ex decisione Sacræ Congregationis Rituum in vna Thelesina sub die 18. Augusti 1629. Aldanus *in comp. canon. resol. lib.* 4. *tit.* 17. *num.* 1. & Barbosa *in collect. DD. in Trid. sess.* 25. *de reform. cap*, 13. *n.* 17. Aldan. Barbos.

P. D. Laurentius Cutillus.

ADDITIO.

BREVIS TRACTATVS

DE PRÆCEDENTIA.

Tàm Presbyterorum, quàm Religiosorum diuersorum Ordinum, ac Confraternitatum in funeribus associandis, alijsq; publicis processionibus seruanda.

DVb. 1. Qui locus debeatur Monachis Benedictinis supra alios Regulares, cum eos processionaliter corpus defuncti ad Ecclesiam associare contingit.

Res-

Respondeo, Monachos Benedictinos quarumcunque Congregationum sub Regula Sancti Benedicti militantium semper præcedere Fratribus mendicantibus cuiuscunque Ordinis sint, etiam si, tàm ordo, quàm mendicantium Monasterium in illo Oppido, vbi processio instituitur prius quam ordo, seu hæc, vel illa Benedictinorum Congregatio, de qua præcedentia controuertitur, instituta fuerit, vel eorundem Benedictinorum Monasterium in eodem Oppido fundatum sit, prout patet ex declaratione Clementis Octaui facta in sua Bulla, *Regis pacifici*, sub die 9. Februarij 1599. & etiam ex declaratione Sacræ Congregationis Rituum in vna Monopolitana sub die 23. Martii 1619. Exceptis tamen Monachis Oliuetanis, quibus in Ciuitate Neapolitana omnes Benedictini, omnesquè mendicantes in publicis processionibus præcedunt.

Dub. 2. An detur casus, in quo aliquis Ordo mēdicantium, omnibus Benedictinis in processionibus præcedat.

Respondeo affirmatiuè, & est quoad Canonicos Lateranenses, qui Benedictinis præcedunt, non vti Regulares, sed vti Presbyteri seculares, atque adeo, cum ad processiones cum habitu Presbyterali solummodo accedunt, & incedunt, id est cum rochetto tantum incedentes, non verò quando vti Regulares incedunt, idest cum cappa supra rochettum, ex sententia super hoc lata, ex delegatione Pij Quarti, à tribus Cardinalibus, & per ipsummet Piū post ea confirmata per Breue, seu Bullam particularem; Quæ tamen Bulla, & sentētia, quod de Canonicis tantū Lateranensibus, non verò de Canonicis al-

alterius Instituti, quod sic in processionibus incedẽtes, Benedictinis prçcedãt, locũ habeat, asserit Tamburinus *tom.* 1. *disp.* 25. *quęsit.* 6. *num.* 8. Verum tamen est, quod Abbates Benedictini, & Abbates Lateranenses in Concilijs Generalibus, Synodalibus, aliisque actibus, seu sessionibus publicis, habent inter se prçcedentiam secundum ordinem prioris promotionis ad Abbatiam, ex eadem Bulla, & sententia supra citatis. Quod etiam obseruandum quoad Abbates Benedictinos eiusdem ordinis inter se quoad præcedentiam: respectu verò aliorum Abbatum Benedictinorum diuersi ordinis, seu Cõgregationis inter se, extra processiones, in aliis actibus etiam publicis, ille alii præcedit, cuius Congregatio, seu ordo prius institutus fuit, & si eius Monasterium in loco controuersię de præcedentia posterius constructum fuerit, ipseque vltimò ad Abbatiam promotus sit, prout patet ex decisione Sacræ Rotę in vna Romana præcedentiæ coram Lãcellotto sub die 24. Maij 1600. & in alia Orioleñ. præcedentiæ coram Litta sub die 10. Martij 1600. *Cẽtarol. in quæstionibus de præced. num.* 2. & 10. Tambur. Centarol.

Dub. 3. Quẽ locum tenere debent Benedictini diuersorum ordinum inter se in processionibus.

Respondeo, illos alijs præcedere, quorum Monasterium prius in loco controuersiæ fundatum fuit, & hoc etiam si Monasterium illorum, qui præcedunt paruum Monachorum numerum contineat, idest si duo, vel tres Monachi, & duo, vel vnus conuersus in eo Monasterio commorentur, si enim hi possunt ab Episcopo ad accedendum ad processiones Corporis Christi v.g. compelli, & sic subeunt acceden-

di,

di,& obediendi onus;quare excludendi sunt à participatione fauoris suæ Congregationis, quod scilicet dum prius eorum Monasterium, quam aliud alterius Congregationis Benedictinæ in tali oppido, vbi fit processio fundatum sub titulo veri Monasterii est,scilicet Prioratus,seu loci Collegiati, & sub eodem semper titulo continuauit, & quidem sub titulo Monasterii Religiosorum illius ordinis, & non alterius Benedictini, qui se in diuino cultu, & charitate erga proximum exercuerunt,scilicet fidelium confessiones excipiendo, officium in Choro dicendo, reliquasquè suæ Regulæ obseruantias ibidem subeundo,aliis Benedictinis, qui eorũ Monasteriũ post illos in eodem oppido fundatũ habẽt, in processionibus præcedere nõ debeãt? vel dicendum,quod dum Monasterium paruum Monachorũ numerum continet,idest dum in eo non sunt plures quam duo, vel tres Monachi, ab Episcopo loci ad publicas processiones compelli nequeant.

An autẽ si Monachi Benedictini Monasterii posterius in loco cõtrouersię cõstructi,sint in possessione, vel quasi possessione præcedendi Monachis Benedictinis alterius Ordinis,quorum Monasterium ibidem ante eorum Monasterium constructum inueniatur,in illa possessione præcedendi, manutenẽdi sint; ꝑfectò ita fatẽdum est,vt patet à simili ex Bulla Gregorii XIII. quoad mendicantes emanata, prout mox dub.seq.dicetur. Verum tamen est, Monachos Congregationis Casinensis,in Ciuitate Veronæ præcedere in omnibus processionibus, quia ibi fiũt Monachis Oliuetanis, ex declaratione Sacr.Congreg.Rituum sub die 23.Iannarij 1610.

Dub.

Dub. 4. Quē locū tenere debeāt in processionibus Fratres mēdicātes diuersorum Ordinū inter se.

Respondeo, quoad Fratres mendicantes, Fratres Dominicanos præcedere omnibus mendicantibus cuiuscunque Ordinis, etiam prius Instituti, quam Ordo Prædicatorum, & etiam si eorum Monasteriū in loco cōtrouersię quoad pręcedentiam posterius constructum sit, quam Monasterium cœterorum mendicantium, prout patet ex Bulla Pij V. *Diuina disponente clementia*, sub die 27. Augusti 1568. & ex Bulla Clementis Octaui, *Inter catera cordis*, sub die 25. Septembris 1594. in quibus Bullis excommunicantur excommunicatione latæ sententiæ cęteri Regulares mendicantes, si Fratres Prædicatores, eos sibi præcedere impediant, molestent, &c. Quoad alios verò mendicantes inter se, illi aliis in loco vbi fit processio præcedunt, qui sunt in possessione, vel quasi possessione aliis ibidem præcedendi, quod si eiusmodi quasi possessio non probetur, vel de ea non constet, illi præcedunt, quorum Monasterium prius quam Monasterium aliorum mendicantium in loco, vbi processio instituitur fundatū est, etiā si alioqui Religio Fratrum Monasterii prius fundati, posterius aliis Religionibus mendicantium instituta fuerit, prout habetur ex Bulla Gregorii XIII. *Exposcit pastoralis*, sub die 15. Iulii 1583. & etiam si Patres Monasterii prius fundati sint eiusdē Regulæ cum Patribus Monasterii posterius cōstructi puta Regulæ Sancti Francisci, sed Patres primi Monasterii sint posterius instituti, quam Patres secūdi Monasterii, ex declaratione Sacræ Congregationis Rituum sub die 14. Februari 1615. & sub

Pius V.

Clem. 8.

Greg. 13.

Barbos. Tambur. die 15. Iulii 1616 & sub die 3. Iunii 1617. *Barbos. de iur. Eccles. lib. 1. c. 43. n. 192. Tambur. to. 1. disp. 25. q. 9. n. 11.* Verũ si cõtingat, q̃ in vno loco, in quo inuenitur iam constructũ Monasteriũ mendicãtium vnius ordinis (q̃ idẽ à pari quoad Benedictinos si similis casus inter eos accidat dicẽdũ est) lõgo tẽpore post alia Monasteria eiusdẽ Ordinis ibi ædificentur, Fratres in talibus Monasteriis prius, & posterius ædificatis cõmorãtes, p̃cedũt in processionibus aliis mẽdicãtibus alterius Ordinis, cõmorantibus in Monasterio, seu Monasteriis ædificatis in eodem Oppido, seu Ciuitate post constructionem primi, licet non post constructionem cęterorum Monasteriorũ partis aduersæ, ex prædicta declaratione Sacræ Cõgregationis Rituum sub die 3. Iunii 1617.

Dub. 5. An id, quod dubio præcedenti dictum est de mendicantium præcedentia inter se, procedat etiam quoad Capuccinos per comparationem ad alios mendicantes.

Respondeo affirmatiuè, cum iura supra adducta quoad mendicantium præcedentiam, disponãt vniuersaliter de mendicantibus, sub quo verbo, verè, & propriè Capuccini, vti veri mendicantes comprehenduntur; verùm ex declaratione Sacræ Congregationis Rituum, sub die 23. Martii 1619. Capuccini semper præcedentiam tribuere debent aliis mẽdicantibus, & si nouiter post ipsos ad Oppidum, vbi fit processio introducti fuerint, qui alias in eodem loco, antequam ibidem Capuccini in processionibus propriam Crucem erexissent, ipsi sub propria eorum Cruce in publicis processionibus incesserãt.

Tambur. *Tambur. tom. 1. disp. 25. quæst. 8. num. 9.*

Dub.

Dub. 6. An Patres Reformati Sancti Bernardi (Fulienses vocati) qui in Ciuitate Neapolis, Monachi Sancti Caroli Maioris vocantur, Mendicantibus præcedant.

Respondeo affirmatiuè, ex Bulla Clementis Octaui, *Regis pacifici*, vbi statuitur huiusmodi Patres, tanquam Monachos omnibus mendicantibus præcedere debere, etiã si in loco præcedẽtiæ prius mendicantes Monasterium fundauerint, quam Patres Fulienses. *Tambur. de iur. Abbatum, to. 1 disp. 25. q. 8. n. 2.* Sic etiã decisum fuit, quod ad Syluestrinos in Sacra Congregatione Episcoporum, & Regul. in vna Nucerina sub die 24. Ianuarii 1617. & sub die 19. Maii eiusdem anni, nimirum eos vti Monachos, mendicantibus præcedere, si realiter in dicto loco ipsi non mendicent, etiam si eorum Monasterium posterius in loco controuersiæ constructum fuerit, quam Monasterium mendicantium. Tambur.

Dub. 7. Quem locum tenere debeãt in processionibus Presbyteri seculares per comparationem ad Benedictinos.

Respondeo, Presbyteros seculares processionaliter incedẽtes præcedere omnibus mẽdicantibus, Monachis, & Religiosis cuiuscũque Ordinis, prout patet, nõ modo ex iuribus, quæ ad hoc probandum afferri possent, vt essent quamplurimæ Sac. Congr. Rituum declarationes, vt in vna Elboren. 28. Septẽbris 1602. Messan. 7. Augusti 1621. Tullen. 12. Martii 1616. & aliis, sed in specie, ex serie, & narratiua Bullæ Clementis Octaui supra dubio 1. citata.

Dub. 8. An in aliis actibus publicis, extra processiones, Benedictini, Presbyteris secularibus pcedãt.

Tamburr. Respondet Tamburrinus *tom.1.disp.25.quæst. 2.à num.7.& seqq.* quod Abbates Regulares cum processionaliter cum suis Monachis non incedunt, sed cum aliis actibus publicis interueniunt, puta Conciliis Generalibus, aliisquè sessionibus, omnibus aliis Presbyteris infra Episcopum, etiam in dignitate constitutis, præcedunt, quod loco citato, nō solū de Abbatibus, sed etiam de quocunq; alio Superiore Regulari, qui Ecclesiæ Collegiatæ Regularium præest, ipsemet affirmat; At Riccius, & alii infra citandi id absolutè verum esse aiunt de Abbatibus vsum mitræ, & baculi habentibus, talemquè præcedentiam, extra casum processionum (in quo casu fatetur Riccius, ꝙ clerus representat Episcopū, sicquè omnes præcedit) in omnibus aliis casibus, actisquè publicis, Conciliis, & sessionibus, post Episcopum supra omnes alios Presbyteros, dignitates, ac supra ipsummet Episcopi Vicarium, eis de iure, scilicet ex capitulo finali, *de off. deleg. in 6.* & ex Cœremoniali Episcoporum cōpetere ipsi fatētur. Ricc. Lel. Zecc. *Riccius 4. par. suæ praxis, dec. 391. 392. & 393. Lel. Zecch. de Repub. Ecclesiast. cap. 25. de Abbatibus, & cap. 29. de ordine, & præced. Prælatorum.*

Dub. 9. Quem ordinem seruare debeāt in publicis processionibus Presbyteri seculares inter se.

Respondeo, quoad Presbyteros seculares inter se in associandis funeribus ad Ecclesiam, Canonicos Cathedralis, & Collegiatę prçcedere Parocho, ad cuius Ecclesiam defunctus defertur, prout patet ex declaratione Sacræ Congregationis Rituum in vna Ostiensi Terræ Cori sub die 9. Martii 1617. & in vna Prçnestina Cauarū sub die 14. Augusti 1618.

quam-

quamuis eadem Sacra Congregatio in vna Sancti Angeli Terræ Saxiferrati, sub die 24. Octobris 1609. contrarium quoad Canonicos Collegiatæ decreuerit, nimirum quod in prædicto casu ijs Parochus defuncti præcederet, sed quia hæc declaratio est prior prædicta, & posteriora derogant prioribus, *l. pacta nouissima. C. de pactis*, ideò prædicta, & nō hæc attēdi debet; Quod tamen intelligitur, modo Parochus ex immemorabili consuetudine Canonicis Cathedralis, & Collegiatæ præcedere non soleat; nam si id soleat, in hac præcedentia manutenerí debet, ex declaratione Sacræ Congregationis Rituum in vna Viterbiensi sub die 25. Iunij 1611. apud Barbosam *de Canonicis, & dignitatibus*, c. 18. *num.* 60. 61. & 62. & modo Canonici ad funus vniti, & tanquam facientes Collegium accedant, & incedant, secus si vti personæ particulares, & separati funus comitentur, idest sine Cruce, & sine consensu Capituli, vti singuli incedentes, ex declaratione Sacræ Congregationis Rituum in vna Sutrina sub die 20. Nouembris 1603. Verum Parochus defuncti, & Parochus Ecclesiæ, ad quam defunctus sepeliendus ducitur, omnibus aliis Presbyteris, & Parochis in tali casu, ex prædicta Sacræ Congregationis declaratione Terræ Sancti Angeli Saxiferrati præcedit; Huiusmodi tamen Parochi pares incedere debent, sed à sinistris Parochus defuncti, à dextris, autem Parochus loci, in quo defunctus sepelitur, ex declaratione Sacræ Congregationis Episcoporum sub die 2. Iulij 1591. & hoc, etiam si Parochus loci ad quem defunctus sepeliendus ducitur sit Regularis, immò si plures Curati defunctum associarent Barbos.

rent Curatum Regularem in medio deferre deberent, ex declaratione Sacræ Congreg. Episcoporũ, & Regul. sub die 14. Augusti 1584. An autem intus ipsammet Parochi Ecclesiam, Canonici Cathedralis Parocho præcedere debeant, profectò, præcisa consuetudine immemorabili in contrarium, ita fatendum est, ex declaratione Sacrę Congregationis Rituum in Suttrina citata, & fatetur Barbosa loco citato, *num.* 63. quod tamen ipsemet Auctor *de potestate Episcopi, alleg.* 75 *num.* 38. ex decisione Sacræ Rotæ id negat de Decano, Capitulo, & Canonicis Collegiatæ, faceturquè, quemcunque Rectorē in propria Ecclesia illis præcedere debere; verum cum intus Ecclesiam Parochialem Canonici Cathedralis Parocho præcedunt, facere officium super corpus defuncti spectat ad Parochũ priuatiuè quoad Canonicos, & totũ Capitulum, omnesquè alios Sacerdotes, ex declaratione Sacræ Cōgregationis in vna Pisaurensi sub die 20. Octobris 1603.

Barbos.

Dub. 10. Quinam ordo seruandus sit in præcedentia, quoad Canonicos inter se in processionibus, aliisq; actibus.

Respondeo, Canonicos, qui habent Canonicatũ Presbyteralem præcedere Canonicis habentibus Canonicatum Diaconalem, licet hi prius quam illi ad Canonicatum promoti fuerint; nec obstat si quæ fortè alicubi fuerit consuetudo in contrarium introducta, ex declaratione Sacræ Congregationis Rituum relata à Riccio *tom.* 1. *suæ Praxis Archiepiscopalis Resol.* 554. *num.* 3. Quoad Canonicos verò, Canonicatum Presbyteralem habentes inter se respectiuè consideratos, ille alij præcedit, non solũ

Ricc.

in

in processionibus, sed in stallo Chori, & in danda voce in Capitulo, aliisquè actibus, qui prius Canonicatus possessionem accepit, & si posterius quam alter ad Canonicatum quoad datam fuerit electus, ex decisione Sacræ Rotæ in vna Vicentina præcedentiæ sub die 27. Aprilis 1594. & in alia Burgen. sub die 30. Aprilis 1599. *Gauantus in manu. Episcoporum, verbo Præcedentia, num.* 38. *&* 39. *Riccius citatus, decis.* 555. Si verò Canonici, beneficii possessionem simul cœperint, ille alii præcedit, qui prius quoad datam in Canonicatum electus fuit, & si posterior in data prius literas præsentauerit, vel si fuerint simul ad Canonicatum quoad datam etiam promoti, ille alii præcedit, qui prius Sacerdotali fuerit ordine insignitus. *Riccius par.* 3. *suæ praxis Archiepiscopalis Neap. resol.* 270. *num.* 2. Gauant. Ricc. Riccius.

Dub. 11. An Prothonotarii Apostolici præcedãt Canonicis collegialiter incedentibus in processionibus; Et an etiam Abbatibus Regularibus.

Respondeo ad Primum negatiuè, si loquamur de Prothonotariis non participantibus, ex declaratione Sacræ Cõgregationis Rituum sub die 23. Martii 1619. Verum hi, Canonicis collegialiter non incedentibus præcedunt, ex declaratione eiusdem Sacræ Congregationis sub die 12. Iulii 1628.

Respondeo ad Secundum, tales præcedere Abbatibus in processionibus, non verò in sessionibus, ex declaratione Sacræ Cõgregationis Rituum sub die 6. Martii 1610.

Dub. 12. An in processionibus, Canonici Cathedralis præcedant Priori Collegiatę, ipsisquemet Collegiatæ Canonicis.

Re-

Respondeo, tales Canonicos scilicet Cathedralis omnibus præfatis præcedere, ex declaratione Sacræ Congregationis Rituum sub die 19. Augusti 1629. & quidem etiam in associandis funeribus in ipsamet Ecclesia Canonicorum Collegiatæ sepeliendis, & in omnibus actibus, & functionibus, etiam in Collegiata, & vbique exercendis, ex declaratione Sacræ Congreg. Rituum in Prænestina Cauarum sub die 18. Augusti 1618. non obstante consuetudine in contrarium, ex declaratione eiusdem Sacræ Congregationis in vna Tusculanensi sub die 19. Augusti 1619. & in vna Fundan. sub die 2. Octobris 1597. Quod ego de consuetudine non immemorabili intelligi puto, vt in simili supra dub. 9. dictum est; nam consuetudo, præsertim immemorabilis, in his differentiis præcedendi semper attẽdi debet, ex multis Sacræ Rotæ decisionib. apud Seraphin. *decis. 335. 663. & 964.* etiam si consuetudo iuris dispositioni repugnaret. Secus verò si sine Cruce, & sine consensu Capituli Canonici Cathedralis incedant vti singuli in processionibus cum Canonicis Collegiatæ, & in Ecclesia Collegiata, tali etiam modo existant, ex eadem Sacra Congregatione, in vna Sutrina sub die 20. Nouẽbris 1603.

Seraph.

Dub. 13. An Vicarius foraneus præcedat Præpositis Collegiatarum.

Respondet Riccius infra citandus negatiuè, quia iste cum non sit Vicarius Generalis non facit vnum Tribunal cum Episcopo, nec illius personam in rigore repræsentat, sed est simplex illius delegatus. *Riccius in prima par. suæ praxis Archiep. Neap. resol.* 552. patet etiam ex declaratione Sacræ Congrega-

Ricc.

tionis

tionis Rituum sub die 30. Iunii 1629. quæ declarauit, Vicarium foraneum ratione sui muneris nullum Presbyterum præcedere, quem tamen extra suum munus alias præcedere non deberet; Verum in Congregationibus tãtum, quas ipse facit, primus sedet, alijsquè præcedit, ex declaratione eiusdem Sacræ Congregationis sub die 20. Decẽbris 1603. *Gauan. in manu. Episcoporũ, verb. Vicar. foran. n. 5. et 6.* Gauan. at.

Dub. 14. An Presbyter Doctor cęteris paribus quoad reliqua præcedat alijs Presbyteris in processionibus, aliisq; publicis actibus.

Respondeo negatiuè, sed Presbyter prius ordinatus, alteri posterius ordinato præcedit, ex declaratione Sacrę Congregationis Rituum in vna Mediolanensi sub die 29. Nouembris 1603. & in vna Coriglionis in Sicilia sub die 19. Martii 1611. Et in alia Messanensi Terræ Gagliani sub die 20. Aprilis 1619. & in alia Cephaludẽsi sub die 30. Maii 1621.

Dub. 15. An Prælati vtriusque signaturæ Referendarii præcedant Canonicis, & dignitatibus.

Respondeo affirmatiuè, sed extra Ecclesiam, ex declaratione Sacrę Congregationis Rituum in vna Veronensi sub die 6. Iunii, & 4. Iulii 1626. *Barbos. in coll. Bull. verb. Canonici præcedentes, vers. vlt.* Barbos.

Dub. 16. Quænam ex Confraternitatibus laicalibus, alii in processionibus pręcedere debeat.

Respondeo, quoad Cõfraternitates laicales, illæ aliis præcedunt, quæ prius saccis, seu Confratrum vestibus vsæ sunt, idest quæ prius saccis indutæ, processionaliter incesserunt, prout patet ex Bulla Gregorij XIII. supra Dubio quarto recensita; quod si vna Confraternitas prius licentiam gestandi saccos Greg. 13.

obtinuerit, & alia posterius, sed hæc prius saccis vsa sit quam illa, hæc quæ prius licentiam illos gestandi habuit, illi præcedit, ex decisione Sacræ Rotæ in vna Mutinensi præcedentiæ, sub die 25. Iunii 1638. coram Merlino, quæ etiam decreuit, quod quando vna Confraternitas est in possessione, vel quasi possessione præcedendi alteri, illi præcedentia dari debeat. Nec Cõfraternitates Rosarii per hoc præcisè, quod tales sint, præcedẽtiam super alias Confraternitates prætendere possunt, ex declaratione Sacræ Congregationis Rituum in vna Bononiensi sub die 9. Decembris 1617. sed supra dicta omnia in hac materia, sicut aliæ Confraternitates obseruare debent.

P. D. Laurentius Cutillus.

ADDITIO.

BREVIS TRACTATVS DE QVARTA FVNERALI.

Sepulturæ occasione debita.

DVb. 1. Quid sit Quarta, Et de quibus rebus illa Parocho defuncti debeatur, cum defunctus extra suam Parochiam sepelitur.

Respõdeo ad Primum, Quartam, esse partem obuentionum, quã consequitur illa Ecclesia ex tumulatione defuncti, ex relictis causa mortis, & ex oblatis causa funeris, cum defunctus extra suam Paro-

chiam

chiam in aliena Ecclesia sepelitur, quæ tamen potest variari, quod si minor, vel maior quarta parte obuentionum huiusmodi secundum Oppidorum Diœcesum, in quibus defunctus tumulatur cõsuetudinem; quod si hæc consuetudo sit diuersa in Parochia defuncti, & in Ecclesia in qua defunctus sepelitur, ait Lauorius *tom.* 1. *suorum operum, tit.* 2. *cap.* 17. *num.* 4. seruandam esse consuetudinem Ecclesiæ Parochialis, quod si nec in Ecclesia Parochiali adsit, seruandam esse consuetudinem aliarum Ecclesiarũ illius Diœcesis, si vniformis sit; si verò sit varia, seruanda est consuetudo Cathedralis illius Diœcesis, & si nec in illa hæc consuetudo inueniatur, debet solui quarta pars obuentionum, prout supra strictè sumpta, quia hæc est conformis dispositioni iuris. Lauorius.

Respondeo ad Secundum, huiusmodi quartam Parocho defuncti deberi. *Primo*, de omnibus oblationibus factis causa funeris illi Ecclesię, in qua defunctus extra suam Parochiam sepulturam eligit, ibiquè sepelitur, & de legatis etiã pijs tali Ecclesiæ causa mortis factis, prout habetur ex *c. requisisti, c. de his, de testamẽto, & c. de quarta, de praescriptionib. et ex clem. dudum, de sepult.* modo tamen legata, ad vsus priuilegiatos facta non sint, prout dicemus infra dubio 7. *Bonac. de contract. disp.* 3. *q.* 22. *punct.* 2. *n.* 1. Bonac. *Oldrad. cons.* 225. *Secũdo* debetur quarta de his, quæ Oldrad. ad pompam supra, vel circa cadauer apponuntur, vt sunt arma, libri, banderia, pallium, culcitra, &c. *Petrus de Vbaldis de canonica portione, cap.* 4. *num.* 10. Petr. de Vbald. *Oldradus cons.* 221. *num.* 7. *Tertio*, debetur quarta de Oldrad. candelis, quæ distribuuntur, & accenduntur secunda die post obitum defuncti, cum pro eius anima so-

lenniori pompa ea,qua defunctus die præcedēti tumulatus fuit,magno scilicet adhibito Religiosorū, Confraternitatū, & Presbyterorum numero missa cantatur in illa Ecclesia, in qua defunctus extra suā Parochiam sepulturam elegit, & tumulatus fuit, ex declaratione Sacrę Congregationis Episcoporū,& Regul. sub die 3.Augusti 1621.apud Barbosā mox citandum; secus si missa non solenniori pompa (vt dictum est) pro anima defuncti cantetur, vel & si solenniori pompa, tamen cantetur, non in illa Ecclesia,vbi defunctus sepultus fuit,sed in alia diuersa, vel si candelæ in minori quantitate diei præcedētis distribuātur. De intortijs autē,& candelis,quæ per viā à Presbyteris,& Regularib. deferuntur circa cadauera, & quæ postea p̄sente corpore pro celebrandis missis, ac etiam circa corpus accenduntur,satis resolutum fuit sup.dub. 28.*de infirm.in ord.ad sepult.*

Dub.2. An cum defunctus in Ecclesijs Regularium sepelitur,debeatur à Regularibus quarta Parocho defuncti de ijs,quæ illis occasione funeris,& tumulatione mortui obueniunt, siue consistant in cera,siue in missis,siue in legatis,quę eorum Ecclesijs fiunt.

Respondeo negatiuè, si Regulares habeant priuilegium à Sede Apostolica de rebus sibi oblatis causa funeris,& de relictis causa mortis non soluēdi quartam Parocho defuncti, vt sunt nonnulli Regulares,qui habent priuilegium à Summo Pōtifice non soluendi quartam,de quibusuis obuētionibus, quæ illis eueniunt, ex eo quod in eorum Ecclesijs aliquem sepeliant, vt inter cæteros Regulares sunt Monachi nostræ Congregationis Montis Virginis,

Or-

Ordinis Sancti Benedicti, qui eiusmodi priuilegio fruuntur, sibi ab Vrbano Quarto apud Vrbem veterem anno 1264. concesso, incipit, *Et si vniuersæ Orbis Ecclesiæ, §. Præterea auctoritate Sāctę Sedis Apostolicæ*; Fruūtur etiā nostri Ordinis Patres hoc exēptionis priuilegio per participationem priuilegiorum aliis Regularibus in hac materia concessorum (participatio enim priuilegiorum in specie in hac materia aliorum Regularium, Regularibus participantibus suffragatur, vt declarauit Sacra Rota in vna Liciēsi quartę funer. sub die 15. Ianuarii 1618. in fauorem Clericorum Regularium, ex eo quia aliorum Religiosorū priuilegia exemptionis à solutione huiusmodi quartæ participabāt, vt refert Riccius *in sua prax. Archiepiscopali, par. 3. resol. 336. n. 6.*) præsertim Patribus Camaldulensibus, quorum priuilegia, nostra Cōgregatio, ex concessione Pauli V. sub dat. Romæ apud Sanctum Marcum die 19. Maij 1611. incipit, *Postulat ratio Pastoralis officij*, participat: qui Patres Camaldulenses hac exemptionis immunitate à p̄dictæ quartæ solutione sibi à Leone X. sub dat. Romæ apud Sanctum Petrum anno 1513. incipit, *Et si à Sūmo. §. nec aliquid ex dictæ, & §. ex relictis*, cōcessa fruūtur: Per quam cōmunicationem cum priuilegiis Camaldulentiū, Patres nostri Ordinis participant omnia priuilegia mendicātibus concessa, ex eo quia illa etiam Patres Camaldulenses participant, inter quæ mendicantium priuilegia, adsunt priuilegia eis concessa exemptionis ab huiusmodi quartæ solutione, vt conceditur per Iulium II. Minimis anno 1506. & per eundem Pontificem conceditur Minoribus de obseruantia

Vrban. 4.

Ricc.

Paulus V.

Iulius 2.

anno

Paul. 3. Nicol. V. anno 1511. & per Paulum III. Minoribus anno 1544. & per Nicolaum V. Carmelitis. Quod autem quarta non debeatur, cum quis sepelitur in Ecclesiis prefatorum Religiosorum prædicta Apostolica priuilegia de illa non soluenda habentium, patet ex decisione Sacræ Rotæ supra citata. Ricc. Bonac. Archang. Carac. Barbos. *Riccius supra cit. resol. 336 num. 5 & 6. Bonacin de contrac. disp. 3 q. 22. punct. 2. num. 3. vers. dixi in propositione, Archangelus Caraccia, de quarta funerali, cap. 1. Barbos. de iur. Eccles. lib. 3. cap. 24. num. 52.*

Conc. Tri. Dub. 3. Dum in Concilio Tridentino *sess. 25. de reformatione. cap.* 13. reuocantur priuilegia Regularibus concessa non soluendi quartam, videtur dici non posse, quod Regulares virtute priuilegiorum ante Tridentinum concessorum, à quartæ solutione Parocho defuncti facienda eximantur, prout supra dubio præcedenti dictum fuit.

Respondeo, in Concilio Tridentino loco citato reuocari priuilegia quoad hanc materiam concessa respectu illorum Regularium, Monasteriorum, aliorumque locorum piorũ, quæ à 40. annis vltra ante, quam Concilium Tridentinum confirmaretur illam soluere solita erant, non verò respectu illorum locorum piorum, & Regularium, qui ante annos 40. ante quam Tridentinum confirmaretur (quod confirmatum fuit die 26. Ianuarii 1564.) non erant soliti illam persoluere, ac priuilegium illam non soluendi habebant, prout patet ex Trid. Conc. Tri. *dicta sess. 25. de reform. cap.* 13. licet tale priuilegium ante prædictos 40. annos prius quam Tridentinum confirmaretur à Sede Apostolica obtinuerint; nam & si in Tridentino reuocẽtur priuilegia non soluẽdi quar-

tam

tam Religiosis concessa tamen reuocãtur in ordine ad illa Monasteria, quæ erant solita ante dictos 40. annos soluere quartam, non verò in ordine ad ea, quæ non erant solita illã soluere ante 40. annos ante Tridentini confirmationem; quæ exemptio non soluendi quartam procedit etiam quoad illa Monasteria dictorum Regularium priuilegiatorum, prout mox supra, quæ in dies post Tridentini confirmationem ædificantur, ex declaratione Sacræ Congregationis mox adducenda. Si verò Religio ante 40. annos ante Concilij Tridentini confirmationẽ erat solita persoluere quartam, ad illam sanè tenetur, etiam si in illo decursu 40. annorum obtinuerit priuilegia non soluendi quartam, prout patet ex eodẽ Tridentino loco citato, nisi fortè postea à Sancta Sede Apostolica talium priuilegiorum confirmationem postquam Tridentinum confirmatum fuit obtinuerit; tunc enim simpliciter ad illam non tenetur: quod adeò verum est, vt nec illam soluere obligetur in illis Monasterijs, quæ in dies ædificantur, & post Concilij cõfirmationem ædificata sunt, vt declarauit Sacra Congr. in vna Rossanẽsi sub die 21. Septẽbris 1591. vt refert Barbosa apud Trid. *dicta sess. & capitulo, vers. Congregatio sæpius respondit.* Barbos.

Quod si cõtrauertatur an Monasterium 40. annis vltra ante Tridẽtini confirmationẽ fundatum sit, & quartã soluere solitũ, onus probandi incumbit actori, scilicet Parocho, qui quartam prætendit, prout tenet Bonacina *dub. præced. cit. nu. 4. vers. obserua tamen*, & declarauit Sacra Congregatio apud Barbosam super Tridentinũ *loc. cit. ver. Congregatio censuit.* Bonac. Barbos.

An autẽ illæ Religiones, seu Cõgregationes, quæ

non

non habent priuilegium Apostolicum exemptioni à quartæ solutione,& ante annos 40. prius quã Tridentinũ cõfirmaretur,erãt solitę soluere quartã,illa quoq; soluere teneantur in iis Monasteriis,quę sunt fundata post confirmationem Tridentini,vel in illo decursu 40.annorum ante Tridentini confirmationẽ;porrò ad illam tenentur, prout patet ex declaratione Sacræ Congregationis,allata à Barbosa apud Tridentinum *loc.cit. vers. à dispositione igitur.*

Barbos.

Et ex his patet quinã Regulares nõ teneãtur soluere quartã virtute priuilegiorũ,quinam verò,illis non obstantibus,adhuc eam soluere astringantur; Verum fatetur Lauorius *tom.1.suorum operum, tit.2. cap.3.num.186.*has Religiones ante 40.annos prius quam Concilium Tridentinum cõfirmaretur quartam soluere solitas,ad eam soluendam non astringi, nisi de ceris,ac de eis,quæ cum cadauere sepeliẽdo actu ad Ecclesiam deferuntur, non verò de missis, de legatis,relictis;seu donatis à defuncto Regularibus,seu Monialibus præfatarum Religionũ,in quorum Ecclesiis sepelitur, sic refert decisum fuisse à Pio V.per suam specialem Bullam,incipit, *Et si mẽdicantium*, anno 1567. Quid autem in hoc de nostra Congregatione Montis Virginis dicẽdum;certè quod Apostolicis priuilegiis de exemptione à quartæ solutione muniatur,satis dubio præcedenti dictum fuit; quod verò ante Concilium Tridentinum,& etiam de præsenti eam soluere solita nõ sit, ex eo patet,quia cum anno 1548. à nonnullis Episcopis quoad hoc vexaretur, præsertim ab Episcopo Auellini,Ciuitatis Asculi,& Triuici;Per Episcopum Capritanum,& Vicarium Generalem Neapo-

Iul.Lauor.

Pius V.

lis

lis tãquam ſuper hoc à Sede Apoſtolica delegatos, ex ſpeciali reſcripto ſibi à Paulo III. tranſmiſſo, ſub die 25. menſis Octobris eiuſdem anni, auditis partibus, lata fuit ſententia in fauorem noſtræ Congregationis de exemptione à quartæ ſolutione de legatis piis, mortuariis, aliiſquè iuribus Epiſcopalibus, ex noſtris Apoſtolicis priuilegiis, & ex immemorabili poſſeſſione, illam nunquam ſoluendi, prout patet ex inſtrumento originali ſententiæ, quod in ſacro Monaſterio Montis Virginis de Mõte aſſeruatur, & in qua etiam immemorabili poſſeſſione in omnibus ſuis Monaſteriis ad præſens inuenitur.

Dub. 4. An ad quartæ ſolutionem teneantur Monaſteria, ſeu Eccleſiæ, quæ nullum exemptionis priuilegium à quartæ ſolutione habent, de cereis, ſeu candelis, quæ non deferuntur circa cadauer, nec circa illud accenduntur, ſed prius mittuntur ad Eccleſiam, ſed nec funeri, nec officio ſuper cadauer faciendo inſeruiunt.

Reſpondeo negatiuè, & hoc ita practicari aſſerit Riccius mox citandus; Nec debetur de his, quæ donantur Eccleſiæ, vbi defunctus ſepelitur, non cauſa mortis, ſed in vita. *Riccius in ſua praxi Archiep. par. 3. reſol. 337. num. 1. & 2 Lezana tom. 1. cap. 3. nu. 12.* Ric. Lezan.

Dub. 5. An debeatur quarta de illo legato, etiam cauſa mortis illi Eccleſiæ, ſeu Monaſterio, à quartę ſolutione per Apoſtolicum priuilegium non exempto relicto, in qua Eccleſia, legans poſtea non ſepelitur, vel ſi legatũ cauſa mortis nõ fiat *Eccleſiæ*, ſed perſonis particularibus, puta pro victu Monachorũ, pro Regularibus in communi talis, vel talis Conuentus, &c. Frãciſco, Antonio, Cõfraternitatib. &c.

Respondeo negatiuè, nam quarta de legatis causa mortis locis piis, nõ verò personis particularibus, quæ non sunt loca pia factis debetur; Id tamen limitat Riccius infra adducendus, quoad Confraternitates, modo sint fundatę auctoritate Episcopi, tũc enim, illas loca pia nominari, seu esse fatetur, & per consequens de huiusmodi legatis piis illis factis, quartã deberi. *Riccius dub. praeced. cit. n. 9. & 10. & resolut. 338. num. 14. Cardin. Tusc. verbo quarta, conclus. 27. num. 50. & 51. Molses. in summa, 2. parte, tract. 13. cap. 9. num. 41. Bonac. de contract. disp. 3. q. 22. puncto 2. num. 1. vers. primo quartam non deberi ex legato, & num. 2. vers. ex quo sequitur quartam.*

Ricc.
Tusc.
Molf.
Bonac.

Dub. 6. An debeatur quarta, quando quis non sepelitur in sua Parochia, ex eo quia est interdicta culpa Parochi.

Respondeo negatiuè; Secus verò si non sit ipsius culpa tali censura affecta, vel si impedimentum non ex culpa Parochi proueniat, vt si Parochianus non possit sepeliri in Ecclesia Parochiali, ex eo quia sepulturæ, aqua plenæ sint; Secus etiam si in Ecclesia in qua defunctus sepelitur, tacitè sepultura electa fuerit, ex eo .s. quia ibi erat suorũ sepultura maiorũ, &c. tũc enim de legatis illi Ecclesiæ factis Parocho quarta debetur. *Portel. verb. canonica portio, in addit. n. 3. Bonac. dub. præced. cit. n. 1. vers. dixi de relictis illi Ecclesiæ, & num. 3. Riccius ibidem etiam cit. resol. 337.*

Portel.
Bonacina.
Ricc.

Dub. 7. An debeatur quarta de relictis ad vsus priuilegiatos.

Respondeo negatiuè, prout patet ex capitulo *finali, de testam.* & ex clementina *dudum, §. verum, de sepult.* Vt si legatum causa mortis fiat à moribundo,

(qui

(qui extra suam Parochiam sepulturam eligit,& de facto ibi post mortem sepelitur) ad perpetuum obsequium diuini cultus, puta pro fabricãda Ecclesia, pro illius reparatione, ꝑ Cappellis cõstruendis,pro vestibus, aut vasis sacris, ꝑ luminaribus, aut cereis ad diuinũ cultũ destinatis emendis. Item de relictis ad celebrandum anniuersarium perpetuum, vel pro tricenario, vicenario,aut septenario celebrãdo in perpetuũ,vel pro missis celebrandis,vel pro onere celebrãdi tot, vel tot missas;sic fuit resolutũ à Sacra Rota anno 1586.die 5.Martij,prout refert Riccius citatus;sic ẽt tenet Tuscus *verbo quarta,concl.* 28.*n.*5.*&* 6. Præterea censentur etiam infrascripta, legata ad vsus priuilegiatos, ac proinde de iis non soluitur quarta,si.s.defunctus,qui extra suam Parochiam sepelitur Ecclesiæ,in qua elegerit sepulturã, & tumulatur,legauerit aliquid ꝑ alimẽtis pauperũ, pro dotandis, seu pro monachandis puellis pauperibus,vel non pauperibus suæ familiæ,tot v.g.singulis annis(tunc enim legatum non est pium,& consequenter non debetur quarta)vel si legatum fiat pro pane dando qualibet hebdomada pauperibus, vel pro reparatione,seu restauratione Ecclesiarum,vel aliorum locorum piorum,seu Hospitalium, etiam si loca pia pro tunc restauratione non indigeant, vel si legauerit aliquid in beneficium pauperum in genere,vel si legauerit pro malè ablatis alicui Ecclesiæ,Monasterio,aut alteri pio loco damnificato,seu aliis personis à testatore læsis,& damnificatis, siue læsorũ hæredibus,vel pro hæredũ lęsione cõpẽsanda, vel si fecerit donationẽ inter viuos cũ reseruatione fructus omniũ bonorũ(durante vita donãtis)

Ricc. Tuscus.

& de facto post eius mortem, Ecclesia, vbi testator sepelitur, tali donatione fruatur. Sic etiā refert decisum fuisse in Sacra Rota Bellarm. apud Trid. *sess.* 25. *de refor. c.* 13. in obseruationibus doctrinæ, *vers. quarta, Mascard. de probat. lib.* 2. *concl.* 593. *num.* 8. & 9. *Bon. dub.* 4. *cit. n.* 2. 3. & *pun.* 3. *n.* 2. *Lezana to.* 2. *c.* 1. *n.* 3. *Stephanus Quaranta in sum. Bullarij, verb. quarta Episcopalis. Ric.* 3. *p. prax. resol.* 337. *n.* 2. 3. 7. & 8.

Bellarm. Mascard. Bonac. Lezan. Stephan. Quaranta Ricc.

Dub. 8. An debeatur quarta, quādo Parochianus legat aliquid causa mortis in beneficium Ecclesię, vbi extra suam Parochiam eligit sepulturam, & postea sepelitur, & aliquid etiam simul legat in beneficium suæ Parochiæ.

Resp. negatiuè, censetur enim legasse suæ Parochiæ animo compensandi quartam, quæ alias Parocho extra Parochiā sepulturā eligēdo, & nihil illi legando deberetur, quod si legatum Parochię factum, Parocho ad quartā sibi compensandā non sufficiat, potest Parochus, posito ꝙ Ecclesia, in qua defūctus sepelitur exemptionem à quartæ solutione non habeat, vel legatum Ecclesię, vbi defūctus tumulatur, factum, non sit factum ad vsus priuilegiatos (vt diximus supra dubio 7. vbi fusè quoad hoc, nam in his casibus nulla prorsus Parocho defuncti quarta debetur, vt ibidē dictū fuit) supplementum suæ quartæ de legato facto Ecclesiæ, in qua cadauer tumulatur sibi compensare; secus verò dic, si ex manifestissimis signis appareat, defunctum non legasse Ecclesiæ Parochiali animo compensandi Parocho quartam, quæ ei debetur; etenim in simili casu, non obstante, quod defunctus in fauorem etiam suæ Parochiæ legasset, si aliena Ecclesia, vbi sepeli-

tur

tur nõ esset à quartæ solutione per Apostolicũ priuilegium immunis, vel legatum illi quoque factum, nõ esset ad vsus priuilegiatos factum, de legato tali Ecclesię, in qua defũctus tumulatus fuit facto, ex integro quarta suo Parocho deberetur. *Megal.* 1.2. *instruc. Cõfes. lib.* 2.c.14.n.3. *Tusc. v. quarta, concl.* 3. *Ricc.* 3.p. *prax. resol.* 337. *nu.* 18. *Bonac. de contrac. d.* 3. *q.* 22. *puncto* 2.n. 5. *Portel. verbo canonica portio, n.* 7. Megal. Tusc. Ricc. Bonac. Portel.

Dub. 9. An debeatur quarta cum Parochus defuncti, qui extra suam Parochiam sepelitur, illam à ministris Ecclesiæ, in qua defunctus tumulatur non quęrit.

Respondeo negatiuè, censetur enim, illam non quærendo, cedere iuri suo, & id, quod ei de quarta debetur remittere, cum quarta habeat naturam falcidiæ, seu Trebellianicæ, quæ non debetur, nisi petatur, prout patet ex *l. si sponsus, §. fin. ff. de donat. inter vir. & vxor. Molfesius* 2. *par. tract.* 13. *cap.* 9. *nu.* 50. *Bonac. dub. prac cit. num.* 4. *vers. dixi in propositione modo petatur. Megal. ibid. etiam cit. cap.* 13. *nu.* 34. Molfes. Bonac. Megal.

Dub. 10. An debeatur quarta, cum aliqua Ecclesia, in qua Parochianus extra suã Parochiam sepulturam eligit, & post mortem sepelitur, de non soluenda quarta de illis obuenientibus causa funeris, & de legatis causa mortis sibi factis ab aliquo defuncto, qui in ea sepelitur, in sui fauorem perscripsit, & ex consuetudine, etiam post Concilij Tridentini confirmationem, illam 40. annorum spatio scilicet non soluit.

Respondeo negatiuè, prout patet ex capitulo 4. *de præscription.* & tenet Bonacina *dub.* 8. *cit. punct.* 4. *num.* 1. & 2. cum Molina, Azorio, Barbosa, Lauorio, Bonac. Molin. Azor. Barbos. Lauor.

&c.

Lap. de Castilion. &c. *Lap. de Castilione, de canon. portione, c. 2. n. 64. et 65.* Quod etiam dicẽdum cum illa Ecclesia, in qua defunctus sepelitur nunquam quartam soluit, ex Bulla Pius V. Barbos. Pij V. relata à Barbosa *in coll. DD. super Trid. sess. 25. de reform. cap. 13. num. 2.*

Dub. 11. An debeatur quarta de relictis Hospitali, etiam non ad vsus priuilegiatos, non fundato auctoritate Episcopi.

Respondeo negatiuè, quarta enim debetur de his, quæ relinquuntur locis pijs, cuiusmodi non est Hospitale sine præfata auctoritate cõstructũ. Sic testatur declarasse Sacram Rotam Card. Bellarminus Bellarm. super Tridentinũ *sess. 25. de refor. cap. 13. in obseruationibus doctrinæ, vers. quarta, Bonac. de contract. disp.* Bonac. *3. q. 22. puncto 3. nu. 2. vers. tertio quartam.*

Dub. 12. An debeatur quarta de legatis, seu relictis Ecclesiæ, vbi quis extra suam Parochiam sepelitur, pro operibus piis in genere.

Respondeo negatiuè, nisi fortè exequutor testamenti, seu legati, pecuniam relictam, seu prouentus ex legato, in vsus non priuilegiatos (de quo vide supra dubio 7. vbi fusè) expendat, puta in emendo brauio pro lucta, vel in festo illius Ecclesiæ, in cuius fauorẽ legatũ factũ fuit celebrãdo, vel in alia re Ricc. simili, &c. *Ricc. tom. 3. suæ prax. resol. 338. nu. 9. & 10.*

Dub. 13. An debeatur quarta de relictis Ecclesiæ seculari intra Episcopi Diœcesim existenti, sed illi non subiectæ, in qua defunctus extra suam Parochiã sepulturam eligit, & sepelitur.

Respõdẽt negatiuè Doctores nunc infra citãdi, ẽt si is, qui in tali Ecclesia sepelitur, sit Episcopo illius Diœcesis subiectus; fatẽtur. n. quartã solũmodo de-

beri, cum quis extra suam Parochiam sepulturam eligit, & in Ecclesia etiã Episcopo illiusloci, vbi is moritur subiecta tumulatur. *Ricc. dub. praec. cit. n.* 15. Ricc.
Bonac. de contract. d. 3. *q.* 22. *punct.* 3. *num.* 2. *vers. primo quartam*: Secus verò dicit Bonacina ibidem *punct.* 2. *num.* 1. *vers. quarto, quartam* de relictis Ecclesiæ extra Diœcesim, ad quam defunctus transferatur, vt ibi tumuletur, tunc enim deberi quartam fatetur ipse Auctor, si legatum non sit factum ad vsus priuilegiatos (vt dictũ est sup. dub. 7. vbi fusè quoad hoc, vel si Ecclesia non sit exempta à quartæ solutione per Apostolicum priuilegium, vel per consuetudinem in contrarium de ea non soluenda, vt supra dub. 2. & 10. Bonac.

Dub. 14. An debeatur quarta de candelis, quæ traduntur Sacerdotibus, & Religiosis, in manibus deferendæ in funere associando.

Respõdeo negatiuè, sed ipsis acquiruntur, vt declarauit Benedictus XI. & refert ~~Barbosa~~ nunc citandus *nu.* 39. Quod tamen hodie intelligitur, quãdo non intersunt postea officio intus Ecclesiã, quod fit super corpus defuncti, tunc enim tales candelę, & aliæ omnes, & cerei, qui officio defuncti inseruiunt, & pro celebrãdis diuinis præsente defuncti corpore accẽsi fuere, ijs absolutis, omnes supradicti cerei, & cãdelę sunt pro æquali portione diuidẽdę inter omnes, tã *Regulares*, quã inter Parochũ defũcti, Presbyteros seculares, &c. qui corpus mortui associarunt, illiusq; officio interfuerũt, iussu S.D.N. Vrbani VIII. (prout diximus de infirm. in ord. ad sepul. dub. 28.) *Bon. d.* 3. *de cõtract. q.* 22. *pun.* 2. *n.* 1. *vers. secũdo sequitur quartã nõ deberi. Megal.* 1. 2. *Instruct. Confess.* Bened. XI. Vrb. 8. Bonac. Megal.

lib.

Barbos. *li.2.c.13.n.12.Barbos.de pot.Parochi,c.25.n.42.* Prius verò solũ de cãdelis accensis,quę circa Crucem,& circa corpus defũcti ferebãtur,accẽdebãturq; quarta Parocho debebatur, reliquę verò candelę,quas Regulares,vel alij Presbyteri in manibus ferebãt,nõ diuidebãtur,prout sup.sed illi eas sibi acquirebant.

Caracc. Petr. de Vbald. *Caracc. de quarta fun.c.3.vers.præfata etenim, Pet. de Vbal.de can.port.cap.4.n.10.* sicut de facto hodie eas sibi acquirunt Regulares, alijquè Presbyteri, qui officio postea intus Ecclesiã super corpus defuncti faciẽdo nõ intersunt,quandoquidẽ decretũ Sacræ Cong.iussu Vrb.8.editũ loquitur dumtaxat in casu, quo pręfati, officio super corpus mortui faciendo assistunt,quod nimirum teneantur cãdelas, quas per viam in manibus portarunt, in communi deinde ponere, vt æquali portione,absoluto officio,inter omnes ministros,qui officio super cadauer recitato interfuerunt diuidantur.

Dub. 15. An debeatur quarta de donatis Ecclesiæ non exemptæ à quartæ solutione, in qua quis extra suam Parochiam eligit sepulturam,ibiq; sepelitur,quæ non sint donata causa mortis,sed donatio inter viuos facta sit.

Respondeo negatiuè, enimuerò quarta debetur de legatis factis causa mortis tantum, & non inter viuos (vt patet ex clementina dudũ,de sepulturis)

Molfes. *Molfes.in summ.2.p.tract.13.cap.9.num.35.*

Dub. 16. An debeatur quarta de intortiis, seu cereis Confraternitatum secularium funera associantium.

Respõdeo negatiuè,ex declaratione Sacræ Cõgregationis Episcoporum in vna Firmana sub die 5.

Martii

Martii 1616. Nec debetur de intortiis, seu cereis, quos alia loca pia ad associandum pauperes personas ad sepulturam ferunt, ex eadem Sacra Congregatione sub die 29. Nouembris 1588. *Barbosa de potest. Paroc. cap. 25. num. 40.* Barbos.

Dub. 17. An detur casus, in quo cum defunctus extra suam Parochiam sepelitur, de oblatis causa funeris, & de relictis causa mortis, pluribus Parochis quarta debeatur.

Respondeo affirmatiuè (& tunc id accidit) cum quis discedit à sua Parochia, & non mutat domicilium, ibiquè moritur, tunc enim de oblatis causa funeris, vt dubio 1. dictum est, & de relictis causa mortis illi Ecclesiæ, in qua talis sepelitur, quæ non sit Parochia illius loci, vbi moritur, duobus Parochis quarta debetur, id est diuidi debet quarta, quæ alias proprio Parocho deberetur, inter Parochum patriæ defuncti, & Parochum loci, in quo defunctus moritur, vel inter Cathedralem, si alicubi sit vsu receptum, vt exteri, scilicet peregrini, & viatores in Cathedrali sepeliantur, etenim (stante huiusmodi consuetudine) quarta, vel medietas quartæ, quæ alias contigeret Parocho loci, in quo peregrinus, seu viator moritur, non debetur Parocho talis loci, sed Cathedrali, vt declarauit Sacra Congregatio in vna Pisaurensi sub die 22. Ianuarii 1628. & refert Barbosa *de iure Ecclesiastico, lib. 3. c. 24. n. 23.* Et ratio huius rei esse potest, quia quarta debetur Parocho defuncti de rebus oblatis causa funeris, & de legatis illi Ecclesiæ, in qua defunctus extra suam Parochiam sepelitur, ratione oneris administrationis Sacramentorum, sed cum quis alio accedit, sta- Barbos.

tim Parochus illius loci subit onus administrand illi Sacramēta, si ei opus fuerint, vsque dum illic cō moratur; ergo si is ibi moriatur, & extra Parochiam illius loci eligat sepulturam, ibiq; sepeliatur, quarta de oblatis causa funeris, & de relictis illi Ecclesię, in qua cadauer sepelitur, non tm̄ Parocho sui Oppidi debetur; verū ēt Parocho illius loci, vbi is moritur, quippe quia ambo subierunt obligationem administrandi ei, qui mortuus est Sacramenta: Quare inter huiusmodi Parochos, quarta, quæ aliàs ex integro Parocho defuncti, si in sua patria, is qui mortuus est decessisset, ibiq; extra suam Parochiam sepulturam elegisset, ibiquè tumulatus fuisset debebatur, diuidenda est. Idem etiam dicendum, cum quis ruri existens, ibi moritur tūc.n. ibi existens non videtur mutasse domicilium, & per consequens eius Parochus non amisit ius de quarta habenda tempore mortis sui Parochiani, quæ ei debetur per hoc scilicet, quod quantum est ex se est expositus, & onus, seu obligationem subit administrandi suis subditis, qui domicilium non mutarent Sacramenta; Quod idem etiam dicēdum de relegato ad tempus, si extra suum Oppidum moriatur, eadem ratione, quippe quia propter relegationem ad tempus, domicilium nullatenus mutasse videtur: Et idem etiam dicendū de habente duas Parochias, in quibus æqualiter habitet, nimirum inter fines vnius in hyeme, & alterius in æstate; nisi fortè in vna audiat diuina, & in altera recipiat Sacramenta, tunc enim, si talis extra suas Parochias eligat sepulturam, quarta, de oblatis causa funeris, & de relictis causa mortis nō ad vsus priuilegiatos (vt dictum est supra dub. 7.

de

de quo ibi fusè) debetur Parochiæ, in qua recepit Sacramenta, cum vt supra, quartam propter onus administrationis Sacramentorũ deberi dictum sit. *Syluester in summ. verbo canon. portio, n. 11. Barbos. cit. num. 24.* Syluest. Barbos.

Quod si talis, qui extra suum Oppidum moritur, sepeliatur in Parochia illius loci, vbi moritur, ibiq; extra Parochiam talis loci sepulturam non eligat, adhuc tenetur Parochus illius loci de sibi oblatis causa funeris talis defuncti, & de relictis, seu legatis per eum illi Parochiæ, Parocho patriæ defũcti quartam soluere, etenim cum talis per hoc, quod extra suam Parochiam habitet, vel extra suam patriam se conferat, domicilium mutasse nequaquam supponamus, adhuc est suo Parocho subditus, saltem signatè quoad Sacramentorũ administrationẽ, vel propter ius, & onus administrandi Sacramenta, & cõsequẽter Parocho patriæ talis defũcti alibi mortui retinẽti adhuc ius, & onus administrãdi suo Parochiano, qui domiciliũ nõ mutauit Sacramẽta, illi quarta, cũ eius Parochianus alibi moritur debetur.

Verùm in prædictis omnibus casibus hæc procedunt, modò contrarium alicubi non sit vsu receptum; secus vero dicendum, si quis domicilium extra suam Parochiam mutet, tunc enim si ibi moriatur, de oblatis causa funeris, & de legatis caussa mortis in ea Ecclesia, vbi sepelitur factis, Parocho sui Oppidi neutiquam quarta debetur, quandoquidem per domicilij mutationem non est amplius Parocho sui oppidi, quoad Sacramentorum administrationem subditus, ac proinde huiusmodi Parochus, ius petẽdi amplius quartã de præfatis re-

bus tempore mortis sui Parochiani amisisse videtur.

Et ex hoc patet etiam quid dicendum de Nouitio, si enim is moriatur extra suum Monasterium causa mutandi aeris, vbi de licentia sui Superioris commoratus fuerit, non debetur quarta Parocho sui Oppidi, de oblatis causa sui funeris, & de relictis suo Monasterio causa mortis, cum per assumptionẽ habitus animo emittendi professionem, qui semper adesse præsumitur, dum Nouitius in Religione persistit, Nouitius domicilium mutasse censeatur, in quo casu, cum quis domicilium mutat, nulla quarta Parocho sui oppidi in eius morte (ex supra assertis) debetur; Nec minus debetur quarta in morte talis Nouitij Curato illius Oppidi, vbi situm est Monasterium, in quo Nouitius moritur, quia quarta datur propter onus administrationis Sacramẽtorum; cũ autem ad talem Parochum Sacramenta huiusmodi Nouitio administrare non spectet, nec consequenter in eius morte vlla quarta, de oblatis causa funeris, nec de legatis causa mortis suo Monasterio factis illi debetur. *Villalob. in sum. par. 2. tract. 31. diff. 7. nu. 3. & 10. Hieron. Rodriq. in compend. quæst. Regul. resol. 18. num. 5. Bonacin. de contract. d. 3. q. 22. punct. 2. nu. 1. per totum, vsque ad vers.* Dixi *in propositione, de legatis, Portel. verb. canon. portio, in Addit. num. 2.*

Villalob. Hieron. Rodriq. Bonacina. Portel.

Dub. 18. An quarta, non solum Parocho, sed etiã Episcopo, de relictis causa mortis, & de oblatis causa funeris debeatur.

Respondeo affirmatiuè, ex capitulo *requisisti*, *capitulo de his, de testamentis, & capitulo quarta, de præscriptionibus*, nisi fortè alicubi sit vsu receptũ, quod solum Parocho, & non Episcopo quarta soluatur;

Im-

Immò,primo Episcopo, deinde Parocho solui debet,quod si fortè prius Parochus illam sibi acceperit,tantundem ab ea detrahi debet,quantum ex ea si non soluta fuisset detractum foret computata, & vnita simul accepta cũ rebus causa mortis relictis, & causa funeris oblatis,& deinde ex reliquis relictis causa mortis,& oblatis causa funeris Episcopi quarta compleri,eidemq; illa persolui. *Tusc.ver.quarta, concl.21.n.17.*

P.D.Laurentius Cutillus.

ORDO COMMENDATIONIS ANIMAE.

Iuxta Rituale Romanum Pauli V.

Kyrie eleison.
Christe eleison.
Kyrie eleison.
Christe audi nos.
Christe exaudi nos.
Pater de Coelis Deus. miserere ei.
Fili Redemptor mundi Deus. miserere ei.
Spiritus sancte Deus. miserere ei.
Sancta Trinitas vnus Deus. miserere ei.
Sancta Maria. ora pro eo.
Sancta Dei Genitrix. ora pro eo.
Sancta Virgo Virginum. ora pro eo.

Om.

Omnes Sancti Angeli,& Archangeli. orate.
Sancte Ioannes Baptista. ora.
Omnis Chorus Iustorum. orate.
Omnes SS.Patriarchæ,& Prophetæ. orate.
Sancte Petre. ora.
Sancte Paule. ora.
Sancte Andrea. ora.
Sancte Ioannes. ora.
Omnes Sancti Apostoli,& Euangelistę, orate.
Omnes Sancti Innocentes. orate.
Sancte Stephane, ora.
Sancte Laurenti. ora.
Omnes Sancti Martyres, orate.
Sancte Syluester. ora pro eo.
Sancte Augustine, ora pro eo.
Omnes Sancti Pontifices,& Confessores, orate.
Sancte Benedicte, ora pro eo.
Sancte Francisce, ora pro eo.
Omnes Sancti Monachi,& Eremitæ, orate.
Sancta Maria Magdalena, ora pro eo.
Sancta Lucia, ora pro eo.
Omnes SS.Virgines,& Viduæ, orate pro eo.
Omnes Sancti,& Sanctæ Dei, Intercedite.
Propitius esto, Parce ei Domine.
Ab ira tua, libera eum Domine.
A mala morte, libera eum Domine.
A pœnis inferni, libera eum Domine.
Ab omni malo, libera eum Domine.
A potestate diaboli, libera eum Domine.
Per Sanctam Natiuitatē tuam, libera eum Domine.
Per mortem,& sepulturam tuam, libera.
Per gloriosam Resurrectionem tuam, libera.

Per

Per admirabilem Ascensionem tuam, libera.
Per gratiam Spiritus Sancti Paracliti, libera.
In die iudicij, libera eum Domine.
Peccatores, te rogamus audi nos.
Vt ei parcas, te rogamus audi nos.
Vt ad veram pœnitentiam eum perducere digneris, te rogamus audi nos.
Kyrie eleison. Christe eleison.
Kyrie eleison. Pater noster.
℣. Et ne nos inducas in tentationem.
℟. Sed libera nos à malo.

Oremus.

PRoficiscere Anima Christiana de hoc mūdo: in nomine Dei Patris † omnipotentis, qui te creauit. In nomine Iesu Christi † Filii Dei viui, qui pro te passus est. In nomine Spiritus Sancti † qui in te effusus est. In nomine Angelorum, & Archangelorum. In nomine Thronorum, & Dominationum. In nomine Principatum, & Potestatum. In nomine Cherubim, & Seraphim. In nomine Patriarcharum, & Prophetarum. In nomine Sanctorum Apostolorum, & Euangelistarum. In nomine Martyrum, & Confessorum. In nomine Monachorum, & Eremitarum. In nomine Sanctarum Virginum, & omnium Sanctorum, & Sanctarum Dei. Hodie sit in pace locus tuus: & habitatio tua in sancta Sion. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

Oremus.

DEus misericors, Deus Clemens, Deus, qui secundùm multitudinem miserationum tuarum peccata pœnitentium deles, & præteritorum criminum culpas, venia remissionis euacuas; Respice propitius super hunc famulum, vel famulam tuam N. & remissionem sibi omnium peccatorum suorum, tota cordis confessione poscentem deprecatus exaudi. Renoua in eo piissime Pater, quidquid terrena fragilitate violatum est, & vnitati corpori Ecclesiæ membrum redemptionis annecte. Miserere Domine gemituum, miserere lacrymarum eius, & non habentem fiduciam, nisi in tua misericordia, ad tuæ Sacramentum reconciliationis admitte. Per Christum Dominum nostrum. ℟. Amen.

Oremus.

COmmendo te Omnipotenti Deo (charissime frater) & ei, cuius es creatura committo, vt cum humanitatis debitum, morte interueniente, persolueris, ad auctorem tuum, qui te de limo terræ formauerat, reuertaris. Egredięti itaque animæ tuæ de corpore, splēdidus Angelorum cœtus occurrat. Iudex Apostolorum tibi senatus adueniat. Candidatorū tibi Martyrum triumphator exercitus obuiet. Liliata rutilātium te Confessorum turma circūdet: Iubilantium te Virginum chorus excipiat, & beatæ quietis in sinu Patriarcharum te complexus astringat. Mitis atq; festiuus Christi Iesu tibi aspec-

tus

tus appareat, qui te inter assistentes sibi iugitèr interesse decernat. Ignores omne, quod horret in tenebris, quod stridet in flammis, quod cruciat in tormentis. Cedat tibi teterrimus Sathanas, cum satellitibus suis: In aduentu tuo te, comitantibus Angelis, cõtremiscat, atque in æternæ noctis chaos immane diffugiat. Exurgat Deus, & dissipentur inimici eius, & fugiãt, qui oderunt eum à facie eius. Sicut deficit fumus deficiant: sicut fluit cera à facie ignis, sic pereant peccatores à facie Dei. Et iusti epulentur, & exultent in cõspectu Dei. Cõfundatur igitur, & erubescant omnes tartareæ legiones, & ministri Sathanę iter tuum impedire nõ audeant. Liberet te à cruciatu Christus, qui pro te crucifixus est. Constituat te Christus Filius Dei viui intra Paradisi sui semper amæna virentia, & inter oues suas te verus ille Pastor agnoscat. Ille ab omnibus peccatis tuis te absoluat: atque ad dexteram suam, in electorum suorum te sorte constituat. Redemptorem tuum facie ad faciem videas, & pręsens semper assistens, manifestissimam beatis oculis aspicias veritatem. Constitutus igitur inter agmina Beatorum, contemplationis diuinę dulcedine potiaris in secula seculorũ.

Oremus.

SVscipe Domine Animam serui tui in locum sperandæ sibi saluationis à misericordia tua. Amen.

Libera Domine animam serui tui ex omnibus periculis inferni, & de laqueis poenarum, & ex omnibus tribulationibus. Amen.

Libera Domine animam serui tui, sicut liberasti Abraham, de Vr Caldæorum. Amen.

Libera Domine animã serui tui, sicut liberasti Noë de diluuio. Amen.

Libera Domine animam serui tui, sicut liberasti Iob de passionibus suis. Amen.

Libera Domine animam serui tui, sicut liberasti Isaac de hostia, & de manu patris sui Abrahæ. Amen.

Libera Domine animam serui tui, sicut liberasti Loth de Sodomis, & de flamma ignis. Amen.

Libera Domine animam serui tui, sicut liberasti Moysen de manu Pharaonis Regis Aegyptiorũ. Amen.

Libera Domine animam serui tui, sicut liberasti Danielem de lacu leonum. Amen.

Libera Domine animam serui tui, sicut liberasti tres pueros de camino ignis ardentes. Amen.

Libera Domine animam serui tui, sicut liberasti Susannam de falso crimine. Amen.

Libera Domine animam serui tui, sicut liberasti Petrum, & Paulum de carceribus. Amen.

Et sicut Beatissimam Teclam Virginem, & Martyrem de tribus tormentis atrocissimis liberasti, sic liberare digneris animam huius serui tui, & tecum facias in bonis congaudere cœlestibus. Amen.

Oremus.

COmmendamus tibi Domine animam famuli tui N. precamurquè te Domine Iesu Christe

Saluator mundi, vt propter quam ad terram misericorditèr descendisti, Patriarcharum tuorum finibus insinuare non renuas. Agnosce Domine creaturam tuam, non à diis alienis creatam, sed à te solo Deo, viuo, & verò; quia non est alius Deus præter te, & non est secundum opera tua. Lætifica Domine animam eius in conspectu tuo, & ne memineris iniquitatum eius antiquarum, & ebrietatum, quas suscitauit furor, siue feruor mali desiderij; licet enim peccauerit, tamen Patrem, Filium, & Spiritum Sanctum non negauit, sed credidit, & zelum Dei in se habuit, & te Deum, qui fecisti omnia, adorauit. ℟. Amen.

Oremus.

DElicta iuuentutis eius, & ignorãtias eius, quæsumus Domine, ne memineris, sed secundùm magnam misericordiam tuam memor esto illius in gloria claritatis tuæ.

Aperiantur illi cœli; collætentur illi Angeli; in regnum tuum Domine seruum tuum suscipe.

Suscipiat eum Sanctus Michael Archangelus Dei, qui militiæ cælestis meruit principatum.

Veniãt illi obuiam Sancti Angeli Dei, & perducant eum in ciuitatem cælestem Hierusalem.

Suscipiat eum Beatus Petrus Apostolus, cui à Deo claues regni cælestis traditę sunt.

Adiuuet eum S. Paulus, qui dignus fuit esse vas electionis.

Intercedat pro eo Sãctus Ioãnes electus Dei Apostolus, & Euangelista, cui reuelata sunt secreta cœlestia.

Orent pro eo omnes Sancti Apostoli, quibus à Domino data est potestas ligandi, atque soluendi.
Intercedant pro eo omnes Sancti, & Electi Dei, qui pro Christi nomine tormenta in hoc seculo sustinuerunt, vt vinculis carnis exutus, peruenire mereatur ad gloriam regni cœlestis.
Præstante Domino nostro Iesu Christo, qui cum Patre, & Spiritu Sancto viuit, & regnat in secula seculorum. ℟. Amen.

Tres Pater noster, & Aue Maria, cum tribus orationibus efficacissimis pro agonizantibus.

KYrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison.
Pater noster. Aue Maria.

Oremus.

DOmine Iesu Christe? per angoniam, & orationem tuam sanctissimam, quam orasti pro nobis in monte Oliueti, quando factus est sudor tuus, sicut guttæ sanguinis decurrentis in terram; obsecro te, vt multitudinem sudoris tui sanguinei, quę præ timoris tui angustia copiosissimè pro nobis effudisti, offerre, & ostendere digneris Deo Patri omnipotenti contra multitudinem peccatorum huius creaturæ tuæ agonizantis, & libera eam, in hac hora mortis ab omnibus angustijs, quas pro peccatis suis se meruisse timet. Qui cum Patre, & Spiritu

San-

Sancto viuis, & regnas in secula seculorum. ℟. Amen.

Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison.
Pater noster. Aue Maria.

Oratio.

DOmine Iesu Christe, qui pro nobis mori dignatus es in Cruce, obsecro te, vt omnes amaritudines passionum, & pœnarum tuarum, quas pro nobis miseris peccatoribus sustinuisti in Cruce: maximè in illa hora, quando sanctissima anima tua egressa est de corpore tuo sanctissimo, offerre, & ostendere digneris Deo Patri omnipotēti, prò anima huius creaturæ tuæ, & libera eam in hac hora mortis ab omnibus peccatis, & passionibus, quas pro peccatis suis se meruisse timet. Qui cum Patre, & Spiritu Sancto viuis, & regnas per omnia secula seculorum. ℟. Amen.

Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison.
Pater noster. Aue Maria.

Oratio.

DOmine Iesu Christe, qui per os Prophetæ dixisti: In charitate perpetua dilexi te, ideò attraxi te, miserans tui, obsecro te, vt eandem charitatem, quæ de Cœlo ad terram, ad tolerandas omnium passionum tuarum amaritudines te attraxit, offerre, & ostendere digneris Deo Patri omnipotenti pro

anima huius creaturæ tuæ, & libera eam ab omnibus passionibus,& pœnis,quas pro peccatis suis se meruisse timet, & salua animam eius in hac hora exitus sui in gloria æterna. Et tu piissime Domine Iesu Christe,qui redemisti nos, pretioso sanguine tuo,miserere animæ huius creaturæ tuæ, & eam introducere digneris ad semper virentia, & amæna loca Paradisi,vt viuat ibi amore inuisibili, qui à te, & ab electis tuis separari non potest. Qui cum Patre,& Spiritui Sancto viuis,& regnas in secula seculorum. ℟. Amen.

Symbolum Sancti Athanasij.

QVicunque vult saluus esse: ante omnia opus est,vt teneat Catholicam Fidem.

Quam nisi quisque integram, inuiolatamquè seruauerit, absque dubio in æternum peribit.

Fides autem Catholica hæc est, vt vnum Deum in Trinitate,& Trinitatem in vnitate veneremur.

Neque confundentes personas, neque substantiam separantes.

Alia est enim persona Patris, alia Filii,alia Spiritus Sancti.

Sed Patris,& Filij,& Spiritus Sancti vna est diuinitas: æqualis gloria,coæterna Maiestas.

Qualis Pater,talis Filius,talis Spiritus Sanctus.

Increatus Pater,increatus Filius,increatus Spiritus Sanctus.

Immensus Pater,immensus Filius, immensus Spiritus Sanctus.

Aeternus Pater, æternus Filius, æternus Spiritus Sanctus.

Et

Et tamen non tres æterni,sed vnus æternus.
Sicut non tres increati,nec tres immensi, sed vnus increatus,& vnus immensus.
Similiter omnipotens Pater,omnipotẽs Filius,omnipotens Spiritus Sanctus.
Et tamen non tres omnipotentes, sed vnus omnipotens.
Ita Deus Pater,Deus Filius,Deus Spiritus Sãctus.
Et tamen non tres Dij,sed vnus est Deus.
Ita Dominus Pater,Dominus Filius,Dominus Spiritus Sanctus.
Et tamen non tres Domini, sed vnus est Dominus.
Quia sicut singillatim vnamquamque personam, Deum,ac Dominum confiteri Christiana veritate compellimur,ita tres Deos, aut Dominos dicere Catholica religione prohibemur.
Pater à nullo est factus,nec creatus,nec genitus.
Filius à Patre solo est; non factus, nec creatus, sed genitus.
Spiritus Sanctus à Patre,& Filio non factus, nec creatus,nec genitus,sed procedens.
Vnus ergo Pater, non tres Patres; vnus Filius,non tres Filij: vnus Spiritus Sanctus, non tres Spiritus Sancti.
Et in hac Trinitate nihil prius, aut posterius, nihil maius,aut minus, sed totæ tres personæ coæternæ sibi sunt,& coæquales.
Ita vt per omnia,sicut iam supra dictum est, & vnitas in Trinitate, & Trinitas in vnitate veneranda sit.
Qui vult ergo saluus esse,ita de Trinitate sentiat.
Sed necessarium est ad æternam salutem, vt Incar-

na-

nationem quoque Domini nostri Iesu Christi fidelitèr credat.

Est ergo fides recta, vt credamus, & confiteamur, quia Dominus noster Iesus Christus Dei Filius, Deus, & homo est.

Deus est ex substantia Patris, ante secula genitus, & homo est ex substantia matris in seculo natus.

Perfectus *Deus*, perfectus homo, ex anima rationali, & humana carne subsistens.

Aequalis Patri secundum diuinitatem, minor Patre secundum humanitatem.

Qui licèt *Deus* sit, & homo; nō duo tamen, sed vnus est Christus.

Vnus autem non conuersione diuinitatis in carnē, sed assumptione humanitatis in *Deum*.

Vnus omninò, non confusione substantiæ, sed vnitate personæ.

Nam sicut anima rationalis, & caro vnus est homo, ita *Deus*, & homo, vnus est Christus.

Qui passus est pro salute nostra, descendit ad inferos, tertia die resurrexit à mortuis.

Ascendit ad Cœlos, sedet ad dexteram *Dei* Patris omnipotentis, inde venturus est cum gloria iudicare viuos, & mortuos.

Ad cuius aduentum, omnes homines resurgere habent cum corporibus suis, & reddituri sunt de factis propriis rationem.

Et qui bona egerunt ibunt in vitam æternam, qui verò mala in ignem æternum.

Hæc est fides Catholica, quam nisi quisque fideliter, firmiterq; crediderit, saluus esse non poterit.

Orationes deuotissima pro agonyzantibus, ex Dionisio Carthusiano.

Oratio ad Sanctissimam Trinitatem.

DOmine Deus omnipotens, qui trinus, & vnus es, te humilitèr exoramus pro anima huius agonizantis, vt illam à terrore dęmonum tuearis, & ab eorum suggestionibus custodias, ne in desperationē labatur, ne diffidentiæ tentationibus obnubiletur.

Exaudi nos Domine, propter nimiam tuam bonitatem, & misericordiam. Per orationes Patriarcharum. Per merita Prophetarum. Per suffragia Apostolorum. Per victorias Martyrum. Per fidem Confessorum. Per castitatem Virginum. Per deuotam intercessionem omnium, qui tibi ab initio placuerunt.

Suauissime Domine, ab illius anima expelle iactantiam, & compunctionem tribue. Superbiam minue, & perfice humilitatem. Fletum suscita, & cor eius mollifica. Ab omnibus insidiis inimicorum libera, & in lumine fidei conserua. Lumen gratiæ infunde illi, vt de omnibus peccatis suis veram contritionem obtineat. Tolle ab ea omnia desideria mala, & omnia tela diaboli extingue.

Audi Domine, quæ petit, & celeritèr exaudi. Si despicis, prorsus perit. Si prospicis, viuit. Si iustitiā requiris, ante te mortua est, Si cum misericordia respicis, ipsam statim à peccatis suscites. Quod in ea

odisti, longe fac ab ipsa, & spiritū tuæ spiritualis lętitiæ illi tribue. *Da* illi cor, quod timeat te, sensum, vt te intelligat, & oculos spirituales, qui te videant.

Obsecramus te Beatissima Trinitas per Virginis Sacratissimæ vterum. Per Choros Angelorum, Archangelorum, Thronorum, *D*ominationum, Cherubinorum, Seraphinorum, Patriarcharum, Prophetarum, Apostolorum, Martyrum, Confessorum, Sacerdotum, Leuitarum, Eremitarum, *Do*ctorum, Monachorum, Virginum, & per eximium *D*omini nostri Iesu Christi amorem, vt animam huius liberare digneris. Amen. Pater noster.

Oratio ad Deum Patrem.

O Pater altissime, ne memineris iniquitatum, quas ex humana fragilitate, ignorantia, vel malitia, aut alia quauis causa commisit, sed attende (ò benignissime, & suauissime Pater) quam prona sit humana natura ad lapsum, quanta sit eius infectio, quam procliua sit, ex se ipsa humana conditio ad peccandum. Quid enim (ò Excellentissime Pater) est genus humanum corruptibile, luteum vas, carnale, ac mortale figmentum, vt ita amariceris de eo, & viscera misericordiæ tuę super illud cōtineas, & permittas illud perire? Memento Domine, quod propter miseros peccatores (misericors) appellaris. Idcirco ò fons totius pietatis, & gratiæ, ob tuam infinitam potentiam, conforta in te hanc tuā deficientem, ac debilem creaturam. Propter immēsam sapientiam tuam, animam eius illustra, propter tuam absolutam pietatē, vniuersis eius culpis igno-

sce,

ce, propter tuam magnam bonitatem, libera eam ab infernali miseria, & ab omni calamitate. Da ei (Sanctissime Pater) cum tanta contritione à corpore emigrare, vt benignissimè suscipiatur à te. Per vnigenitum tuum, Dominum nostrum Iesum Christum, per preces, & merita Beatæ Virginis, per intercessiones, & merita totius triumphantis Ecclesiæ, & omnium viatorũ tibi placentiũ. Qui es benedictus in secula seculorũ. Amen. Pater noster.

Oratio ad Filium.

OBsecramus etiam te Domine Iesu Christe per charitatis tuæ ardorem, quo te ipsum pro nostra redemptione tradidisti ad mortem, mortem autem Crucis, acerbissimam, & turpissimam; per tuam amarissimam passionem, per meritum tui preciosissimi sanguinis; per tuam dilectissimam Matrẽ, & suæ maternæ compassionis acerbitatem; per assistentiam suam fidelissimam, qua astitit vsque ad tuam expirationem in Cruce; mirifica quæsumus abyssum tuæ pietatis super rationalem creaturam morientem, à luce præsentis vitæ ad te metuendissimum Iudicem pergentem. Præpara animã eius (ò Domine Iesu) ad occurrendum tibi salubriter. Nec permittas animam eius separari à corpore sine finali contritione, & confessione. Visita (bone Iesu) & illustra mentem eius visitatione tua secreta, & pijssima, qua in ictu oculi, & in instanti conuertis, & iustificas impium. Mitte ei (ò Saluator) auxilium gratię tuæ à Throno gloriæ tuæ, & ea pietate, qua latroni serò pœnitenti indulgentiam promisisti, dicens,

Hodie mecum eris in Paradiso, huic etiam creaturæ tuæ ostende, præcipiēdo ad te peruenire. Qui cum Patre, & Spiritu Sancto viuis, & regnas in secula seculorum. Amen. Pater noster.

Oratio ab Spiritum Sanctum.

O Clementissime Spiritus Sancte, quo Pater, & Filius se inuicem æternaliter diligunt; qui es amor amborum, pax serenissima, tranquillitas infinita, communio plena, & sempiterna lætitia, cuius dono, & cooperatione celebrata sunt vniuersa nostræ redemptionis mysteria, de quo etiam illibata Virgo Maria Verbum Patris æterni verum Deum concepit. Tu, qui ab exordio mundi gratiarum tuarum charismata hominibus multipliciter infundisti, & multorum indurata corda gratiosè peruenisti, emollisti, & conuertisti; Conuerte igitur nunc animam istam hinc exeuntem, & ad te pergentem, & quidquid obstaculi gratiæ tuæ extiterit, tolle ab ea, & gratiam ei largiri digneris, per quam consequi mereatur æternam felicitatem ad laudem, & gloriã pietatis tuæ. Amen. Pater noster.

Oratio ad Iesum Christum.

GLoriosissime Domine Iesu, in vnione feruentissimi amoris tui, qui te coegit incarnari, & anxio spiritu in Cruce mori, ad immensitatem dulcissimi amoris tui pulsamus, vt huic creaturæ agonizanti omnia peccata, quæ quouis modo commisit, dimittas, & tuo passionis merito, omissa suppleas,

faciasquè illi secundùm multitudinem miserationū tuarum. Da ei Domine, vt recta fide, spe firma, & ardenti charitate anima eius in te aspiret, & ad tuā æternam bonitatem, & gloriam laudandam, agnoscendā, & fruendā perueniat. Amen. Pater noster.

Oratio ad eundem.

SVauissime Domine Iesu Christe, per illum ineffabilem amorem, qui te innocentissimū, & dignissimum paternæ charitatis Filium pro nobis factum hominem, vulnerari, ac crudeliter mori, pro hominibus redimendis, fecit; Indulge quæsumus huic famulo tuo, omne, quod cogitatu, verbo, & facto, affectionibus, motibus, & sensibus animæ, & corporis deliquit, & veram omnium peccatorum suorum remissionem ei concede. Qui es benedictus in secula seculorum. Amen. Pater noster.

Oratio ad eundem.

O Pijssime Domine Iesu Christe, Rex seculorum, qui in Cruce existens pro tuis crucifixoribus Patrem rogasti, dicens, Pater ignosce illis, quia nesciunt, quid faciūt. Deprecamur Maiestatem tuam, vt in mente huius famuli tui, orationis affectum renouare digneris, quatenus omnes eius offensas illi dimittas. Et sicut tunc tu exauditus fuisti, sic nunc cum Patre ipsum, & nos pro illo orantes exaudire digneris: nescit enim quid faciat, dum ex fidei tarditate tepida coram te existit. Exoramus igitur bone Iesu, vt in hoc obitu suo omnia peccata illi di-

mittas,

mittas,& pro tuæ paſſionis meritò ad ſocietatem Angelorum eum clementer perducas. Amen. Pater noſter.

Paſsio Domini noſtri Ieſu Chriſti ſecundùm Ioannem. Cap.18.

IN illo tempore. Egreſſus eſt Ieſus cum diſcipulis ſuis trans torrẽtem Cedron,vbi erat hortus, in quem introiuit ipſe, & diſcipulis eius. Sciebat autem,& Iudas,qui tradebat eum locum, quia frequenter Ieſus conuenerat illuc cum diſcipulis ſuis. Iudas ergo cùm accepiſſet cohortem, & à Pontificibus,& Phariſæis miniſtros, venit illuc cum lãternis,& facibus,& armis. Ieſus itaque ſciens omnia, quæ ventura erant ſuper eum,proceſſit, & dixit eis: Quem quæritis? Reſponderunt ei: Ieſum Nazarenum. Dixit ei Ieſus. Ego ſum. Stabat autẽ,& Iudas, qui tradebat eum cum ipſis. Vt ergo dixit eis: Ego ſum: abierunt retrorſum, & ceciderunt in terram. Iterum ergo interrogauit eos: Quem quæritis? Illi autem dixerunt: Ieſum Nazarenũ. Reſpondit Ieſus: Dixi vobis,quia ego ſum: ſi ergo me quæritis,ſinite hos abire. Vt impleretur ſermo, quem dixit: Quia quos dediſti mihi, non perdidi ex eis quemquam. Simon ergo Petrus habens gladium eduxit eum, & percuſſit Pontificis ſeruum, & abſcidit auriculam eius dexteram. Erat autem nomen ſeruo Malchus. Dixit ergo Ieſus Petro: Mitte gladium tuum in vaginam. Calicem,quem dedit mihi Pater,non vis,vt bibam illum? Cohors ergo,& tribunus, & miniſtri

Iudæorum comprehenderunt Iesum, & ligauerunt eum. Et adduxerunt eum ad Annam primum, erat enim socer Caiphæ, qui erat Pontifex anni illius. Erat autem Caiphas, qui consilium dederat Iudęis, Quia expedit vnum hominem mori pro populo. Sequebatur autem Iesum Simon Petrus, & alius discipulus; discipulus autem ille erat notus Pontifici, & introiuit cum Iesu in atrium Pontificis. Petrus autem stabat ad hostium foris. Exiuit ergo discipulus ille, qui erat notus Pontifici, & dixit ostiariæ, & introduxit Petrum. Dicit ergo Petro ancilla ostiaria. Numquid, & tu ex discipulis es hominis istius? Dicit ille: Non sum. Stabant autem serui, & ministri ad prunas, quia frigus erat, & calefaciebant se: erat autem cum eis, & Petrus stans, & calefaciens se. Pōtifex ergo interrogauit Iesum de discipulis suis, & de doctrina eius. Respondit ei Iesus: Ego palam locutus sum mūdo; Ego semper docui in synagoga, & in templo, quo omnes Iudęi conueniunt, & in occulto locutus sum nihil. Quid me interrogas? interroga eos, qui me audierunt, quid locutus sum ipsis; Ecce hi sciunt quæ dixerim ego. Hæc autem cum dixisset, vnus assistens ministrorum dedit alapam Iesu, dicens; Sic respondes Pontifici? Respondit ei Iesus; Si male locutus sum, testimonium perhibe de malo; si autem benè, quid me cedis? Et misit eum Annas ligatum ad Caipham Pontificem. Erat autē Simon Petrus stans, & calefaciens se; Dixerūt ergo ei; Nunquid, & tu ex discipulis eius es? Negauit ille, & dicit; Non sum. Dicit ei vnus ex seruis Pontificis, cognatus eius, cuius abscidit Petrus auriculam; Nonne ego te vidi in horto cum illo? Iterum ergo

ne-

negauit Petrus, & statim Gallus cantauit. Adducũt ergo Iesum à Caipha in prętorium. Erat autem mane, & ipsi non introierunt in prætorium, vt non cõtaminarentur, sed vt manducarent Pascha. Exiuit ergo Pilatus ad eos foras, & dixit; Quam accusationem affertis aduersus hominem hunc? Responderunt, & dixerunt ei; Si non esset hic malefactor, non tibi tradidissemus eum. Dixit ergo eis Pilatus; Accipite eum vos, & secundùm legem vestram iudicate eum. Dixerunt ergo ei Iudęi; Nobis non licet interficere quemquam. Vt sermo Iesu impleretur, quẽ dixit, significans qua morte esset moriturus. Introiuit ergo iterum in prætorium Pilatus, & vocauit Iesum, & dixit ei; Tu es Rex Iudęorum? Respondit Iesus; A temetipso hoc dicis, an alij tibi dixerunt de me? Respondit Pilatus, Numquid ego Iudæus sum? Genus tua, & Pontifices tradiderunt te mihi; Quid fecisti? Respondit Iesus; Regnum meum non est de hoc mundo; si ex hoc mundo esset Regnum meum, ministri mei vtique decertarent, vt non traderer Iudęis; nunc autem Regnum meum non est hinc. Dixit itaque ei Pilatus; Ergo Rex es tu? Respondit Iesus; Tu dicis, quia Rex sum ego. Ego in hoc natus sum, & ad hoc veni in mundum, vt testimonium perhibeam veritati; omnis, qui est ex veritate, audit vocem meam. Dicit ei Pilatus; Quid est veritas? Et cũ hoc dixisset, iterũ exiuit ad Iudęos, & dicit eis. Ego nullam inuenio in eo caulam. Est autem consuetudo vobis, vt vnum dimittam vobis in Pascha, vultis ergo dimittam vobis Regem Iudæorum? Clamauerunt ergo rursum omnes, dicentes; Non hunc, sed Barrabam. Erat autem Barrabas latro. Tunc ergo

apprehendit Pilatus Iesum,& flagellauit. Et milites plectētes coronā de spinis,imposuerūt capiti eius, & veste purpurea circūdederunt eum. Et veniebāt ad eū, & dicebāt, Aue Rex Iudeorū, & dabant ei alapas. Exiuit ergo iterū Pilatus foras,& dixit eis, Ecce adduco eū vobis foras, vt cognoscatis,quia nullā inuenio in eo causā.(Exiuit ergo Iesus portās coronā spineā,& purpureū vestimentū)Et dicit eis; Ecce homo. Cum ergo vidissent eum Pontifices,et ministri clamabant,dicentes: Crucifige, crucifige eū. Dicit eī Pilatus;Accipite eum vos,& crucifigite;ego enim non inuenio in eo causam. Responderunt ei Iudei;Nos legem habemus,& secundùm legem debet mori,quia Filium Dei se fecit. Cum ergo audisset Pilatus hunc sermonem, magis timuit. Et ingressus est prætorium iterum, & dixit ad Iesū; Vnde es tu? Iesus autem responsum non dedit ei; Dicit ergo ei Pilatus. Mihi nō loqueris? nescis quia potestatem habeo crucifigere te? & potestatem habeo dimittere te. Respondit Iesus;Non haberes potestatem aduersum me vllam, nisi tibi datum esset desuper. Propterea qui me tradidit tibi, maius peccatum habet. Et exinde quærebat Pilatus dimittere eum. Iudei autem clamabant dicentes; Si hunc dimittis,non es amicus Cæsaris;omnis enim,qui se Regem facit,contradicit Cæsari. Pilatus autem cū audisset hos sermones,adduxit foras Iesum, & sedit pro tribunali,in loco qui dicitur Lithostrotos, Hebraicè autem Gabbatha. Erat autem parasceue Paschæ,hora quasi sexta,& dicit Iudæis; Ecce Rex vester. Illi autem clamabant;Tolle,tolle,crucifige eum. Dicit eis Pilatus;Regem vestrum crucifigam?

*Re*ſponderunt Pontifices; Nō habemus Regem niſi Cæſarem. Tunc ergo tradidit eis illum, vt crucifigeretur. Suſceperunt autem Ieſum, & eduxerunt. Et baiulans ſibi crucem exiuit in eum, qui dicitur Caluariæ locum, Hebraicè autem Golgotha, vbi crucifixerunt eum, & cū eo alios duos, hinc, & hinc, medium autem Ieſum. Scripſit autem, & titulum Pilatus, & poſuit ſuper crucem. Erat autem ſcriptū; Ieſus Nazarenus, *R*ex Iudæorum. Hunc ergo titulū legerunt, quia propè Ciuitatem erat locus, vbi crucifixus eſt Ieſus. Et erat ſcriptum Hebraicè, Gręcè, & Latinè; dicebant ergo Pilato Pontifices Iudæorum; Noli ſcribere. Rex Iudæorum, ſed quia ipſe dixit; Rex ſum Iudæorum. *R*eſpondit Pilatus; Quod ſcripſi ſcripſi. Milites ergo cum crucifixiſſent eum, acceperunt veſtimenta eius, & fecerunt quatuor partes, vnicuique militi partem, & tunicam. Erat autem tunica inconſutilis, deſuper contexta per totum. Dixerunt ergo ad inuicem; Non ſcindamus eam, ſed ſortiamur de illa cuius ſit. Vt Scriptura impleretur, dicens, partiti ſunt veſtimenta mea ſibi, & in veſtem meam miſerunt ſortem. Et milites quidem hæc fecerunt. Stabant autem iuxta Crucem Ieſu Mater eius, & ſoror Matris eius, Maria Cleophæ, & Maria Magdalena. Cum vidiſſet ergo Ieſus Matrem, & diſcipulum ſtantem, quem diligebat, dixit Matri ſuæ; Mulier, ecce Filius tuus. Deinde dicit diſcipulo, Ecce mater tua. Et ex illa hora accepit eam diſcipulus in ſua. Poſtea ſciens Ieſus, quia iam omnia conſummata ſunt, vt conſummaretur, dixit; Sitio. Vas ergo erat poſitum, aceto plenum; Illi autem ſpongiam plenam aceto, hyſſopo circumponē-

tes, obtulerunt ori eius. Cùm ergo accepisset Iesus acetum, dixit; Consummatum est. Et inclinato capite tradidit spiritum. Iudæi ergo (quoniam parasceuè erat (vt non remanerent in Cruce corpora Sabbato) erat enim magnus dies ille Sabbati) rogauerunt Pilatum, vt frangerentur eorum crura, & tollerentur. Venerunt ergo milites, & primi quidē fregerunt crura, & alterius, qui crucifixus est cum eo. Ad Iesum autem cum venissent, vt viderūt eum iam mortuum, non fregerunt eius crura, sed vnus militum lancea latus eius aperuit, & continuò exiuit sanguis, & aqua. Et qui vidit testimonium perhibuit, & verum est testimonium eius. Et ille scit, quia vera dicit; vt, & vos credatis. *Facta* sunt enim hæc, vt scriptura impleretur; Os nō comminuetis ex eo, & iterum alia scriptura, dicit; Videbunt in quem transfixerunt.

POst hæc autem rogauit Pilatum Ioseph ab Arimathia (eo quòd esset discipulus Iesu, occultus autem propter metum Iudæorum) vt tolleret corpus Iesu. Et permisit Pilatus. Venit ergo, & tulit corpus Iesu. Venit autem, & Nicodemus, qui venerat ad Iesum nocte primum, ferens mixturam myrrhæ, & aloes, quasi libras centum. Acceperunt ergo corpus Iesu, & ligauerunt illud linteis cum aromatibus, sicut mos est Iudæis sepelire. Erat autem in loco, vbi crucifixus est, hortus; & in horto monumentum nouum, in quo nondum quisquam positus erat. Ibi ergo propter parasceuem Iudæorum, quia iuxta erat monumentum, posuerunt eum.

Monita necessaria contra insidias Dæmonis in articulo mortis.

ESsendo la vita nostra vna continua guerra, dicendo Giob cap. 7. *Militia est vita hominis super terram*, Tutta volta, la più segnalata giornata, nella quale il misero huomo entra nel steccato à combattere da solo à solo col Demonio, è l'vltima hora della morte, dicendo San Giouanni Apoc. 12. *Descendit Diabolus ad vos, habens iram magnã, sciens, quia modicum tempus habet*; Importando in quel poco di tempo tutta l'eternità. Per tãto procura l'auuersario con ogni suo sforzo di atterrirlo, e vincerlo con diuersi assalti; hor contro la fede; hor con farli perdere per la moltitudine delli peccati la speranza in Dio; hor facendolo insuperbire per i proprij meriti; hor tentadolo d'impatienza; Adesso col timor della morte, per hauer à lasciar la vita, la robba, i parenti, & amici, e particolarmente in quel tẽpo, potendo viuere più, & il tutto adopera l'inimico per hauer la vittoria contro di lui. Hor ritrouandosi in tal conflitto il pouer' huomo, fà di bisogno, che il Ministro di Christo lo vadi fortificando, & aiutãdo contro detti assalti, suggerendoli di quando in quando l'infrascritti ricordi, seruendosi di quelli, che giudicarà più à proposito.

Contra inuasionem fidei.

TRà le più comuni, gagliarde tentationi, e fieri assalti, che dà il Demonio nel tempo della

morte,è quello della Fede, al che il Capitano di Christo deue valorosamente opporsi, fortificando l'infermo nel sequente modo.

Auuertendolo prima esser necessario, che mai vogli disputare col Demonio delle cose della Fede,mà solo,che li risponda,che credo tutto quello, che crede,e tiene la Santa Chiesa Romana. Dopò di quando in quando l'andarà suggerendo l'infrascritte sentenze, con dirli.

N.Sapete benissimo,che dice S. Paolo ad Heb. 12.Sine fide impossibile est placere Deo.

Non bisogna andar scrutinando l'alti, & occulti misterij di Dio,dicendo l'Ecclesiastico c. 3. Altiora te ne quæsieris,& fortiora te ne scrutatus fueris,sed quæ præcepit Deus illa cogita semper, & in pluribus operibus tuis ne fueris curiosus: non enim est tibi necessarium ea, quæ abscondita sunt videre oculis tuis, in superuacuis rebus noli scrutari multipliciter, & in pluribus operibus eius non eris curiosus;plurima enim super sensum hominum ostensa sunt tibi.S.Paolo ad Rom.11.và dicendo, O altitudo diuitiarum sapientiæ,& scientiæ Dei, quam incomprehensibilia sunt iudicia eius, & inuestigabiles viæ eius.

Non vi marauigliate,se non potete capire questi alti misterij,poiche S.Paolo,1.Cor.2.dice, Carnalis homo non percipit ea,quæ Dei sunt, & in vn' altro luogo, Rom. 11. Quis enim cognouit sensum Domini,aut quis consiliarius eius fuit?

Per tanto fà di bisogno.Ad Rom.12. Non plus sapere,quam oportet sapere.

Dite pure(Luc.17.)Domine adauge mihi fidem,

e con Dauid(ps.34.)Domine vim patior,responde pro me.

Recordateui che Salamone(Prou.15)dice,Scrutator maiestatis opprimetur à gloria.

Sapete,che S.Marco(c.16.dice. Qui crediderit, & baptizatus fuerit,saluus erit,qui verò non crediderit,condemnabitur.

Et S.Paolo,ad Rom.(cap.1.)dice,che, Iustus ex fide viuit.

Ricordateui di quello,che ci essorta S.Giouanni Apoc.2.Esto fidelis vsque ad mortem.

Oh quanta buona noua vi dà il Signore per San Giouanni(c.11.)dicendo. Qui credit in me,etiam si mortuus fuerit,viuet,& omnis, qui viuit, & credit in me,non morietur in æternum.

Sentite che dice S.Marco c.9. Omnia possibilia sunt credenti.

Per mezo della Fede si entra nel Cielo,dicendo S.Gio.Chrisost.super Credo in Deum: Fides religionis Catholicæ lumen est animæ,ostium vitæ,fũdamentum salutis æternæ.

Oh quanti buoni effetti fà la viua fede, dicendo S.Agostino de verbis Domini:Nullæ diuitiæ maiores,nulli thesauri,nulla huius mundi maior est substantia,quam est fides Catholica, quæ peccatores homines saluat,iustos augmentat, in æterna hæreditate cum Sanctis Angelis collocat.

Non può l'intelletto nostro con ragioni naturali capire le cose della Fede,dicẽdo S.Gregorio, hom. 26.super Euangelia,Diuina operatio, si ratione cõprehenditur nõ est admirabilis,nec fides habet meritum,cui humana ratio præbet experimentum.

Con-

Contra inuasionem desperationis.

E Tanto importante la viua, e ferma speranza in Dio nel moribõdo, che procura il Demonio indurlo à disperarsi della propria salute. Al che si deue armare nel sequente modo.

Auuertendolo, che se l'auuersario lo và tentãdo di farli perdere la speranza per mala vita passata, & anco per la moltitudine de' peccati commessi, si deue fortificare.

Primo, considerando quanto propitio è Iddio, il quale è l'offeso, al perdonare; essendo ciò suo proprio.

Secondo, che Christo è il nostro mediatore, hauendo tanto patito per noi.

Terzo, che il Giudice, che ci hà da giudicare, è quello, che è nostro auuocato, mostrãdo le piaghe, & i tormenti patiti per la nostra salute.

Quarto, che Iddio ci hà promesso, e dato parola infallibile di perdonarci in ogni punto, e quante volte li dimandiamo perdono.

Quinto, che hauemo appresso Iddio la Beata Vergine, & i Santi, che intercedono per noi.

Sesto, che il desiderio, che lui hà di conseguire il perdono, e dono datoli da Dio, il quale è segno buono, che lo vogli perdonare.

Settimo, che tutta la speranza del perdono de' peccati fondar si deue nella bontà, e misericordia del Signore, la quale non si sminuisce per la moltitudine delli errori commessi.

Ottauo, che Christo hà fatto la penitẽza per noi,

et per li suoi meriti sperar si deue la salute. Essendo gloria,& honor suo,che in virtu delle sue fatiche siamo introdotti nel Paradiso.

Dopò se li ricordaranno l'infrascritte sentenze.

N. Non sapete benissimo quello,che dice il nostro Iddio (Ezechiel.c.33.) Nolo mortem impij,sed vt conuertatur à via sua,& viuat.

E proprio di Dio il perdonare. Affermandolo la Chiesa Santa,quando che dice,Deus cui proprium est,misereri semper,& parcere.

Sentite come il Signore vi và confortando (Ezechiel.18.) cō dire,Nūquid voluntatis meæ est mors impij,& non vt conuertatur à vijs suis, & viuat?

E nell'istesso luogo dice, Si impius egerit pœnitentiam, omnium iniquitatum eius non recordabor amplius.

Ricorrete al Signore,e non dubitate,poiche dolcemente v'inuita (Matth.c.11) dicendo, Venite ad me omnes qui laboratis,& onerati estis,& ego reficiam vos.

Non sapete, che à pena Dauid pentito del suo fallo dice (2.Reg.c.12.) Peccaui Domine,che subito il Profeta li rispose, Dominus quoque transtulit peccatum tuum.

Dite con Dauid (Ps.129.) Si iniquitates obseruaueris Domine, Domine quis sustinebit? & (Ps.24.) Propter nomen tuum Domine propitiaberis peccato meo,multum est enim.

Fondate tutta la vostra speranza in Dio con dire (Ps.30.) In te Domine speraui, non confundar in æternum.

Oh quant'allegrezza si fà nel Cielo per vn pec-

catore pentito, dicendo (S.Luca c.15.) Dico vobis, quod ita gaudium erit in Cœlo super vno peccatore pœnitentiam agente, quam super nonaginta nouem iustis, qui non indigent pœnitentia.

Per i peccatori venne Dio nel mondo, dicendo per S.Marco 2. Non veni vocare iustos, sed peccatores.

Guardateui della desperarione, dicẽdo S.Agostino serm. de temp. 58. Solum desperationis crimen est, quod mederi non potest.

Non vi perdete d'animo, perche dice S.Giouanni c.2. Aduocatum habemus apud Patrem, Iesum Christum Dominum nostrum.

Basta voltarsi à Dio col pentirsi, poiche lui vi riceuerà nella sua gratia, dicendo per Ierem. 1. à c.3. Tu autem fornicata es cum amatoribus multis, verumtamen reuertere ad me, dicit Dominus, & ego suscipiam te.

Dite con Dauid Ps.142. Non intres in iudicium cum seruo tuo Domine, quia non iustificabitur in conspectu tuo omnis viuens.

Non vi ricordate delle carezze, che fece il Padre al figlio prodigo, dite con lui, Luc.c.15. Pater peccaui in Cœlum, & coram te, iam non sum dignus vocari filius tuus. E si come il padre tutto allegro disse, Congratulamini, quia inueni ouem, quæ perierat, non altrimente il nostro Padre celeste si rallegrarà accettandoui nella sua gratia.

S.Gregorio ci essorta, che, A spe in certitudine nulla nos malorum nostrorum qualitas, nulla quantitas frangat.

State pure allegramente, poiche col sangue del-

l'Agnello immaculato viene l'anima vostra lauata d'ogni macchia di peccato, dicendo *Isaia* c. 53. disciplina pacis super eum, & liuore eius sanati sumus.

Contra inuasionem inanis gloriæ.

Essendo proprio della carità, & amore verso Iddio, di far l'huomo humile, e riconoscere che quanto di bene in lui si ritroua, venghi dalla liberale mano del Signore; procura l'inimico di farli perdere così gran gioia, col far insuperbire il moribōdo, suggerendoli il bene, che hà fatto, in virtù del quale si saluarà, e che perciò meriti il Paradiso.

Hor contro tal vanagloria il Ministro di Christo deue prepararlo nel sequente modo. Auuertendolo con dirli, che tutta la speranza della sua salute l'appoggi alli meriti del Redentore.

Primo, considerando quāto di bene hauria possuto fare, che non hà fatto.

Secondo, con quanta imperfettione hà operato.

Terzo, che tutte le forze l'hà dato Iddio, e che da per noi nō siamo sufficiēti à cosa nessuna buona.

Quarto, che Iddio è Giudice stretto, e con altro occhio essaminarà l'attioni nostre, di quello, che noi le giudichiamo.

Quinto, quante cose maggiori hanno operato i Santi, e serui di Dio, à comparatione delle quali, lui non hà fatto niente.

Sesto, quanto Iddio hà fatto per noi, e l'obligo, che noi habbiamo di corrispondere à tanto amore.

Doppò se l'andaranno ricordando l'infrascritte sentenze, discorrendo à proposito secondo la ne-

necessità, che il Ministro di Dio giudicarà.

N. Ricordateui, che sete cōcetto in peccato, dicendo con Dauid, Psal. 50. Miserere mei Deus, quoniam in iniquitatibus conceptus sum, & in peccatis concepit me mater mea.

Sappiate, che S. Pietro, c. 5. dice, Deus superbis resistit, humilibus autem dat gratiam.

S. Giacomo 1. non ci và egli dicendo, che; Omne bonum de sursum est, descendens à patre luminum?

Sentite quel che dice S. Paolo 2. Cor. 3. Non sumus sufficientes ex nobis, quasi ex nobis, sed omnis sufficientia nostra ex Deo est.

Dite con Dauid, Ps. 113. Non nobis Domine, nō nobis, sed nomini tuo da gloriam.

Giobbe c. 9. confessa molto la sua bassezza con dire, Si iustificare me voluero, os meum condemnabit me.

Nō possiamo esser sicuri di star in gratia di Dio, poiche si dice; Nescit homo, an odio, an amore dignus sit. Eccl. 9.

S. Paolo ad Rom. 12. dice, che, Omnes peccauerunt, & egent gratia Dei.

Non vedete come cascò Lucifero per la sua superbia, dicendosi in Isaia. c. 14. Quomodo cecidisti Lucifer, qui mane oriebaris.

Sentite quello, che vi ammonisce il Sauio, Eccl. 27. Si non in timore Domini tenueris te, instanter scito, subuertetur domus tua.

Oh come si humiliaua S. Paolo, dicēdo, ad Cor. 4. Nihil enim mihi conscius sum, sed non in hoc iustificatus sum, qui autem iudicat me, Dominus est.

State in ceruello, poiche S. Paolo dice, 1. Cor. 10.

Qui existimat se stare, videat, ne cadat.

David dice, Psal. 142. Non iustificabitur in conspectu tuo omnis viuens.

Quanto è pur vero quello, che dice Salomone, Prou. 28. Beatus homo, qui semper est pauidus.

E che altro ci significano quei vecchioni nell'Apocalisse. c. 4. leuandosi le Corone, e dando lodi à Dio, che riconoscere ogni lor bene da lui, dicēdo, Mittebant Coronas suas ante Thronum dicentes, dignus es Dominus Deus noster, accipere gloriā, & honorem, & virtutem.

Solo per Christo dobbiamo sperare saluarci, così dicendolo S. Paolo ad Titum 3. Nō ex operibus iustitiæ, quæ fecimus nos, sed secundùm suam misericordiam saluos nō fecit, vt iustificati gratia ipsius, hæredes simus secundùm spem vitæ æternæ.

Sentite quello, che dice S. Luca, c. 17. Cum feceritis hæc omnia, quæ præcepta sunt vobis, dicite, serui inutiles sumus, quod debuimus facere, fecimus.

San Paolo non dice chiaramente, ad Gal. 6. Qui existimat se aliquid esse, cum nihil sit, ipse se seducit, e dopò, Quid habes homo, quod non accepisti, si autem accepisti, quid gloriaris?

E che altro siamo noi se non fronda d'albero, dicendo Giob cap. 13. Contra folium, quod vento rapitur, ostendis potentiam tuam, & stipulam siccam persequeris?

Sentite quel che si dice nell'Eccles. 5. De propitiato peccato noli esse sine metu.

E che altro siamo noi, che vn instromento, nel quale Iddio opera? Come dunque ci possiamo gloriare? dicendo Isaia c. 10. Nunquid gloriabitur securis

curis cõtra eum, qui secat in ea, aut exaltabitur serra contra eum, à quo trahitur? Quomodo si eleuetur virga contra eleuantem se, & exaltetur baculus, qui vtique lignum est.

Iddio è quello, che opera in noi, come dice San Paolo ad Philipp. 2. Deus est, qui operatur in nobis velle, & perficere pro bona voluntate.

Contra inuasionem impatientiæ.

LA mala auuezza natura alli commodi, e spassi del corpo, inclina facilmente l'huomo à non hauer pacienza nel male, seruendosi di ciò il nemico, per farli perdere questa gran virtù. Per il che stabilir si deue l'infermo nel sequente modo.

Primo, considerare, che l'impatienza più tosto aggraua, che allegerisce il male.

Secondo, che toglie via il merito, che nel patire si conseguisce.

Terzo, che Iddio ce lo mãda, non à caso, ma con somma sapiẽza, e consequentemente per suo bene.

Quarto, che meglio è esser castigato in questa vita, che nell'altra, non restando peccato impunito.

Quinto, che Iddio manda il male per distaccarlo con l'affetto dal mondo.

Sesto, che è cosa da prudente, saper fare di necessità virtù.

Settimo, che nel patire con patienza, si purgano i peccati, si scema la pena, che doueria patire nel Purgatorio assai più maggiore di quella, che patisce. Si accresc ono i meriti, e per consequenza ne sarà rimunerato con maggior gloria.

Ot-

Ottauo, che per legge d'amore, quãdo anco non meritasse patire quel male, considerando quanto Christo per amor suo hà patito, doueria volontariamente corrispondere all'amor del Signore, patẽdo di buona voglia per lui.

Nono, quanti dolori maggiori hãno sopportato i Santi, e serui di Dio volontariamẽte per amor del Signore.

Decimo, che il patire sarà breue, mà il gioire eterno.

Vndecimo, cõsiderate i dolori, che sentono quell'anime del Purgatorio, assai più grandi di quello, che lui patisce.

Dopò si andarà corroborando con l'infrascritti ricordi.

N. State pur di buon'animo, perche San Paolo, 2. Cor. 4. dice: Momẽtaneum, & leue tribulationis, æternum gloriæ pondus operatur in nobis.

Sentite quel che vi dice S. Paolo, 2. Tim. 2. Non coronabitur, nisi qui legitimè certauerit.

Questa è la vera strada per andare al Cielo, perche (Actuum Apost. c. 14.) Oportet per multas tribulationes intrare in gloriam Dei.

Christo istesso hà patito per entrare nel Paradiso, dicendosi (Actuum Apost. c. 17.) Oportuit Christum pati, & sic intrare in gloriam suam.

Bisogna esser patiente sino al fine, poiche, Non qui incœperit, sed qui perseuerauit vsque ad finem, hic saluus erit. Matth. 24.

Ricordateui, come dice S. Paolo ad Heb. 12. che, Nondum enim vsque ad sanguinem restitistis.

E segno d'amore, quando il Signore ci tribola,

di-

dicendo lui per San Paolo ad Heb. 12. Fili mi, noli negligere disciplinam, neque fatigeris, dum ab eo argueris, quem enim diligit Dominus, castigat, flagellat autem omnem filium, quem recipit.

Rimirate Christo in vna Croce; essortãdoci San Paolo ad Heb. 12. Aspicientes in authorem fidei, & consummatorem Iesum, qui proposito sibi gaudio substinuit Crucem confusione contempta.

Sentite Salomone, che dice, Prou. 3. Disciplinam Domini ne abijcias, quem enim diligit Deus, corripit, & quasi pater in filio complacet sibi.

Questa è la strada di saluarui, dicendo San Luca cap. 21. In patientia vestra possidebitis animas vestras.

Se considerate il premio, che vi si darà, niente vi parerà, quanto al presente patite, dicendo S. Paolo ad Rom. 8. Non sunt condignæ passiones huius tẽporis ad futuram gloriã, quæ reuelabitur in nobis.

Sentite la Chiesa come loda la patienza de' Sãti cantando di loro; Ceduntur gladijs more bidentium, non murmur resonat, nõ quærimonia, sed corde tacito mens benè conscia, conseruat patientiã. S. Gregorio in Iob, dice, Consideratio præmij minuit vim flagelli, e S. Paolo 1. Cor. 12. Virtus in infirmitate perficitur.

Così proua il Signore li eletti (Sap. 3.) Tanquam aurum in fornace probauit electos Dominus.

Se il Signore vi manda il patire, vi dà anco la gratia di sopportarlo, dicendo San Paolo 1. col. 10. Fidelis Deus, qui non patietur vos tentari supra id, quod potestis, sed faciet cum tentatione prouentum, vt possitis sustinere.

Ricordateui,che in vostra compagnia, & in vostro aiuto stà Iddio,lui istesso dicendolo (Psal. 90.) Cum ipso sum in tribulatione,eripiam eum,& glorificabo eum.

Sentite quel che dice S. Gregorio in moralibus. Iusta sunt cuncta,quæ patimur, & ideò valdè iniustum est,si de iusta passione murmuramus.

Con quanta ragione potrete dire sopportando il male volentieri,quelle parole di Dauid(Psal.65.) Conuertisti planctum meum in gaudium mihi, cōscidisti saccum meum, & circumdedisti me lætitia.

Potrete poi dire,Trāsiuimus per ignem, & aquā, & eduxisti nos in refrigerium.

Dite con S.Paolo,ad Philipp.4. Omnia possum in eo,qui me confortat.

Sentite S.Gregorio,che dice, Misericors Deus temporalem interdū seueritatem adhibet, nè æternam inferat visionem.

Considerate quanto patì Christo,che, A planta pedis,vsque ad verticem capitis non est in eo sanitas.Isai.1. Vedete à che termine si ridusse in Figliol di Dio,che dice San.Matteo cap.8. Vulpes foueas habent,& volucres Cœli nidum, filius autem hominis non habet vbi caput suum reclinet.

Sentite S.Cipriano in serm. de mortalitate, che dice, Contemnenda est omnis iniuria malorum præsentium,fiducia futurorum bonorum, nisi præcesserit pugna,non potest esse victoria.

Contra inuasionem metus mortis.

ESsendo cosa tanto naturale il desiderio del viuere,che la sola memoria della morte, non che

l'e-

l'esperimentarla, ramarica grandemente l'huomo; che marauiglia è, se il Demonio assalisce più gagliardamente il moribondo, procurando atterrirlo per hauer à lasciare la vita presente, la robba, i parenti, l'amici, & i gusti di questo Mondo, inquietandolo anco, che se non fusse stato la tal causa, non saria morto adesso, e che haueria possuto viuer più. Onde fa di mestiero, che l'accorto cooperator di Christo lo vadi disponendo ad vna perfetta rassegnatione in Dio, non si atterrendo della morte, che all'hora li manda, suggerendoli viue ragioni per cõuincerlo, poiche se lo tormenta l'hauer à lasciar questo mondo, i parenti, la robba, & i gusti di questa vita. Deue considerare con quanto auantaggio và à ritrouare altra meglior vita, essendo questo viuere vn continuo morire, altri amici, altri beni, & assai più inesplicabili gusti, e contenti, quali senza comparatione maggiori vi sono nel Paradiso.

Douendo anco considerare, che il morire è necessario da farsi, poco importando viuere dieci anni più, ò meno; Che questa vita è piena di miserie, e disgusti. Quanto gran fauore sia il morire di buona morte nel suo letto. Che se hauesse soprauissuto haria posuto far fine cattiuo. Che qui siamo forastieri, che per mezzo della morte si và alla patria.

Dopò si deue consolare, e fortificare con l'infrascritte sentenze.

N. Ricordateui, che dice S. Paolo ad Heb. 9. Statutum est hominibus semel mori. E che nessuno la può scampare; Quis est homo, dicendo Dauid Psal. 88. Quis viuet, & non videbit mortem?

Sapete pur benissimo, che, Omnes morimur, &

quasi aquæ dilabimur super terram, quæ non reuertuntur, 2.Reg. 14.

Sentite quel, che si dice nell'Eccl. 7. Melior est dies mortis, die natiuitatis, anzi, Pretiosa est in conspectu Domini mors Sanctorum eius, Ps. 115.

Non è questa la nostra stanza, dicendo S. Paolo ad Heb. 13. Non habemus Ciuitatem permanentē, sed futuram inquirimus.

E che altro siamo quì canta la Santa Chiesa, che Exules filij Euæ in lacrymarum valle.

Questa vita è vna continua guerra, dicēdo Giob 7. Militia est vita hominis super terram.

Beati quelli, che finiscono la vita in gratia di Dio, dicendo San Giouanni Apoc. 14. Beati mortui, qui in Domino moriuntur, amodo iam dicit spiritus, vt requiescant à laboribus suis.

Anzi, Si iustus præoccupatus fuerit in refrigerio erit. Sap. 4.

Il sauio Rè Dauid non altro bramaua, che morire, dicendo, Ps. 119. Heu mihi, quia incolatus meus prolongatus est, multum incola fuit anima mea.

Pareua mill'anni à S. Paolo di partirsi da questo mōdo, mētre andaua dicēdo ad Rom. 7. Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius.

S. Cipriano, ser. de mortalitate, và dicendo. Quis anxius est de egressu ab hac vita? Nisi qui fide dubius est, & spe vacuus, illius est mortem timere, qui non vult Christi societatem.

Bramaua con ardente desiderio la morte Dauid quando diceua, Psal. 31. Quemadmodum desiderat Ceruus ad fontes aquarum, ita desiderat anima mea ad te Deus.

Della

Della morte de' buoni si dice, Sap. 3. che, Visi sũt oculis insipientium mori, illi autem sunt in pace.

Imitate Christo, che, Factus est obediens vsque ad mortem, mortem autem Crucis.

Imitate Giob cap. 1. che diceua, Dominus dedit, Dominus abstulit, sicut Domino placuit, ita factum est, sit nomen Domini benedictum.

Che altro è il viuere in questo mõdo, che vn cõtinuo tribulare, dicendo Giob. 14. Homo natus de muliere, breui viuens tempore, repletur multis miserijs.

Oh se considerassiuo i beni dell'altra vita, vi pareria mill'anni il passarui, poiche sono tali, e tanti, dicendo S. Paolo 1. Cor. 2. Quod nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascenderunt, quæ præparauit Deus ijs, qui diligunt illum.

Sentite Dauid Ps. 83. Quam dilecta tabernacula tua Domine, concupiscit, & deficit anima mea in atria Domini, perche; Melior est dies vna in atriis tuis super millia.

Nell'altra vita sono i veri gusti, dicendo Dauid, Ps. 30. Quam magna multitudo dulcedinis tuæ, quã abscondisti timentibus te.

All'hora sarete contento, e satio, quando sarete nel Cielo, poiche dice Dauid Ps. 31. Inebriabũtur ab vbertate domus tuæ, & torrente voluptatis tuæ potabis eos.

Sentite S. Agostino, che và dicẽdo delle miserie di questa vita, Vita hæc, est vita dubia, vita cœca, vita ærumnosa, miseriis plena, quæ non est vita dicenda, sed potius mors, in qua momentis singulis per varios mutabilitatis defectus morimur.

Niente vi deue affligere il lasciar la robba, dicẽdo Giob c. 1. Nudus egressus sum de vtero matris meæ,& nudus reuertar illuc.

Et S.Paolo 1.Tim.6.và dicẽdo; Nihil intulimus in hunc mundum,haud dubium, quod nec auferre quid possumus. Dauid anco lui và dicendo,Psal.48. Nè timueris,cùm diues factus fuerit homo, & cum multiplicata fuerit gloria domus eius, quoniam,cũ interierit,non sumet omnia, neque descendet cum eo gloria eius.

Bisogna star auuertito,perche, Qua hora non putatus,filius hominis veniet. Luc.12.

E l'istesso S.Luca và dicẽdo. c.12. Si sciret pater familias qua hora fur veniret, vigilaret vtique, pertanto bisogna star vigilante.

Se vi tribola il demonio per hauer à lasciar i parenti,dite con S.Gio.cap.17.Pater sancte,serua eos in nomine tuo,quos dedisti mihi.

Il Signore pigliarà la cura de' vostri parenti, dicendo S.Pietro epist.1. c. 5. Omnem solicitudinem vestram proiicientes in eum, quoniam ipsi cura est de vobis.

Non mancarà Iddio, come nostro padre, di prouedere alli bisogni de' vostri parenti, dicendo San Luca,c.11.Si vos,cum sitis mali,nostis bona data dare filiis vestris,quanto magis pater vester de Cęlo dabit spiritum bonum petentibus se?

Ricordateui finalmente,che tutte le cose di questo mondo sono vanità,attestandolo *David* Ps. 38. Verumtamen vniuersa vanitas, est omnis homo viuens.

Psal-

Psalmus pro tribulatione peccatorum.

QVi habitat in adiutorio Altissimi;in protectione Dei Cœli commorabitur.

Dicet Domino susceptor meus es tu,& refugium meum;Deus meus sperabo in eum.

Quoniam ipse liberauit me de laqueo venantium; & à verbo aspero.

Scapulis suis obumbrabit tibi; & sub pēnis eius sperabis.

Scuto circumdabit te veritas eius;non timebis à timore nocturno.

A sagitta volante in die, à negotio perambulante in tenebris;ab incursu, & dęmonio meridiano.

Cadent à latere tuo mille,& decem millia à dextris tuis;ad te autem non appropinquabit.

Verumtamen oculis tuis considerabis;& retributionem peccatorum videbis.

Quoniam tu es Domine spes mea. Altissimum posuisti refugium tuum.

Non accedet ad te malum;& flagellum non appropinquabit tabernaculo tuo.

Quoniam Angelis suis mandauit de te;vt custodiāt te in omnibus viis tuis.

In manibus portabunt te,nè fortè offendas ad lapidem pedem tuum.

Super aspidem,& basiliscum ambulabis; & conculcabis leonem,& draconem.

Quoniam in me sperauit,liberabo eum;protegam eum;quoniam cognouit nomen meum.

Clamabit ad me,& ego exaudiam eum ; cum ipso

sum

ſum in tribulatione, eripiam eum, & glorificabo eum.
Longitudine dierum replebo eum; & oſtendam illi ſalutare meum. Gloria Patri, &c.

LITANIAE

BEATÆ MARIÆ VIRGINIS.

KYrie eleiſon. Chriſte eleiſon. Kyrie eleiſon. Chriſte audi nos. Chriſte exaudi nos.

Pater de Cœlis *Deus.*	miſerere ei.
Fili Redemptor mundi Deus.	miſerere.
Spiritus ſancte Deus.	miſerere.
Sancta Trinitas vnus Deus,	miſerere.
Sancta MARIA,	ora pro eo.
Sancta Dei Genitrix,	ora.
Sancta Virgo Virginum,	ora.
Mater Chriſti,	ora.
Mater Diuinæ Gratiæ.	ora.
Mater Puriſſima,	ora.
Mater Caſtiſſima.	ora.
Mater Inuiolata,	ora.
Mater Intemerata,	ora.
Mater Amabilis,	ora.
Mater Admirabilis,	ora.
Mater Creatoris,	ora.
Mater Saluatoris,	ora.
Virgo prudentiſſima,	ora.
Virgo Veneranda,	ora.
Virgo Prædicanda,	ora.

Virgo Potens, ora.
Virgo Clemens, ora.
Virgo Fidelis, ora.
Speculum Iustitiæ, ora.
Sedes Sapientiæ, ora.
Causa nostræ lætitiæ, ora.
Vas spirituale, ora.
Vas Honorabile, ora.
Vas insigne deuotionis, ora.
Rosa Mystica, ora.
Turris Dauidica, ora.
Turris Eburnea, ora.
Domus Aurea, ora.
Fœderis Arca, ora.
Ianua Cœli. ora.
Stella Matutina, ora.
Salus Infirmorum, ora.
Refugium Peccatorum, ora.
Consolatrix Afflictorum, ora.
Auxilium Christianorum, ora.
Regina Angelorum, ora.
Regina Patriarcharum, ora.
Regina Prophetarum, ora.
Regina Apostolorum, ora.
Regina Martyrum, ora.
Regina Confessorum, ora.
Regina Virginum, ora.
Regina Sanctorum omnium, ora.

Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, parce ei Domine.

Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, exaudi nos Domine.

Agnus Dei, qui tollis peccata mundi. miserere ei.
℣. Ora pro eo Sancta Dei Genitrix.
℟. Vt dignus efficiatur promissionibus Christi.

Oremus.

SVccurre Domina pijssima, Sanctissima, & sẽper Virgo Maria huic famulo tuo in omnibus necessitatibus eius semper, & vbique in præsentibus angustijs, & tribulationibus suis, in transitu animæ eius à corpore, & conuerte tribulationem, & angustiam eius in gaudium, & exultationem animæ eius, & adiuua eum Domina Sanctissima, & libera illum à principe tenebrarum, & à nequitijs, & terroribus eius; & concede ei Sanctissima Virgo, vt bonum finem, perseuerantiam sanctam consequi mereatur; Deprecare benignissimum Filium tuum, verum Deum, & verum hominem, vt ipse suscipiat animam eius in pace, qui ex te suscepit carnem tuã sanctissimam, & immaculatam, sine virili cõmixtione Iesus Christus Dominus noster, qui cum Patre, & Spiritu Sancto viuit, & regnat Deus in secula seculorũ.

Oratio ad Beatam Virginem pro agonizantibus.

O Maria Beatissima, propter illius timoris commotionẽ, quo cor tuum contremuit, quando Filium tuum dulcissimum, & Dominũ nostrum Iesũ Christum ab impijs captum, ligatum, ad supplicia tractum, & ab omnibus derelictum audisti; Adiuua nunc animam istius in extremis laborãtis, quatenus de præteritis delictis veram contritionem habeat,

& do-

& dolorem. Et eam illustra superno splendore, ne in occursu aduersarij paueat, aut aspectu Iudicis tremendi, accusante conscientia, contremiscat, sed potius precibus tuis interuenientibus, faciem eius in iubilo videns delectetur. Amen. Aue Maria.

Ad eandem.

O Maria suauissima Dei Genitrix, ob cruciatus, & angustias, quas substinuit cor tuum, quādo Filius tuus Dominus noster Iesus Christus, clamātibus Iudæis crucifige, crucifige, morti adiudicatus, & crucis supplicio condemnatus fuit, subueni pijssima Mater huic creaturæ in extremis laborāti, quia corpus illius dolore infirmitatibus torquetur, & anima hinc per dęmonum insidias, hinc per terrorem districtæ discussionis angustiatur, subueni quæsumus suauissima Domina, nè æternæ mortis sententia contra illam feratur, & flammis æternalibus tradatur perpetuò crucianda. Sed potius, te intercedente, ad cœlestem gloriam peruenire mereatur. ℟. Amen. Aue Maria.

Ad eandem.

O Virgo clementissima, Dei Genitrix Maria, ob illius doloris gladium, qui tuam felicissimam animam pertransiuit, quādo cernebas Filium tuum delicatissimum Dominum nostrum Iesum Christum nudum in cruce leuatum, clauis perforatum, cruore perfusum, ac plagis, & vulneribus laceratū. Adiuua nunc Beatissima Domina animam huius creaturæ

Dei, vt compassionis gladius eam perfodiat, & diuini amoris, & timoris lancea vulneretur, ita vt omnis sanguis noxius peccati à suo corpore effluat, à vitiis mundetur, & diuinis virtutibus decoretur, quatenus toto affectu terrena despiciens, ad cœlestia subleuetur. Ad quæ reducente cum iubilo peruenire mereatur. ℟. Amen. Aue Maria.

Ad eandem.

O Intemerata, & in æternum benedicta Virgo Maria, totius angustiæ, & miseriæ adiutrix, huic seruo Dei morienti succurre dulciter, & tuam gloriosam faciem ostende illi in hac vltima necessitate sua, & omnes inimicos eius, in virtute suauissimi Filij tui, Domini nostri Iesu Christi, & Sãctæ Crucis † disperde, & à potente dracone infernali, & ab eius horribili visione, & ab omni fraude malorum spirituum defende illum. Quatenùs tecum, cum beatis spiritibus Domino Deo: in Cœlorum beatissimo Regno spirituales persoluat laudes. Amen. Aue Maria.

Oratio ad S. Michaelem Archangelum.

SAncte Michael Archangele succurre huic animæ apud Altissimum. O inuictissime Pugil assiste huic famulo Dei in extremis laboranti, & eum potentèr à dracone infernali defende, & à visione, fraudequè malorum spirituum. Insuper exoramus te præcarum Archangelum, vt in hac extrema hora vitæ suæ, animam eius benignè suscipias, ac suauitèr

in

in ſinum tuum recipias, illamque locum refrigerij, lucis,& pacis perducas, cum Domino Ieſu æternaliter regnaturam. Amen.

Oratio ad Angelum Cuſtodem.

O Sancte Angele Dei, Protector, Cuſtos,& Gubernator huius rationalis creaturæ, quas gratias poſſumus dignas,vel ipſa per ſe, vel nos pro illa. Propter tua ſingularia beneficia,agere? Quia à tantis periculis illam præſeruaſti: tanto tempore protexiſti, & per tot annos ei ſalutaria procuraſti? Profectò nullas poſſumus;quia diuina beneficia,noſtra excedunt. Oramus tamen humiliter pro omnibus eius negligentiis, & erroribus, & pro ea veniã ſupplicamus, vt qui tanto tempore indefeſſus eius ſalutem procuraſti, etiã in hac vltima hora ſuccurre,& ne deſeras eam. Sed ab omni formidine, ab omni puſillanimitate, ab omnium hoſtium inſidiis, ab omni tentatione, & ab omnibus malis eam potenter eripe,& libera. Eſto quæſumue (Beatiſſime Angele) fideliſſimus Cuſtos eius, quia tuum eſt illius curam gerere,illum defendere, & ſuam ſalutem, totius viribus zelari. Non igitur illam deſeras, donec reconciliatam Deo offeras cum miſericordia, & clementia,& non cum iudicio damnationis. Eia Cuſtos fideliſſime, lucretur nunc, per manus tuas Ieſus Chriſtus hanc animam,à qua nõ diſcedas,nec orare pro ea ceſſes,donec compuncta, contrita, & gratiam à ſummo Dei recipiat. Qui eſt benedictus, & glorioſus in ſecula ſeculorum. Amen.

Ad Sanctos Angelos. Oratio.

ET vos, ò Sancti Angeli, præclarum opus Dei orate pro famulo isto ad Dominum, vt in omni periculo defendi, & protegi, ab omniquè peccato tueri, & à cunctis aduersitatibus animę, & corporis liberari mereatur. Nulla vnquam malitia à suo diuino amore amoueri, nec ab eo separari possit, sed semper in sua sancta dilectione deuotus conseruari vsque in finem valeat. Amen.

Ad Sanctos Patriarchas, & Prophetas. Oratio.

O Sancti Patriarchæ, & Prophetæ orate pro isto famulo Dei, vt per fidei vestræ magnanimitatem, quæ vos in futura gratia fiducialiter exultare fecit, fidem rectam, felicemque consolationem valeat iste obtinere à Domino. Amen.

Ad Sanctos Apostolos, & Euangelistas. Oratio.

O Sancti Apostoli, & Euãgelistæ Iesu Christi Domini nostri speciales electi amici orate pro isto seruo Dei, vt charitatem, quam pater in proprio filio notam mundo facere voluit, & quam idem Dominus vobis peculiari priuilegio manifestans, commendauit, amplecti pro posse suo, eamque cum cæteris virtutibus imitari mereatur. Amen.

Ad Sanctos Martyres. Oratio.

O Sancti Martyres, Regis æterni milites orate quæsumus pro hoc seruo Dei, vt in feruore sanctæ charitatis, vestra sequens vestigia, cuncta huius vitæ discrimina viriliter calcare valeat. Et ad Deum, quem semper læto intuimini aspectu, & qui laboris nostri merces est, & præmium æternum, feliciter perueniat. Amen.

Ad Sanctos Confessores. Oratio.

O Sancti Confessores, Cœlestis firmamentis sydera, orate pro seruo isto Dei, vt peccatorum effugare tenebras, & ad virtutum exercitia proficere, veram contritionem, puram confessionem, ac dignos pęnitentiæ fructus facere, gratiamque, & cōsolationē Spiritus Sancti impetrare valeat. Amen.

Ad Sanctas Virgines. Oratio.

O Sanctæ Virgines, mentis, & corporis mundissimæ, orate pro hac anima ad Dominum, vt vestris meritis, & precibus adiuta, omnium peccatorū suorum veniam consequi, & multiplices inimici laqueos superare, ac feliciter consummata, mortem æternam euadere, & ad vitam peruenire sempiternam mereatur. Amen.

Ad omnes animas iustorum, & Sanctorum Dei. Oratio.

O Vos spiritus, & animæ iustorum, atque Sanctarum Dei, qui meruistis consortes fieri cęlestium

virtutum,& perfrui æternæ claritatis gloria. Precamur vos per illius amorem,& honorem,qui vos,ante mundi constitutionem elegit ad illam æternam, & beatam vitam,in qua iam vos beatificauit,& per charitatem vestram, vt intercedere dignemini pro peccatis,& angustiis huius creaturæ,vt contritione cordis,& pœnitentia condigna, antequam de hoc seculo migrare conatur fulciri mereatur. Et in illa tremenda hora finis vitæ suæ sentiat iuuamen,& auxilium præsentiæ vestræ,vt illi apud Dominum obtineatis gratiam saluationis, nè cum impiis spiritibus,& damnatis,secundùm merita sua ad æternam diiudicetur pœnam,sed ab omni peccatorum labe misericorditer purgata, partē primæ resurrectionis obtineat,& vitam æternam vobiscū in cęlis habeat. Amen.

Oratio conclusiua ad Deum.

ACcommoda Domine Deus noster aures tuæ pietatis vocibus nostris,& dona huic rationali creaturæ tuæ benedictionem † tuam, quæ eam semper tueatur ab omnibus malis, vt in tuo amore moriatur. Amen.

Alia oratio conclusiua huius sancti exercitÿ ad Iesum Christum.

DOmine Iesu Christe,qui redemisti nos precioso sanguine tuo, scribe quæsumus in anima huius rationalis creaturæ tuæ, tua sacratissima, & preciosissima vulnera,sanctissimo, ac preciosissimo sanguine tuo, vt discat in eis legere tuum dolorem, contra omnes labores,& pęnas, quas pro peccatis

suis

ſuis ſe meruiſſe cognoſcit.Scribe in ea amorē tuū, vt tibi vniatur amore inuincibili,quo à te nunquam poſſit ſeparari.Fac eam Domine Ieſu Chriſte participem ſacratiſſimæ incarnationis,paſſionis, & glorioſisſimæ Reſurr. Aſcenſion. Fac eam Domine Ieſu Chriſte participem ſacratisſimorum myſteriorum,& Sacramentorum tuorum. Fac eam Domine participem omnium orationum,& beneficiorū,quę fiunt ab Eccleſia Sancta. Fac eam participem omnium benedictionum, indulgentiarum, gratiarum, meritorum ab Eccleſia militante emanantium, ac etiam omnium gaudiorum electorum tuorum, qui tibi placuerunt ab initio mundi. Vt cum his omnibus,in conſpectu tuo gaudeat in æternum. Amen.

Preces post mortem.

SVbuenite Sancti Dei, occurrite Angeli Domini,ſuſcipientes animam eius offerentes eam in conſpectu Altiſſimi.

Suſcipiat te Chriſtus,qui vocauit te, & in ſinum Abrahæ Angeli deducant te ſuſcipiētes. Requiem æternam dona ei Domine. Et lux perpetua luceat ei. Offerentes.

Kyrie eleiſon. Chriſte eleiſon. Kyrie eleiſon.
Pater noſter. ℣.Et ne nos inducas in tentationē.
℟.Sed libera nos à malo. ℣. Requiem æternam dona ei Domine.℟.Et lux perpetua luceat ei. ℣. Requieſcat in pace. ℟.Amen.
℣.Domine exaudi orationem meam. ℟. Et clamor meus ad te veniat.℣.Dominus vobiſcum. ℟. Et cū ſpiritu tuo.

Oremus.

TIbi Domine commendamus animam huius famuli tui, vt defunctus seculo tibi viuat. Et quæ per fragilitatem humanæ conuersationis peccata commisit, tu venia misericordiosissimę pietatis absterge. Per Christum Dominum nostrum. Amen. ℣. Requiem æternã dona ei Dominæ. ℟. Et lux perpetua luceat ei. ℣. Requiescat in pace. Amen.

Denique dubium.

QVærendum, quót horis debeat mortuus teneri super terram, antequam sepeliatur?

Respondeo, hoc non esse determinatum in iure, sed standum est consuetudini locorum, seu cõstitutionibus Episcopi Diœcesani, si fortè aliquid circa hoc decretum fuerit. In aliquibus tamen locis vidi assignari octo, vel ad minus sex horas, antequã cadauer sepulturę tradatur; In dubio autem, an verè sit mortuus, consule Medicum, quod si sepeliẽdum iudicauerit, sepeliatur. Ita Pos. cap. 14. num. 1.

Sunt enim aliqui morbi, ex quibus infirmi videntur mortui, & re vera non sunt, vt laborantes morbo apoplesiæ, cordis passionibus, & similibus, vt de aliquibus passim legitur, qui mortui existimabãtur, & sic inter mortuos repositi; immò, & sepulturæ traditi; tamen postea reuixere, vel (vt melius dicam) mortui minimè erant; de quibus nonnulla exempla, scitu digna, habentur in vita. P. N. Camilli, lib. 2. cap. 1. per totum.

F I N I S.

INDEX

LOCVPLES RERVM,

Quæ in Prima Parte, & Appendice habentur.

Ooooo Ab-

Con-

XV.

In-

INDEX.

pro-

Re-

Finis Indicis Primæ Partis.

Index Secundæ Partis.

FINIS.

INDEX RERVM

OMNIVM

In Additionibus huius Practicę visitandi infirmos, earumque supplementis contentarum.

A

Or-

Aduocatus.

Appellatio.

B

Bonorum Restitutio.

id

licet

licet

id

licet

com-

Con-

Confessor.

D

Delegatus.

Dispensatio.

Dubium.

E

Eucharistia.

Puc.

Si

quo

Excommunicatio quo ad eius absolutionem.

Ex-

Extrema Vnctio.

Fa-

F

Facultas, seu concessio.

Famæ restitutio.

Nec

Te-

Iniuriarum remiffio.

Irregularitas.

ue

Iuramentum.

L

Lex.

Licentia.

M

Malum.

Medicus.

Quæ-

Con-

R

Scrupulus.

Sepultura.

Sed

Qui-

INDEX.

FINIS.

Errata sic corrige.

Fol.	Vers.	Errata	Correctio.
98	26	fieri posset	etiam fieri posset
113	27	respondet	Respondet Fagundez
114	2	educato	educati
114	4	ratio est,	ratio(ait)est
120	18	letali	lethali
184	28	contractum	contractum, ergo & testamẽtum.
223	15	fama	famam
344	7	6.& 7.	6. Resolutione 7.
344	14	vsum	vsu
349	25	3,& 6.	3,& 4
406	27	dub.16.	dub.6.
410	20	substentandam	sustentandam
504	7	attignerit	attigerit
504	10	mortis esset	mortis esset, puniatur
507	16	officium	officium.
508	1	pœnam priuationis officij incurrat.	pœnam priuationis officij incurrat, corsiuo,
509	30	&	seù
546	2	spiritualis	spirituali
552	16	iudicatur	iudicetur
560	12	dinario	ordinario
560	12	aorbsolui	absolui
565	19	secunda	secunda corsiuo
576	3	pœnitentes	pœnitens
588	31	attentare absoluendo	absoluere attentando
626	26	ipsi quoque	ipsi quoque Regulares
628	31	ad hoc	quoad hoc
641	17	paragrafo	paragrapho
641	32	continentem	continens
646	26	obiectio	obiecto
736	32	funt	sunt
760	31	quia	quæ
814	18	inferat	auferat
		159, 160, 161, 162, 163, 164, 165, 166.	169, 170, 171, 172, 173, 174, 175, 176